r=

iab
Vie=
ius.
ii
roæ
ier.
ii
rün

er
tä
n.
Col.
l.ad
ias.

Sb.I.57.

11 C 21

Krumbstab Schleust niemand auß /

HOC EST

VOTIVA RELATIO COMPROMISSI FEUDALIS

INTER

REVERENDISSIMUM ET SERENISSIMUM ILLUSTRISSIMUMQUE PRINCIPEM ET DOMINUM

FERDINANDUM ARCHI-EPISCOPUM COLONIENSEM,

NEC NON

ILLUSTRISS. EJUSDEM CAPITULUM METROPOLITANUM,

CONTRA

STATUM PATRIÆ NOBILITATEM,

ET PARES CURIÆ FEUDALIS IBIDEM,

AGITATI,

GENUINAM MODERNORUM FEUDORUM INDOLEM COMPLEXA, VERORUMQUE EXEMPLORUM MULTITUDINE DEMONSTRATA:

Bibl: Abbat:

REFERENTE

WERNERO THUMMERMUT,

I. P. & ADVOCATO,

AD MANDATUM SPECIALE PRÆILLUSTRIUM & NOBILISS. DNN. STATUUM ORDIN. EQUÆST. &c. IN ARCHI EPISCOPATU COLONIENSI, &c. BONI PUBLICI CAUSA, IN LUCEM DATA.

Banth: 1757.

ACCESSIT

JOANN. PAULI KRESSI,

JUR. P. P. IN REGIO-DUCALI JULIA,

DISSERTATIO PRÆLIMINARIS CUM ANNEXIS.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus OTTONIS JOSEPHI STEINHAUSS, Bibliop. unter fetten Hennen.

M. DCCXXXVIII.

4

ELENCHUS ANNEXORUM.

I. Chur-Cöllnische Privilegia, wegen der männlichen Lehn-Succession von verschiedenen Kayseren / als Alberto I. Carolo IV. Maximiliano II. Rudolpho II. Leopoldo I.

II. Chur-Cöllnischer Vergleich zwischen Churfürst Ferdinando und den Vasallen, der weiblichen Lehns-Succession wegen / Anno 1659.

III. Churfürsts Ernsts Instruction seiner Gesandten an Cardinal Albrecht von Oesterreich / quoad clausulam successionis feudalem fœmineam concernentem.

IV. Des Chur-Cöllnischen Dom-Capituls Bericht wegen der weibl. Succession in der Herrschafft Odenkirchen / so der Graff Adrian von Horn prætendiret / Anno 1662.

V. Des Churfürsten Maximilian Henrichs Rescript an das Dom-Capitul in dieser Sache / Anno eodem.

VI. Des Dom-Capituls zu Cölln Attestat und Contestation wider den von Frentz / vor den Grafen von Horn in der Odenkirchischen Successions-Sache.

VII. Registratur, was Churfürst Maximilian Heinrich zu Wien Anno 1684. wegen Odenkirchen wider die Hertzogin von Holstein / gebohrne Gräfin von Merode gesucht / benebenst der Resolution.

VIII. Weitere Registratur de Anno 1687. cum resolutione in eben dieser Sache.

IX. Der Cöllnischen Westphälischen Räthe Antwort an die Grafen von Solms / Manderscheid / Löwenstein rc. die weibliche Lehn-Folge betreffend / de Anno 1603.

X. Antwort der Cöllnischen Westphälischen Ritterschafft auff dem Land-Tag zu Arnsberg Anno 1614. an die Wittwe von Hanxlede, auff eben diese Frage.

XI. Der Cöllnischen Westphalischen Räthe Bericht an Churfürst Maxim. Heinrich / Anno 1656.

XII. Extract auß dem Arnsbergischen Land-Tags-Abschied / de Anno eodem.

XIII. Altes Münsterisches Privilegium der Vasallen, wie solches in des Leonini consilio 60. zu finden.

XIV. Bischoff Joannis zu Münster Declaration der Lands- und Lehns-Privilegien, Anno 1570.

XV. Formul eines Münsterischen Lehn-Brieffes / de Anno 1530.

XVI. Graff Wilhems von Arnsberg schreiben de Anno 1212. an den Bischoff zu Paderborn / der Lehn-Succession halber / cum notis viri illustris.

XVII. Bericht der alten Belehnungs-Art zu Oßnabrüg.

XVIII. Heutiger Adlicher Lehn-Brieffe Formul zu Oßnabrüg.

XIX. Dergleichen Formul vom Bürger-Lehn.

XX. Dergleichen vom Bauer-Lehn.

XXI. Jhro Königl. Hoheit / Herrn Hertzog Ernst Augusts / Außschreiben zum gemeinen Lehn-Tag / Anno 1717.

XXII. Oßnabrüggische Revers-Formul.

XXIII. Chur-Cöllnisches Hildesheimisches Lehn-Außschreiben / de anno 1717.

XXIV. Jura Feudorum Bambergensium ex libello Justi Veracii, de consuetudinibus Bambergensibus.

XXV. Würtzburgische Lehn-Brieffs Formul.

XXVI. Dergleichen Formul vom Dom-Probst zu Bamberg.

XXVII. Formul eines Augspurgischen Bürgerlichen Lehn-Brieffs über das Triebel-Ambt / sambt Revers und Designation der Hoch-stifftlichen Vasallen daselbst.

XXVIII. Formul eines Adlichen Lehn-Brieffes von Ellwangen / de anno 1685. worauß die männliche Succession zu ersehen.

XXIX. Formula Feudi promiscui des Dom-Capituls zu Eichstädt.

XXX. Species Facti Domin. de Morrien, in puncto Successionis des Münsterischen Erbland-Marschall-Ambts.

XXXI. Der Herren von Weix Remarquen über die Morriennische Speciem Facti.

XXXII. Registratura über die Belehnung bey dem Lehn-Hoff des Stiffts Herfordt.

QUamvis Causa Feudalis, à Reverendissimo Serenissimoque Principe, Archiepiscopo Electore Coloniensi, ejusque Capitulo Metropolitano; Contra Nobilitatem, Vasallos, ac pares Curiæ Feudalis ibidem, de quæstione: *An fœminæ, ex istius Curiæ consuetudine, regulariter sint feudi capaces?* in compromissum, coram deputatis instruendum; ab Imperiali verò Camera decidendum deducta; per primordiales Parium Syndicum & Advocatos, nec non adscitos consulentes tam solerter, dextreque tractata sit, ut etiam hodie in hoc statu: quo vix ad umbilicum producta, ex parte vero Reverendissimi interrupta, impeditaque hæret; certam victoriam, ex parte Nobilitatis & Parium prætendat: Quia tamen crebra illa vasallorum, pro amicabili compositione instantia, quàm inevitabilis irreverentiæ, ex ista lite natæ, tædium excitarat; nonnullis suspicionem injicere posset, eam non ex genuina sinceraque Clientum erga suum Principem devotione, sed ex diffidentia causæ profectam esse: Datum est, ab iis, qui me denique in partem sollicitudinis advocarunt, mihi negotium, ut ex actis hactenus actitatis, quis istius causæ sit status, quidve de toto negotio sperandum, tenendumve sit, proderem, meumque sensum legibus, rationibus & Autorite Juris Interpretum fulcitum, in usum posteritatis & publicæ privatæque salutis publicarem: Quod dum facio; prout obsequium semel susceptum negare, vel recusare, nequeo: spero verecundiam meam à temeritatis nota excusatum iri, si, post Roscios illos, Dominum Rosenthalium, eique subscribentes Academicos, qui jam ante me, in scenam prodiêre, & ex iis, quæ ab istis mihi præeuntibus residua relicta sunt, racemationem facere conatus fuero, &c.

Domine, ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque, quia in judicio tuo super speravi: Psal. 119. v. 43.

CASUS.

Casum prolixè formare, narratione facti, quam Dn. Rosenthalius suo Consilio in causa Reinßheim proposuit, contentus, supersedeo; illi enim, hisce meis, in modum appendicis, subservire intendo. Huc pertinet discursus & Responsum Rosenthalii in opere Posthum.

Cum enim Serenissimus Princeps Elector, prænobilem N. Metternich in Vettelhoven, cognatum, & ex sorore ultimi vasalli in Reinßheim, filium, ex possessione jam adepta, sub titulo aperturæ, vel redditionis, ut vocant, der Offnung exturbasset: & Status patriæ, ac Ordo Equestris hujus Diœcesis, cum vasallis cæteris, exempli pernicie excitati, gravamen illud in diæta provinciali amoveri; nec non consuetudinem notoriam hujus Curiæ de admittendis ad feuda fœminis, sartam tectam, teneri peterent: E diverso vero Reverendissimus Dn. Elector, adstipulante Capitulo Metropolitico, tam consuetudinem, quam notorietatem ejus negaret: Princeps gravamen illud tollere, si Status consuetudinem istam probare se posse confiderent, paratum sese clementissime declaravit; quam oblationem Status Nobilitatis & Vasallorum cum debita devotione acceptavit. Ut autem litium antractus evitaretur, causam, sub certis terminis, coram duobus utrinque Electis Commissariis instruendam, & ab Imperiali Camera definiendam, utrinque compromiserunt & usque ad terminum probatorium inclusivè, prosecuti sunt; sed quia vasalli postmodum termino probatorio currente, pro consuetudinis probatione, præter nominationem quorundam Testium, non exiguum numerum documentorum exhibuerunt; ac insuper majorem eorum copiam, ex Archivo, tam specialiter, quàm generaliter, uti Instrumenta communia, sibi edi petierunt, ac respectivè subsidiales literas ad alios, pro simili editione, postularunt: contigit Commissarios Instructores circa incidentia dubia, non tantùm in diversas ire sententias; verùm etiam partes, pro componendo dissidio in eligendo arbitratore vel tertio, convenire non potuisse. Compromissum super probatione Consuetudinis notoriæ, de admittendis ad Feuda Coloniensia Fœminis. Relatio processus in puncto Compromissi

Unde factum, maxime ob tergiversationem Commissarii Instructoris à Principe Electore deputati, quod Syndicus Vasallorum, cum probationes suas, pro voto, intra terminum, etiam prorogatum, implere non posset, plusquam septuagesies de non labendis, nec lapsis fatalibus, protestatus fuerit, quibus etiamnum insistit: E diverso Archiepiscopus cum Capitulo libello Statuum & Vasallorum respondit: Defensionales, & loco Additionalium in

ipso,

ipso compromisso expresse vetitorum, deductionem articulatam, plusquam 300 articulos continentem exhibuit; multa narravit, nihil, quod in facto consisteret, quodque in notitiam & aspectum Vasallorum venerit, probavit: sed exspectata (ut dicebat) Vasallorum probatione, quasi jure Feudali scripto satis tutus esset, sub finem termini probatorii, Syndicum Statuum, Bonnam ad Archivum, suarum probationum (non verò exhibitionis Instrumentorum à Vasallis postulatorum) causa, evocavit: Documenta autem sua usque ad numerum 153 ad prothocollum verbaliter tantùm designata, vasallis communicari vetuit, ac cistæ in Archivo existenti inclusit & consignavit; ita factum fuit, ut Syndicus Parium, Kannengiesser piæ memoriæ, se illo pacto, ab ulteriore probatione impediri, necessariò protestaretur, nec non privatas annotationes, de iis, quæ in actu istius simulatæ exhibitionis observaret, & in usum causæ allegare constituerat, sibi ereptas, tam privatim, quàm publicè, conquestus sit, ut in prothocollo de 10. Septembris An. 1624. videre est, quâ insuper occasione & remora etiam nominati Testes producti ac examinati non fuerunt.

Intentio Dn. Archiepiscopi Coloniensis ex tribus fundamentis.

Intentio D. Archiepiscopi & Capituli tribus potissimum fundamentis, *primò* Jure Feudali, Longobardico, *secundò* specialibus quibusdam Imperatorum, Alberti, Caroli IV, Wenceslai, ac aliorum subsequentium Imperatorum jactitatis diplomatibus & declarationibus, quas & sanctiones & privilegia indigitant, niti videtur, quæ tamen ad acta hactenus nunquam realiter exhibita fuerunt. Pro *tertiò* jactitatis sed non probatis quibusdam actibus, ex quibus contrariam consuetudinem astruere conantur, se fundant.

Quamvis autem rebus, ita, ùt dictum est, hoc tempore constitutis, juxta Compromissi tenorem, tres, minimum, integri termini, in processu reliqui sunt, videlicet expeditionis, collationis, publicationis actorum & rotulorum, qui trium mensium, ab effluxo probationum termino, esse, & incipere deberet, & ad quem, facto Syndici Archiepiscopalis perveniri non potuit, ac etiamnum, quamdiù jura, & oretenus tantùm producta instrumenta, in obserata & sigillata capsa, in Archivio latent: Item impedimenta termini probatorii, & emersa dubia resoluta & ablata non sunt; processus absolvi nequeat: Denique terminus excipiendi contra hinc inde producta instrumenta quatuor mensium: nec non pro ultimo ad concludendum termino, quatuor alii menses, nec dum inceperint: Tamen, quia

Studiosa Syndici Archiepiscopalis tergiversatio & remora processus. Duæ principales quæstiones.

Syndicus Archiepiscopalis; privato suo judicio; autoritate verò sui Principalis compromissum expirasse præsupponens, nullum ampliùs processum ad ulteriora permittit, sed Procuratoribus & Notariis audientias & receptiones materiarum interdixit (quas tamen interea Syndicus Statuum, eo non obstante, per Notarios & Testes Cancellariæ insinuare non omisit) interim verò de denegata Justitia ac ejus pœna; nempè amissione Juris Feudalis, ac prætensi directi dominii, Pares Curiæ protestantur.

Hinc duæ principales quæstiones, quarum altera processum |: An videlicet compromissum, hoc rerum statu expiraverit? Altera causam principalem, ac notorium consuetudinis concernit, exsurgunt.

Quæstio principalissima: Utrum Feuda Curiæ Coloniensis, ex solo defectu successionis masculæ regulariter Dom. Archiepiscopo aperiantur, aut Fœminæ, earumque descendentes Dominum à Commisso excludant? Ex hac multæ aliæ incidentes.

Principalissima itaque quæstio, quæ in hoc compromissum venit, in eo solùm consistit: Utrum Feuda Curiæ Coloniensis, ex solo defectu masculæ successionis, regulariter Domino Archiepiscopo aperiantur, an verò Fœminæ, aut per eas descendentes, uti Feudi, ex consuetudine, capaces, ac natura Feudorum Ecclesiasticorum, Dominum à devolutione & commisso excludant? Dico regulariter, quia de ea regula sola, non de exceptionibus, aut singulis individuis, nisi fortè per enumerationem singulorum individuorum ad regulam per inductionem via sternenda veniat; quæstio est.

Licet enim hujus quæstionis occasione, plurimæ aliæ incidant disputationes, quæ occasionaliter & argumenti loco moventur, quales sunt: Utrum in tota Curia Coloniensi hodie ulla Feuda masculina sit reperire? etiamsi in investituris verba Mann-Lehen, Recht-Lehen, Rechtmann-Lehn aut Lehns-Erben, Lieb-Lehnerben 2c. inveniantur insertæ: Item an mares cum Fœminis in successione concurrant, an verò ordine successivo admittantur? Item an Fœminæ Feudi Emptitii sint capaces? Item an in Feuda Coloniensia mere hæreditaria, alienabilia ad quoscunque hæredes, etiam Testamento sint transmissibilia? tamen in supra memorata unica quæstione, ac notorio consuetudinis promiscuæ successionis, cardo totius negotii vertitur, in qua si triumphent vasalli, scopum actionis ad quem collimarunt, attingunt, & incommoda, quæ adversarii istis diverticulis moliuntur, facilè declinant.

SUM-

SUMMARIA INCIDENTIS QUÆSTIONIS SECUNDARIÆ CIRCA PROCESSUM, PRIMO LOCO OBITER PRÆMISSÆ.

1. *Impedito (maximè facto adversarii) non currit terminus.*
2. *Et conditio impedita per adversarium habetur pro impleta.*
3. *In rebus magni, non verò minimi præjudicii.*
4. *Ad primas investituras reliqua regulantur.*
5. *Dominus Feudi tenetur edere investituras & instrumenta communia & contra, vice versa: & inibi Camerale præjudicium allegatur.*
6. *Vasalli Colonienses, præter jus, urgentur ad edendas investituras, tam primas quàm novissimas.*
7. *Dominus & Vasallus judicantur ad paria.*
8. *Jus per protestationes reservatum durat, donec tollantur impedimenta & solius impedimenti probatio, etiam absque protestatione sistit cursum termini.*
9. *Aspernari in aliena persona quis non debet, quod in sua æquum putavit.*

10\. 14. *Tres in hoc Compromisso termini integri adhuc reliqui, manente impedimento incipere nequeunt.*

11. *An Compromissum expiraverit, Judicis, non partis, judicium requirit?*
12. *Termini adhuc reliqui enumerantur.*
13. *Terminus expeditionis Actorum, Rotulorum Collationis, publicationis &c. Notarios magis quàm partes ligat, aut tangit.*
15. *Archiepiscopus, instrumenta sua, tantùm dicis gratia verbaliter oblata publicari vetuit.*
16. *Termini prius expirare nequeunt, quàm incipere queant.*
17. *Nabuchodonosor, non solùm interpretari, sed & ipsum somnium sibi divinari petivit.*
18. *Compromissum conditionaliter, vel sub certo modo, terminos ab initio utiles ordinavit.*
19. *Termini plerique initio sunt utiles.*
20. *Syndicus parium plusquam septuagies de impedimentis protestatus.*
21. *Præter tres integros terminos, de ipso termino probatorio, adhuc quatuor menses restant.*
22. *Tantùm restituit protestatio, quantùm abstulit læsio.*
23. *A ratione deviat, editiones, binis decretis adjudicatas & à parte, verbis oblatas denegari.*
24. *Archiepiscopus malè colligit octo terminos in unum.*
25. *Archiepiscopus nihil probavit; Vasalli omnia.*
26. *Ernestina Confessio sola ad victoriam sufficit.*
27. *Archiepiscopus non potest sibi, & judicaturam & executionem arrogare.*
28. *Arbitrorum est judicare de Compromisso: non partis alterutrius.*
29. *Vasallis restant quatuor menses à prima protestatione adhuc in termino probatorio facta.*
30. *Protestantur Vasalli de justitia denegata, ejusque pœna, quæ est amissio totius Juris Feudalis.*
31. *Imo ex ipso contextu Compromissi, demonstratur id finitum non esse, aut saltem reiterandum, vel implorandum judicem ordinarium.*

Quæstio prima, an expiravit Compromissum.

SEd hæc de processu quæstio facilioris est disputationis, & majore ex parte, ab uno fundamento dependet, quod videlicet impedito, maximè facto ipsius adversarii, non currat terminus: 1. isti non multum immorabor, sed Lectorem ad Doctores & jura remitto, ùt est *text. in l. quibus diebus ff de condit. & demonstrat.* Imo pro impleta habetur conditio *l. jure civili. ff. eodem tit. & l. jure civili ff. de reg. Juris. l. Mavia in pr. ff. de annuis legatis. l statu liber. ff. de statu lib. l. si post diem. §. si eum dies ff. quando dies legat. cedat, text. in l. 1. §. finali. l. ut perfectus C. de annali except. c. quia diversitatem x. de concession. præbendæ, c. finali x. de elect.* Cravetta, *cons.* 271. *col.* 7. Tiraquell. *de retractu consanguinitatis.* §. 3. *gl.* 4. *num.* 4. Gutier. *practicar observ. lib.* 3. *quæst.* 34. *n.* 21. Aloysius Ryccius *in Praxi rerum forens. resolut* 510. *num.* 5. *in secunda edit.* Surdus *decis.* 151. *n.* 4. Menoch. *cons.* 88. *num.* 35. Rota Romana *decis.* 997. *num.* 3. *& decis.* 1066. Nicolaus Garcias *de beneficiis part.* 10. *c.* 2. Tiraq. *de retractu Conventionali.* §. 2. *gl. unica. num.* 78. *& de retractu lignagier. de* §. 3. *gl.* 4. *n.* 6. *&* §. 35. *gl.* 4. *num.* 29. Rosenthal, *cap.* 9. *conclus.* 94 *num.* 3. *& cap.* 6. *conclus.* 46. *gl. b.* 2.

3. Maximè in rebus tanti præjudicii, quamvis in minimis secus sit Abb. *conf. 5. lib. 2. Card.* Tuschius. *Tomo 5. littera M. conclusione 239. num 9.*

4. Quantùm autem impedimenti vasallis dederit, editionis vel exhibitionis instrumentorum, in actis toties petitorum denegatio; maximè omnium primarum investiturarum, ad quas regulariter cæteræ; nemo nescit, & fatetur ipsemet Adversarius deductionali. 74.

5. Teneri verò Dominum ad exhibitionem Investiturarum & cæterorum documentorum uti communium, expediti Juris est, nam non aliter Domini vasallis, atque ipsi vasalli Dominis exhibere obligati sunt. Wesenb. *cons.* 224. *n.* 67. *&* 68. post Montan. *Tract. Feudal. cap.* 82. *n.* 2. 3. *pl.* 3. *ff. de edendo.* Molin. *materia Feudali* § 5. *in Gothofred exemplari.* 98. *per totum.* Vultejus *de Feudis lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 17. *edit. nov. n.* 30. Fredericus Martini *in tract. de cens. cap.* 8. *n.* 274. dessen dan ein Camerale præjudicium, de reversalibus Vasallis à Dn. edendis beym Rulando *de Commissariis p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 19. *n.* 9. zu finden.

Estque hoc loco Vasallorum petitio, ratione exhibitionis tanto justior, quia Vasalli ab hac Cancellaria, quoties ad revocationem investiturarum urgentur, non tantùm de novissimis, sed etiam de primis (ùt ex monitoriis à Curia prodeuntibus videre est) molestantur, ad quas tamen, juxta Doctorum placita astringi non debent, ùt expressè tradit Oldradus

6. *cons.* 121. *n.* 12. Wesenb. *cons.* 41. *n.* 128. Molinæus *in consuet. Paris. tit.* 1. *p.* 5. *in Gothofr. exemplari est* §. 8. *n.* 7. *&* 84. Joannis Andreæ *in addit. ad speculum.* §. *in hoc n.* 8 *tit. de Feudis, & plures alii quos allegat* Schraderus *de Feudis, parte* 9. *c.* 6. *n.* 58 Rosenthal. *de Feudis cap.* 8. *conclus.* 33. *num.* 16. Vultejus *de Feud.* 7. *n.* 155. *in fine, versic. ut autem. edit. noviss.*

Omnibus enim in ore est, Dominum & Vasallum ad paria judicari, nisi aperta reperiatur statuta esse differentia, aut manifesta ratio aliud suadeat. *cap.* 1. *in fin. de forma fidelitatis.* Afflictus *in cap.* 1. *n.* 24. *in principio, quibus modis Feudum amittatur*: Rosenthal. *de Feudis cap.* 9. *membro* 1. *conclus.* 62. *n.* 7. *& cap.* 11. *concl.* 19. *n.* 8. *cap.* 6. *concl.* 60. *n.* 2.

7. Quapropter, jus quod Syndicus parium Curiæ suis principalibus protestationibus plusquam 70, currente adhuc termino, interpositis, reservavit: adhuc, hodieque, donec impedimenta, per partem adversam injecta, tollantur, durat. Cardin. Tusch. *conclus* 951. *tomo* 6. *cum aliis ibidem allegatis.*

8. Quinimo, hoc casu, solius impedimenti probatio, cursum termini probatorii stitit & etiamnum sistit, *si* Mynsingero *centuria* 3. *observ.* 59. *credimus.* Rosenthal. *cap.* 6. *concl.* 46. glossa *h. & concl.* 54. *n.* 4. *&* 7.

9. Præsertim verò, quando ex ipsis actis liquet, Syndicum Archiepiscopalem similiter aliquoties de non lapsis, neque labendis fatalibus termini probatorii protestatum esse, quia in alterius persona aspernari non potest, quod in propria putavit æquum. *toto tit. ff. quod quisque Juris &c.* sicut factum esse, videre est ex prothocollo Anni 1624. die 16. Augusti nec non 17 Septembris.

Hinc, in hodiernum usque diem, juxta casum initio figuratum, tres vel quatuor minimum integri adhuc termini ad integritatem Compromissi residui sunt, qui etiam, priusquam acta per causæ Notarios compleri possint, atque de facto completa sunt, nequidem cursum inchoare possunt: certè inane defugium. Imo evidens desperationis de victoria indicium est, partem adversam, non exspectata Dominorum Compromissariorum declaratione, sibi ipsi jus dicere ac compromissum evanuisse, sustinere; ac Notariis ac Procuratoribus processum ad ulteriora interdicere velle, tot. tit. C. ne quis in sua causa judicet.

Ex Compromisso enim evidenter constat, termino probatorio demum finito (qui 18 Septembris Anni 1623. incepit & mediante prorogatione, ex ipso Compromisso concessa, ad

12. 18 ejusdem mensis Anni sequentis durare debebat) sextum terminum expeditionis, nempè actorum & rotulorum sub trium mensium curriculo inchoandum fuisse.

13. Jam verò ex rei natura planum est, istum terminum Notarios magis quàm partes constringere, qui sanè Notarii ab impossibili, quamdiù jura per Dominum Feudi in obserata capsa delitescunt, excusationem meritò prætexere queunt; & multò magis Rei ex capite impossibilitatis excusantur.

14. Hinc etiam septimus terminus excipiendi contra documenta & jura probatoria, quatuor mensium, ne incipere quidem, minùs expirare potuit, priùsquam, factâ publicatione, acta integra conscribi, publicari & partibus litigantibus communicari potuerunt, nisi fortè Syn-

15. dicus Archiepiscopalis à Vasallis id quod Nabuchodonosor Assyricis Magis & Ariolis, Danielis 2. v. 5. proposuit, ut somnium divinarent, simul ac exponerent, exigere voluit.

Compromissum enim præscribit in reliquis terminis certum modum sub conditione, wan

16. solches vorgangen, nempè expeditione, collatione, & publicatione Actorum præmissa, procedendum esse ad reliquos duos terminos excipiendi & concludendi; adeò, ut termini initio

tio necessario sint utiles. Sicut & ipse terminus probatorius, juxta decretum 18 Septembris 17.
Anno 1623. latum, initio fuit utilis, in verbis darzu der in Compromisso anbestimmter terminus probatorius von sechs Monaten, beyderseits von jetzt anzugehen bestimmt ꝛc. Quoad reliquos terminos verba compromissi sic habent: zu den darauff folgenden dreyen Monaten aber, soll das Directorium probandi, wofern man eines oder andern Theils darzu gesinnet ist, eingelegt, und soll ferner ab der Zeit der terminus probandi ruhen, und wehren sechs Monat, wie dan die expeditio Actorum, Rotulorum, eorundem collatio & publicatio innerhalb dreyen Monaten beschehen, wan solches vorgangen, soll hinc inde contra testes & testium dicta, documenta probatoria & jura excipirt, und darzu vier Monat zugelassen, auch jederem Theil in den nechsten vier Monaten darnach unbenohmen seyn, seine Conclusion-Schrifft zu überreichen, ꝛc.

Ex quibus verbis patet, quantùm à ratione deviet, quod Serenissimus, postquam exhibitionem instrumentorum communium jure debitam, duobus diversis decretis de 18 Septembris Anno 1623. nec non 12. Februarii Anno 1624. adjudicatam, & nudis verbis nonnunquam oblatam editionem denegavit, omnesque terminos, in quadam collatione in diæta Bonnensi habita, ac nunc ad acta sub numero 374. littera C. notata & registrata in unum terminum quinque annorum, & aliquot mensium compingere, & inde compromissi expirationem concludere conatus sit. Cum tamen, etiam posito, non concesso illo rerum statu, Serenissimus, præter obsoletas Longobardici Juris regulas huc usque, ne jota quidem, probatione legitima, suæ causæ produxerit; E diverso verò, Vasalli centum septuaginta jura, intra terminum captiosum exhibuerint, & dictis protestationibus plusquam 70, durante termino, interpositis, jus & potestatem plura producendi sibi reservaverint. 18. 19. 20. 21.

Ut silentio prætereatur, solam Confessionem Ernestinam sub num. 145. justo tempore exhibitam (contra quam nemo hactenus hiscere ausus est) pro totius causæ victoria, coram æquo Judice, sufficere posse, quæ sola totam rem conficit, quando Archiepiscopus Coloniensis, immediatus antecessor moderni Principis & ejusdem Patruus; in solemni legatione, in terminis, terminantibus, protestatus est, nullum hoc tempore in Diœcesi Coloniensi Feudum Masculinum, in quo solo puncto hæc lis consistit, inveniri. 22.

Non sperant itaque Pares Curiæ, Dominum Feudi, tam judicaturam, quàm executionem & occupationem Feudorum sibi arrogaturum; sed quæstionem: An Compromissum expiraverit, ad Dominos Compromissarios remissurum, ita ut, etiamsi evanuisset Compromissum; nihilominùs tamen pro paribus Curiæ suas probationes sufficienter & superabundanter implentibus, ab Electis Arbitris pro se pronunciandum esse confidant. 23. 24.

Interea verò, sustinent vigore protestationum in actis interpositarum, sese ad primum fatale probationis usque ad terminum primæ protestationis esse & fore restituendos; ut tantùm reddat restitutio, quantùm abstulit læsio. *l. interdum. & l. ultima ff. de minoribus &c.* 25.

Quia verò terminus probationis, juxta sup. citatum decretum 18. Septembris Anni 1623. incepit: Protestationes verò de non labendo termino a. 19. Decembris ejusdem Anni interponi (teste prothocollo) cœperunt: 26.

Efficitur, de primo & ad hunc necdum prorogato, termino quatuor menses, præter potestatem prorogationis, Vasallis superesse: tantùm abest, ut Compromissum evanuerit. 27.

Quapropter Pares Curiæ, per hoc, quod, de facto, Notariis & Procuratoribus, omnis processus ad ulteriora interdicitur, meritò de denegata justitia, ejusque pœna protestantur, vel potiùs in judicio factis protestationibus inhærent. 28.

Quandoquidem autem ista denegatio instrumentorum, Registrorum, ac inspectio Archivi, cò tendit, ut Pares in probatione sui juris deficiant, & consequenter Dominus omnia Feuda paulatim ad se trahere, & Statum Vasallorum extinguere possit, ideoque Vasalli, pro defensione Statûs & bonorum, omnibus Juris remediis sese juvare cogantur. Hinc loco fidelis admonitionis reiteratæ, prout in diæta Bonnensi ad acta sub n. 374. lit. G. etiam factitatum, humiliter orant Dominum Feudi, ne sinistro Consilio suggestorum, sese in avia duci patiatur, aut pœnam denegantis Justitiam incurrat: de qua, infra, latius agendi erit locus. 29. 30.

Quamvis autem hoc impedimentum, idque durabile, adeò notorium sit, ut dubitare planè non possit, compromissum nondum finitum esse, idque per solam *l. si cum dies, alias, l. quid tamen 21. §. Papinianus 5 ff de recept. qui arbitr.* Tamen ex ipso etiam contextu Compromissi idem illud in aprico est, nempe finitum id nullo modo esse: siquidem in Cameram tanquam Arbitrum, ad sententiandum, indefinitè & sine ulla temporis præfinitione, simpliciter & nudè, Compromissum, idque hic propriè Compromissum dicendum sit, quod finitum jure dici non potest, donec Compromissarius Judex sententiam publicarit, Georg. 31.

Everhardus *in simili casu vol.* 2. *Cons.* 26. *n.* 16. 17. Instructores autem vel Commissarii, quo utroque nomine indigitantur in hoc nostro Compromisso, non sunt Arbitri ad sententiandum, sed Directores processûs & terminorum, Everhard. *d. n.* 16. *&* 17. *ut & cons.* 28. *n.* 31. *Versic. Attamen.* Absurdum autem est, durare ipsum Compromissum, & finiri tamen debere directionem ipsius processûs. Everhard. *d. n.* 17. *Versic. Absurdum.*

Imo ipse etiam terminus probatorius (prætermissâ etiam superiori consideratione impedimenti Adversarii & Instructorum notorii) ex alio fundamento nondum finitus est. Cautum enim est inter alia in Compromisso: Ad plenè instruendas & expediendas probationes requisitoriales quoque ad edendum jura & documenta necessaria decerni, & in eventum non-paritionis Cameram pro decernendis Compulsorialibus implorari debere, quod pactum extra terminos definitos sigillatim positum, & nulla temporis constrictione circumvallatum est. Utcunque igitur, n. 18. allegatis decretis, Communicatio injuncta sit, tamen editio ipsa realis nondum facta, nec etiam Camera pro Compulsorialibus implorata est, sed ambo Instructores interim mortui sunt.

Et quamvis hoc quoque deficeret, minimùm tamen Compromissum reiterandum esset, *juxta doctrinam Dd. communem.* Tiraquell. *ad l. boves.* §. *hoc sermone limitat.* 6. 9. 10. *&* Menoch. *Cons.* 219. *n.* 8. 9. *&* 10. aut saltem finito etiam planè Compromisso, Judex ordinarius, Imperator nimirùm, implorandus foret, *c. ex parte* 10. *x. de arbitr.* Georg. Everhard. *vol.* 2. *Cons.* 28. *num.* 32.

SUMMARIA QUÆSTIONIS SECUNDÆ AC PRIMI FUNDAMENTI ARCHIEPISCOPALIS.

1. 3. 5. *Juris Feudalis scripti regula est, feuda nec ad fœminas nec per fœminas devolvi.*

2. *Regulam pro se habens obtinet, etiamsi nihil præstiterit, quæ tamen fallit in feudi possessore.*

4. *Doctores rationes dubitandi initio cumulantes suspensum tenent lectorem.*

6. *Ob pactorum Feudalium varietatem in Feudis certa regula dari nequit.*

7. *Ad investiturarum tenorem prius, deinde consuetudinem localem, quàm ad Jus scriptum recurrendum.*

8. *Archiepiscopus hoc loco actoris personam potiùs, quàm rei sustinet.*

9. *Quia hoc est simile judicio diffamationis, in quo diffamatus prius actor: post in principali fit reus.*

10. 11. *Actor est qui petit, non qui possidet, ut hoc loco Vasalli, Reis autem datur exceptio.*

12. *In causis Compromissi, utraque pars est Actor & Reus.*

13. *Ideo utrique parti onus probandi incumbit.*

14. *Ut & in judiciis duplicibus.*

15. *In hoc Compromisso, termini pro directorio probandi, excipiendi, concludendi utrinque simul præstituti sunt.*

16. *Generaliter hodie uti termini sunt communes, non est expectandum Reo, ut actor suam probet intentionem.*

17. *Hinc nata Eventual-Handlung in Camerâ.*

18. *Ergo Archiepiscopus sustinens terminum probatorium effluxisse, ab omni probatione exclusus est.*

19. *Instrumenta edita, nisi parti adversæ communicentur non probant.*

20. *Hoc loco Pares, ab actorum integra copia arcentur, quod Notarii instrumentorum (allegatorum magis, quàm editorum) non sint compotes.*

21. *Diplomata prætensorum Privilegiorum, ad hoc Compromissum non pertinent.*

22. *Hic controvertitur tantùm, an Fœminæ, consuetudine hujus Curiæ, Feudi sunt capaces regulariter?*

23. *Non autem, an talis consuetudo valeat? quo tamen ista diplomata tantùm spectant.*

24. *Quæstio, an sit, à quæstione, quale sit, toto genere differt.*

25. *Compromissa sunt strictissimi juris.*

26. 27. 28. *Consuetudo admittendi fœminas, tam est rationabilis, ut, tempore Compromissi, de ea non sit dubitatum*

29. *Naturæ quasi accusatores existunt, quod non totos masculos generaverit, qui sexum sexui præponunt.*

30. *Ratio pro filiabus plausibilior, & naturæ magis congruentior.*

31. *Rationes de Filiabus excludendis ægrè quinque adferunt.*

32. *Quarum tamen nulla in Filium fœminæ stringit.*

33. *Quem tamen nihilominus Feudistæ excludunt.*

34 35. *Cessante Ratione, cessat lex, & cessante causâ, cessat effectus.*

36. *Limitatâ causâ limitatum producit effectum.*

37. 38. 39. *Feudistæ in Fœminas rigidi, novas comminiscuntur rationes, quæ referuntur*

40. *Quæ*

40. *Quæ non urgent, ubi est dispar ratio.*

41. 42. 43. 44 *Regula, si vinco vincentem te, vinco te; quando obtineat?*

45. *Masculus ex fœmina non excluditur, nisi præsupponatur Fœminam semel exclusam, semper excludi, juxta Manticam.*

46. *Renunciatio Matris, secundùm multos, non nocet filiis, si ante avum mater moriatur.*

47. *Fœmina non inficit partum, quia omnes de fœmina nascimur.*

48. *Nati ex spuriis, sibi invicem succedunt: ipsi verò spurii non succedunt.*

49. *Regula est, ubi causa exclusionis cessat, ibi & ipsa cessat exclusio.*

50. *Christus Dominus de Virgine natus, non ideò minus fuit, filius David & hæres sedis.*

51. *Apud veteres, plebejæ uxores virorum radiis corruscabant.*

52. *Hodie viri nobiles non nisi cum nobilibus ineunt matrimonia.*

53. *Libri de Hastiludiis Historici, vel Cosmographici, fidem merentur.*

54. *Familia Harff, ante annos plurimos frequentavit crebro solemnia hastiludia.*

55. *Similes familiæ hodie perdurantes numerantur.*

56. *Hodie viri nobiles, tam in maternis, quàm paternis insigniis gloriantur.*

57. *Ex decrepita nunc Feudorum natura fragile petitur argumentum ab adversariis.*

58. *Nam natura novas deproperat edere formas.*

59. *Origo feudorum initio fuit personalis.*

60. *Apud Saxonnes nec dum succedunt collaterales, nisi in simultanea investitura comprehensi.*

61. & 71. 73. 74. *Feuda à genuina indole, quâ censebantur recta & mascula, sensim degenerarunt.*

62. *Etiam adhuc illo tempore, quo consuetudines feudales in scripturam redactæ sunt.*

63. *Fœmina succedit in Feudo, cujus servitium præstare decenter poterit, etiam de jure feudali scripto.*

64. *Et quidem simul secundùm textus feudales.*

65. *Item si nullum præstat servitium.*

66. *Ubi additur, hodie feuda ita plerumque dari.*

67. *Item si in investitura dicatur, ùt in eo succedant fœminæ, sicut masculi.*

68. *Etsi ad certum servitium fuerit datum.*

69. *Etsi in maribus & fœminis fuit acquisitum.*

70 *Feuda jam tum tempore scriptorum feudorum in maribus simul & fœminis tradit solita.*

71. *Feudum itaque Reinshemi in mare & fœmina acquisitum contra instrumenti venditionis textum, hæredibus ablatum esse.*

72. *An feuda* Vehrambt, Saltzmaß *servitium certum habentia, justè dicantur masculina? ac Fœminæ ab iis, jure scripto, arceantur?*

75. *Agnatum remotiorem hodie excludit cognatus proximior, contra jus scriptum feudale.*

76. 85. 86. *Imo & propinquior extraneus excludit remotiorem sanguinis.*

77. *Moribus nostris fœmina sequiorem masculum excludit, etiam in feudis dignitatum.*

78. *Syndico nostro contingit, quod Hassiacis Ictis, in causâ Nassovica.*

79. *Serenis. Ernesto in legatione attestanti, præ omnibus fides adhibenda.*

80. *Ab hominum memoria remotior agnatus non exclusit cognatum proximiorem in hac Diœcesi.*

81. *Familiam* Gimmenich *superstitem, à cognatis proximioribus exclusam, patet ex actis circa* Vorheim, Lüffelberg, *rc.*

82. *Sic* Odenkirchen, *per* Humen Nagell, Flodorff *ad* Boetzeler Nerß *a* Palandt *pervenit ad* Virmundt.

83. *Syndicus Archiepiscopi, sæpè quæ in responsionibus negavit, in contradictionalibus confessus est.*

84. Reinßheim *habet rem judicatam, quod frater uterinus à sanguine alienus exclusit cognatum.*

87. *Feuda eo hodie degenerarunt, ut etiam per testamenta transeant.*

88. *Facultates testandi in toto hoc Belgio, per ottrojas frequentantur.*

89. *Syndicus Archiepiscopalis minax.*

90. *Privilegium testandi de feudis Saxonibus datum recensetur.*

91. *Item ordinum Geldriæ.*

92. *Sed ante mortem impetranda est.*

93. *Valetque tantùm in institutionibus, non autem substitutionibus.*

94. 95. *Major pars orbis antiquavit jus Longobardicum in successionibus fœmineis.*

96. *Lex Salica exemit solium Regni Galliæ, in cæteris verò admittit secundùm plerosque, quod tamen negat Hundius.*

97. *Lilia non nent.*

98. *Hodie ideo hæredis nomine venire fœminas.*

99. *Etiamsi adjectum fuerit* Lehens-Erben.

100. *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur: & vocabulum hæres interpretandum secundùm subjectum materiam.*

101. *Imo jus commune non tam assistit quàm resistit potius Serenis. Dom. Electori & Cap.*

Funda-

Fundamentum primum Archiepiscopi ac Capituli ex Jure Feudali scripto, cum ejusdem Refutatione.

1. COmmunis Juris Feudalis Longobardici Regulæ, quod feuda, non ad Fœminas, nec
ad natos ex fœminis ad successionem anhelantes, tanquam ex radice infecta ortos, per
successionem transeant; sed ad Dominum Feudi immediatè revertantur: tam confidenter in-
nititur Serenissimus & Reverendissimus Princeps Elector Archiepiscopus Coloniensis, ut de
contraria consuetudine reprobanda parum sollicitus esse videatur, adeóque S. Rever. Celsit.
sese uti prætensum causæ hujus reum, Juris Feudalis Regula tutum fore & esse, ut Vasallis,
2. quasi actoribus non probantibus, etiamsi nihil præstiterit se absolvendum esse opinatur.
Vulgata l. qui accusare C. de edend. l. extat ff. de jure Fisci l. ult C. de rei vindicat.
Est enim sine controversia certissima, juris Feudalis scripti regula Feudorum naturæ con-
3. venire, ut fœminæ ab illis excludantur, *c.* 1. § *fin. de successione feudi*, Zasius *in epitom. p. fin. num.* 2. & feuda in dubio præsupponi masculina, *c.* 1 §. *quia vidimus de his qui feuda dare possunt.* Myning *obs.* 2. *cent.* 4. Bursatus *consil.* 3. *n.* 4. *l.* 1. *pluresque quos congessit* Herman.
Vultejus *lib.* 1. *de feudis cap.* 9. *n.* 25. *edit. noviss n.* 27. *& uno ore omnes interpretes*
4. Sed, ne lectorem his diutiùs (ùt fieri solet, quando resolutiones dubiorum & respon-
siones ad argumenta, usque ad finem reservantur, donec omnibus prius enumeratis ordine,
ex intervallo, exspectationi satisfiat) remoremur, non videtur Serenissimo nostro, isto præ-
sidio, satis cautum esse. Nam, præter hoc, quod ista regula *l. qui accusare de edendo, teste*
5. Borch. *cap* 10. *n.* 41. *in fin. & cap.* 7. *n.* 47. Rosenthal. *cap.* 12. *conclus.* 67. *in veteri exemplari*
Vultejo *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 20. *edit. noviss. n.* 35. in feudis fallat: generalis enim illa feudorum indo-
les, quæ ex jure feudali scripto sumitur, ob notam pactorum varietatem, quibus feuda, ple-
rumque extra naturales terminos tolluntur, facit. Quod certæ Feudarum regulæ constitui
6. nequeant. Speculator. *tit. de Feudis.* Wesenb. *in præludio.* Camillus de Curte *p.* 1. *divers. jur. feud.* §. ut igitur *n.* 4. Andreas Knichen *de vestiturar. pactionibus, par.* 1. *c.* 1. *n.* 14. Va-
salli enim, qui sunt in possessione Feudorum, hoc habent privilegii, quod, absque alio ad-
miniculo, possint probare juramento etiam qualitatem Feudi, ùt hoc loco, est qualitas fœ-
minea, *cap.* 1. *si de investitur. feudi, controvers. fuerit. c.* 1. *de content. inter Dominum & Vasallum, c.* 1 *si controvers. inter Dom. & fidelem & c.* 1. *si verò Vasallus, &* §. *fin. quid sit investitura, c.* 1 *de controvers. inter me & Dominum de port. feud. cap.* 1. *vers. inde etiam de consuetud. recti Feudi.*
7. Ideò prius ad investiturarum tenores, teste Isernia *c.* 1. §. *profecto de lege Corradi*: deinde
ad consuetudinem & morem localem, priusquam ad jus scriptum, recurrendum est, *c.* 1.
ubi præpositus reliquique DD. de Feudi cognitione, Antonius Canarius *consil.* 100. *n.* 12. Ro-
senthal. *cap.* 6. *conclus.* 69. *n.* 7. 12. *& eod. cap. conclus.* 65. *gl. h.*
Quod tamen Syndicus Archiepiscopalis, hoc loco; ubi utraque sibi non profutura, con-
scientiæ motu facile auguratus est, facere omisit, cum tamen omnes investituras, pro infor-
matione sua, in manibus habeat.
8. Deinde etiam Archiepiscopus in hoc negotio non personam Rei, sed potiùs Actoris
sustinere creditur, licet libellus à Vasallis sit exhibitus; nam hoc judicium simile est diffama-
9. tionis judicio, *ex l. diffamari C. de ingenuis manumissis*, ubi futurus reus, in priori judicio
quidem agit, sed in secundo judicio rei favoribus utitur & gaudet, Gail. *lib.* 1. *obs.* 9. *n.* 5. &
obs. 11. *num.* 2. actoris enim personam, qui petit & non qui possidet, sustinere debet: pos-
10. sidenti verò non datur actio, sed exceptio, §. *interdum. vers commodum Instit. de interdictis.*
Cum enim Vasalli possideant Feuda, & non Dominus, & hæredes facile Dominum antever-
11. tant, non est dubium, Dominum Actoris personam subire debere, §. *æque Instit. de actionibus.*
12. Quod maximè in hac causa Compromissi dicendum videtur, in qua utraque pars, Actrix
& Rea est, & utraque pars quoad onus probandi in pari jure constituta est, Herman. Vul-
13. tejus *consi.* 12. *n.* 2. *seqq lib.* 4. *Marpurgensium consiliorum.* Ideo Archiepiscopus frustra pro-
bandi onus à se in pares rejicere conatus est, & ab ordine libellandi præsidium aliquod sollicitè
14. quæsivisse videtur, sed evidenter labitur. Sicut etiam contingit in judiciis & interdictis du-
plicibus *l.* 2 §. *in familia l. inter* §. *qui familiæ ff. familiæ erciscundæ*, licet, qui provocat ad
judicium, interim haberi initio debeat pro actore, *l. in tribus ff. de judiciis l.* 2 *ff. communi dividundo. l. Judicium* 10. *Finium regendorum*: uti fuit hoc loco Serenissimus, ut patet ex
Compromissi tenore, in quo termini pro directorio probandi, excipiendi contra instru-
15. menta & concludendi utrinque præstituti sunt, ibi wofern man ein oder andern Theils darzu

gesin-

gesinnet, & ibi soll hinc inde & jeden Theils, & sic Syndicus sub Specie subtilis cautelæ, impegit, quando cum suis probationibus exspectare voluit, dum priùs videret, an pares Curiæ intentionem suam implerent.

Nam & generaliter hodie, ubi termini sunt communes, non est Reo exspectandum, donec actor impleverit intentionem. Bald. *l. 2. si intra certum tempus.* Fulvius Pacian. *lib. 1. c. 98. n. 79. de probationibus.* Rosenthal *cap. 6. concl. 6. gl. h.* 16.

Unde etiam nata est in Camera Eventual Handlung: alias potuisset etiam Syndicus Serenissimi omittere defensionales, & multò magis 300. deductionales, qui sunt defensionalium illiciti additionales, quos tamen in Vasallis rejecit. Quàm malè inæquales veniunt ad aratra juvenci? 17.

Ex quo nunc sequitur, quod Serenissimus Elector, ejusque Capitulum tali fundamento innixi, in facto nihil quicquam, nec de prætensis quidem Imperatorum privilegiis, nec de actibus, ex quibus contraria consuetudo assereretur, vel refutaretur, ad acta, ita ut publicaretur, ac pars actorum fierent, in ipso termino probatorio (quem S. Celsitudo jam dudum effluxisse sustinet) produxerit, & nunc in posterum ab omni istorum instrumentorum & documentorum usu penitus sit exclusa, quousque Vasallos ad continuationem & redintegrationem termini probatorii, artibus & practicis Archiepiscopalis Syndici impediti iterum admiserit. 18.

Instrumenta enim judicialiter exhibita, si parti adversæ non communicentur, non probant, textus *in l. Judices, & ibi* Bald. *n. 1. C. de fide instrum.* Hypolitus *singulari 31.* Bartol. *in constit. ad reprimendum in verbo de plano. n. 3. ibi, nisi parti detur copia.* Gail. *lib. 1. obs. 107. num. 14.* Speculator *lib. 2 par. 2. de instrum. edit. §. 6. videndum. num. 9. & 10. (ibi)* illud certo certius est, quod omnium instrumentorum, quibus quis in judicio utitur pro se, debet etiam fieri copia adversario contra se, *l. 1. §. edenda ff. de edendo, l. 15. apud quem eod. tit. c. eam qui sincera. 45. distinct. (ibi) ex eorum codicibus &c.* quod locum habet tam in Actore quàm Reo &c. 19.

Quod tantò magis hoc loco admittendum est, quia ista practica, Vasalli ab integra copia Actorum arcentur, dum Notarii illorum Instrumentorum non sunt compotes, &, quod ipsi non habent, partibus communicare non possunt &c. Accedunt præterea, quæ Dominus Rosenthalius, nec non Academici & Consulentes, Imperatorum declarationibus (earum serie, circa veritatis præjudicium præsupposita) solidè doctéque responderunt, quæquæ hic repetere operæ pretium non est. Quod ista diplomata, ad materiam præsentis Compromissi minimè pertinent, atque ad hanc causam non faciunt. Quippe quæ versatur circa unicam hanc quæstionem, an sit, fueritque in Diœcesi Coloniensi consuetudo admittendi fœminas ad successiones Feudorum, non verò super alia ab hac longe diversa quæstione, an talis consuetudo sit legitima, vel, an talis introduci possit; an verò corruptela potiùs, quàm consuetudo, censenda sit: eo enim solum ista privilegia spectant, aut saltem imaginatione Syndici Adversarii trahuntur, ùt ex defensionalibus à quinto usque ad 25. inclusivè, & à 157. & 158. nec non à 171. usque 190. deductionalem manifestum evadit. 20. 21. 22. 23.

Quæstio enim, an sit, toto genere à quæstione, quale sit, & an esse possit, sicut potentia ab actu differt, §. *sic itaque discretis versic. quia quod meum est. Instit. de actionibus.* 24.

Certum autem est, Compromissum esse strictissimi juris, & ejus verba quàm strictissimè accipienda, nec ab uno casu ad alium extendenda esse, *l. non distinguemus §. de officio. ff. de arbitris c. super eo x. de officio delegati c. cum olim extr. de arbitris.* 25.

Maximè, cum Quæstio hæc secunda, utrum consuetudo admittendi fœminas ad successionem, tam sit rationabilis, & juxta vulgatam L. maximum vitium C. de liberis præteritis, tam longè absit à corruptela, quod tempore Compromissi, compromittentibus nulla ea de re venire in mentem potuerit dubitatio, si enim homini communi judicio non planè destituto proponatur quæstio, utra consuetudo propiùs ad corruptelam accedat: illane, per quam Filia, vel ex ea descendens, à feudo paterno, juxta rigorem Feudalis juris, excluditur: an verò illa, qua juxta juris communis dispositionem, sine sexûs discrimine, omnes admitterentur? nemo tam barbarus invenietur, qui exclusionem fœminæ, pro corruptela habere, eidemque rigorem Feudisticum præferre, aut l. maximum vitium (quæ dicit eos, qui tales differentias inducunt quasi naturæ accusatores existere, cur non toties masculos generavit, ut unde generentur non fiant &c.) vitii convincere vellet. 26. 27. 28.

Quod si enim quæras, quæ sit ratio, cur fœminæ & ejus filii à successione paterna, per Feudistas excludantur? respondebit Glossa in cap. unico lit. I. §. hoc autem notandum, qui Feudum dare possunt, quod sit pro ratione voluntas; quam tamen rationem in Tyrannis damnare solemus, quando secundum Persium: 29. 30.

Stat contra ratio, & secretam gannit in aurem.
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.

Ratio autem pro filiabus & filiis natis ex istis multò plausibilior est, quàm ea, quæ leges aut consuetudines, tanquam naturæ accusatores damnant, quod non omnes masculos, ut diximus, creaverit, *d. l. maximum vitium. Cod. de liberis præteritis.* 31.

32. Et licet à Feudistis admodum anxiè rationes hujus moris indagentur , tamen ex quinque quæ adferuntur : ut sunt militia , secretorum retentio (*quas duas Menochius vult esse præcipuas. Consil. 65. n. 20.*) honestas publica , fragilitas consilii , lubricitas voti , Vult. *lib.* 1. *de feudis cap.* 4. *num.* 2. *post Bald. in l. quoties n.* 7. *verbo & dic. Cod. de suis & legitim. hæred.* Sonsbeck *de feudis par.* 9. *n.* 121. Curtius Junior *de feudis par.* 3. *n.* 1.

Nulla tamen est , quæ in masculum ex fœmina natum stringit ; quod is ejusdem est sexus , cujus Vasallorum alii filii ; quos tamen uno ore omnes Feudistæ, cum matre excludunt , *per textum*
33. *in d. cap unico de successione fratrum* , Schrad. *de feudis par* 7. *cap.* 4. *num.* 3. *&* 1. hoc autem notandum de his , qui feudare possunt. Rosenthal. *cap.* 7. *concl.* 109. *in nov. edit. concl.* 32. *n.* 23. Vult. *de feudis lib.* 1. *c.* 9. *n.* 27. *edit. nov. n.* 30.

34. Quia igitur illæ omnes rationes cessant in descendente per fœminam , hinc Feudistæ alias , & novas à superioribus diversas comminiscuntur rationes , cum tamen cessantibus omnibus rationibus
35. legis , etiam cessare deberet dispositio , per regulam , cessante causâ cessat effectus. *cap. cum cessante ext. de appellat.* Nicolaus Everhardi *in locis legalibus , à ratione legis &c.* Tiraquell. *in tractatu cessante causâ* , & causa limitatâ , limitatum producit effectum. *l. in agris ff de acquir. domin. l. cancellaverat ff. de his , quæ in instrumento delentur , l.* 2. *ubi* Bald. *ff. de servis exportandis l. age cum Geminiano*
36. *C. de transact.* Tiraq. *dicto tractatu. num* 147. Quod supra citatam Glossam movisse videtur ; quando captivando intellectum , ipsam voluntatem , pro ratione posuit , nec ultra in rationes singularitatis indaginem mentem intendit.

37. Hinc licet Feudistæ in fœminas rigidiores (*teste* Andr. Knichen *de vestit. pactionibus , par.* 2. *num.* 57.) comminiscantur alias diversas à superioribus rationes , quarum una est, quod , excluso
38. aliquo , per legem , à successione alicujus rei , omnes etiam descendentes exclusi censeantur , & , quod infecta radice , infectum sit omne , quod ab ea producitur , *l. si viva matre. C. de bonis mater-*
39. *nis gloss. in l.* 1. *in princ ff si quis aliquem testari prohibuerit l. tria prædia ff. de servit. rusticor. prædiorum. l.* 1. *cujus rei. ff. de officio ejus , cui mandata est jurisdictio.* Hartman. Pistor. *lib.* 2. *quæst.* 34. *n.* 5. Schrad. *par.* 7. *c.* 4. *n.* 4.

40. Istæ tamen rationes non videntur satis firmæ , nec per allegatas leges regulam illam exclusionis unius extendi ad aliud , in quo non viget eadem ratio , sed secus esse, dum diversa subest ratio ,
41. prout in simili dicitur , regulam : Si vinco vincentem te , multò magis vinco te , non habere locum in rebus , quæ non sunt ejusdem generis , rationis & ordinis ; *ita* Olradus *consil.* 198. *num.* 6. & ubi eadem militat vincendi ratio : Non autem quando adest diversa ratio , ut hic , Joannes de
42. 43. Castillo *lib.* 3. *quotid. controvers. Juris cap.* 30. *passim per totum præsertim num.* 33. Gabrielius *Roman. conclus. lib.* 4. *titulo de success. ab. intestato conclus.* 4. Covarr. *variarum resolut. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. Surdus *consil.* 138. *num.* 19. *lib.* 1. Cardinalis Tuschus *tomo* 8. *litera V. conclus* 208. *n.* 4. *&* 16. *ac passim per totum.* Cynus *in Authent. licet* C. *de natur. liberis.* Joannes Andreas *in cap. autoritate de concess. præbendæ in* 6. Claudius Cantiuncula *consil.* 7. *num.* 10.

44. Item cessat illa regula , ubi succedens non surrogatur formaliter in locum ejus , qui vincitur , & est aliquid in medio : vel ob potentius jus , vel quando alter contendit ex jure communi , alter jure speciali. Mandellus Albensis *consil.* 761. *num.* 30. Decianus *consil.* 113. *num.* 38. *& consil.* 58. *num.* 20. *lib.* 5. Honded. *consil.* 8. *num.* 61. *& consil.* 88. quia in dubio vinceret , qui juri communi inniteretur. Castillo *d. cap.* 30. *num.* 6. & proinde , hoc loco , fœminæ , pro quibus jus commune , & naturæ convenientior ratio militat , *d. l. maximum vitium. d. t.*

Hinc est quod Mantica determinet , masculum ex fœmina exclusa , non excludi , nisi præ-
45. supponamus fœminam semel exclusam , semper etiam perpetuo in Feudo fœmineo excludi , Mantica *d. lib.* 23. *de tacit. & ambig. convent. tit.* 26. ubi allegat Osascum consuluisse pro Rege Catholico , in causa Successionis Regni Lusitaniæ &c. & in illam sententiam ivisse Menoch. *in consil.* 331. *n.* 52. *&* 62. Hodie verò ista opinio , excludens semel exclusas , post longas disputationes , recessit à foro , Rosent. *cap.* 7. *concl.* 44. *lit. A.* Vultejus *lib.* 1. *c.* 9. *num.* 52. *edit. nov. num.* 88. Sande. *d. tr. tit.* 3. §. 7. *num.* 77. *pag.* 155. Pistor. *quæst.* 36. *num.* 11. *& seqq. per textum in c.* 1. *de eo qui sibi & hæredibus suis &c. & c.* 1. *de duobus fratribus.* Laudensis , Jacobus de Belviso , & Cujacius , *in §. quin etiam Episcopum vel Abbat.* Philip. Matthæi *consil.* 26. *vol.* 2. *n.* 62. *& multis sequentibus. Consilior. Marpurg.*

Sic videmus , quod ex multorum Interpretum sententia , renunciatio matris non noceat filiis ,
46. si mater ante avum moriatur , etiamsi mater inter avum & filium vel nepotem intercesserit , Batt. *in. l. quod dotali in* 2. *quæst. C. de collat* Cravetta *consil.* 703. *lib.* 4. Covar. *in l. quamvis. C. de Pactis.* Fachin. *lib.* 3. *controv. cap.* 23: *reliquique Doctores quos refert , licet non sequatur.* Cothmannus *resp.* 99. *num.* 115. *&* 116. *lib.* 2 Et hanc sententiam non infeliciter comprobat Modestinus Pistoris *lib.* 1. *consil.* 23. *num.* 5. 6. *& seqq.* Rosenthal. *cap.* 9. *conclus.* 79. *glossa l.*

Unde non desunt Authores , qui filium fœminæ , ex propria persona venientem ad Feuda admit-

admittant. Menoch. *conf.* 331. *num* 62. Berous *conf.* 120. *num.* 82. *vol.* 2. Amad. de Ponte *conf.* 39.
num. 37. *relati à* Rosenthal. *cap.* 7. *concl.* 45. *g. x.*

Quod autem dictum est, surculum ideo infectum esse, quia ex infecta fœminea radice surgit, 47.
justa ratione caret, cum fœmina non inficiat partum; omnes enim de fœmina nascimur, nec tamen ideo vitia fœminea in omnes viros transferuntur: nec ista consideratio, sui natura, ejus est
energiæ, ut propterea etiam filii excludendi veniant; Quandoquidem videmus natos ex spuriis 48.
invicem succedere, ubi ipsi spurii inter se non succedunt, ut ex Responso secundo Assessoris Cameralis anonymi clare patet, *post* Nicol. de Ubaldis *de success. ab intestato num.* 28. Corn. *consil.* 21.
Cephal. *conf.* 103. qui concludit regulam, quod ubi causa exclusionis cessat, ibi etiam cesset ipsa
exclusio, sicuti cessante causa cessat effectus. 49.

Imo Christus Dominus de virgine, licet, miraculose, sine virili semine natus, non ideo minus fuit vere filius David & Abraham & solium Juda hæreditavit, *Matth.* 22. *cap. Lucæ* 1. 50.

Et, quamvis ista inspectio infectionis radicis fœmineæ, apud veteres, quando Nobiles cum 51.
plebeiis conjugio miscerentur, & mulieres virorum tantum radiis coruscarent, *l. ult. Cod. de incol. lib.* 10. *l. mulieres C. de dignitatibus lib.* 10. *l. ult. C. de nuptiis*, *l. fœminea*, *ff. de Senatoribus*, Vultejus *consil.* 17. *n.* 40. potuisset considerationem aliquam meruisse, tamen illa ratio hodie parum ha-
bet momenti, quando Nobiles cum æque nobilibus mulieribus matrimonia contrahunt; sin secus fit; 52.
vix, & admodum ægre nobilitatem suam tuentur, ac intra tres vel quatuor generationes, nec ad nobilium Collegia, nec ad torneamenta, ac ludos equestres admittuntur; ut patet ex libris anti-
quis de hastiludiis editis, & in Munsteri Cosmographia relatis, quibus fidem haberi nemo dubi- 53.
tat, Arg. *l.* 1. *ff. si pars hæred. petatur. &* §. 1. *instit. de donat. l.* 1. *ff. de contrah. emptione*, exempli gratia tam fuit idoneus ad succedendum in Feudum, Renißheim, Metternich, Vettelhoven, ac
nunc ejus gener Harff von Drymborn quam fuerit Hurdt ultimus possessor, quandoquidem fami- 54.
lia Harff ante 424. annos solennia Imperii hastiludia frequentavit, & non minus, quam quinquies, nempe in XIII. XVI. XVIII. XXVI. XXVIII. se præsentavit, ad quæ hastiludia, nemo, nisi esset perspectæ & illibatæ Nobilitatis, admittebatur, *teste* Gæddeo *d. consil.* 37. *lib.* 4. *Munstero lib.* 5. *Cosmographiæ de Germania cap.* 414.

Tales familiæ durant hodie plures, ut Palandt, Resselrath, Elß, Ley, Leonradt, Boetscheidt, Quad, Blettenberg, Hatzfelt, Bungard, Reuschenberg, Weiß, Kolb, Walpott, Bernsaw, Hoch-
steden, Breidtbach, Bulach & Milendunck inter Barones, in torneamento II. Anno 1079. & simi- 55.
les, qui à curiosis suppleri possent.

Unde hodie viri Nobiles non minus in maternis, quam paternis insigniis gloriantur, ac Cu- 56.
riosi sunt: & nemo inficias ibit; Et filiæ majorum insignia recte gestant. Berous. *consil.* 77. *n.* 12. *vol.* 2. Gœdd. *consil.* 37. *n.* 1014.

Vera itaque ratio, cur regulariter fœminæ in feudis rectis non succedant, nec etiam ex fœ- 57.
mina nati masculi, hæc est, quæ etiam ab intentione glossæ supra allegatæ non est in effectu aliena, quod feuda, ut beneficia, ex mera Dominorum liberalitate nata, ab ipso Feudorum exordio, solebant esse *tantum vitalia*, ad solius Vasalli vitam duratura, & per illius personæ extinctionem, ad Dominum illa lege, donantem, reditura; quæ ratio licet paulatim postmodum etiam ad successionem liberorum extendi cœperat; Illa tamen extensio, intra illius primi acquirentis familiam (quæ ex solis masculis continuatur) tanquam certos limites, sese continuit, Et, quia fœminæ a sua familia exeunt, eamque non propagant. Hinc inter contrahentes id tacite vel expresse actum esse videtur, ut, familia ista finita, bona, ista de causa data, quasi deficiente causa dationis, potius ad Dominum, illa contemplatione dantem, quam ad filiam vel sororem devolverentur, reverterenturque.

Nihil enim æquitati naturali magis conveniens est, quam voluntatem Domini, rem suam propriam certis legibus in alium transferentis, ratam haberi, juxta textum *in l. qua ratione*. §. *hoc quoque ff. de acquir. rer. dominio.* quem quidem rigorem Vasalli, ut omnes, alienum beneficium acceptantes, juste ac rationabiliter recusare non potuerunt.

Verum ista ratio, sicut naturam rectorum Feudorum, ex liberalitate mera Dominorum profectam, in isto suo statu justificat; sic similem rigorem in aliis impropriis & de ista liberalitate non participantibus feudis non producit, & casum caducitatis, ex defectu masculinæ prolis, moderatur ac temperat, ut res potius ad fœminam ex acquirente natam, nihilque contra Dominum demeritam, quam ad honoris tantum causa assumptum aliquem, Dominum transeat; sed potius sibi suisque hæredibus fœminis, extra casum liberalitatis Dominicæ, Vasallus prospicere voluisse videatur.

Hinc fragile admodum est fundamentum, quod ex parte Archi Episcopi uti firmamentum hu- 58.
jus causæ, hoc tempore, & tam remota, & nunc fere decrepita natura Feudorum petitur; & ex eo quasi una fidelia omnes curiæ parietes dealbantur; Cum inter Feudorum infantiam, statam ætatem, & senium, longâ sit differentia; Nam quotidie natura novas deproperat edere formas, *ut est*
text. c. 1. §. *prædictis*, *quæ fuit prima causa beneficii amittendi.* Origo enim Feudorum initio fuit 59.
personalis, & cum persona extinguebatur, imo etiam precaria & manualia erant, ut dictum, feuda, & Vasalli ad nutum amovibiles, *ut est text. in c. unico*, *qui feudum dare possint*, deinde Succes-

fio eorum deferebatur, solis defuncti Vasalli filiis, mox nepotibus masculis ex filio; non verò agnatis
60. collateralibus (quo usque tamen Feuda Saxonica etiam hodie necdum pervenerunt, nisi agnati simultanea investitura juventur. Matth Berlich. *concl.* 53. *num.* 19. *par.* 2.) Wesemb. *cap.* 16. Pistor. 2. *quæst.* 20. *num.* 19. Schneidewinus *de Feudis. par.* 5. *l.* 2. *& seqq.* Vultejus *lib.* 1. *c* 9. *n.* 104. *prope finem edit. nov. num.* 215.

61. In hac quidem successione agnatorum feuda diutissime tanquam in genuina sua natura & perfectione perstiterunt; tamen, procedente tempore, ab illo rigore, mediantibus specialibus pactis, & investituris degenerare cœperunt & patet in primo titulo *lib.* 1. *Feudorum*, *qui feudum dare possunt*, in quo Feudorum origo recensetur, §. *hoc autem, ibi, nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat. c.* 1. Episcopum vel Abbatem §. *quin etiam c.* 1. *filia de successione Feudi. c.* 1. *in fin. de Feudo Marchiæ*, *toto titulo*, *quemadmodum Feudum ad filiam pertineat. c de usu Mediolanensium c. q.* 1. *de successione fratrum c.* 1. *de eo qui sibi*, *& hæredibus suis masculis. c.* 1. § *inter filiam*, *& §. defuncto §. mulier*, *& §. feudum*, *si de feudo defuncti*, *toto titulo de feudo fœmineo. c.* 1. *de controversia*, *inter masculum & fœminam de beneficio c.* 1. *de natura successionum feudi. c.* 1. *de successione Feudi, c.* 1. §. *similiter*, *si quis de Capitaneo qui Curiam vendidit. c.* 1. *fratrem fratri in feudo novo non succedere tit.* 90. *apud* Cujacium & Alvarottum. *c.* 1. *& tot. tit.* 103. *filios tantum secundi matrimonii*, *matri tantum infeudum succedere. Et denique toto tit.* 104. *ex ejusdem Cujacii supplemento*, ubi enumerantur ca-
62. sus, quibus fœmina in feudo succedit, ejus verba subjicio. (His enim testibus muliebris successionis, fit memoria in textibus Feudalibus.)

Si cui militi (inquit textus) ad certum servitium feudum fuerit datum, isque relicta ex se descendente fœmina decesserit, quæ id servitium, juxta feudi conditionem, non minus decenter præ-
63. stare possit, quam masculus, & si in investitura minime cautum sit; ut & fœminæ ad id aspirare va-
64. leant, eam tamen admitti, recte putamus; Quin imo, hoc casu, simul cum masculo, in feudo
65. eam succedere quidam putant; quod multo magis dignum observantia existimavimus, cum feu-
66. dum sic datum, ut nullum pro eo servitium fiat, ut pleraque hodie dantur feuda, ubi obiter notandum, jam tum feuda plerumque sine servitio (in quibus mulieres succedunt) dari cœpta; Rosenthal. *cap* 7. *concl.* 33. *n.* 1. 2. 3. *& consil.* 41. *n.* 1.

67. Item si quis eo tenore, de feudo aliquo sit investitus, ut in eo succedant fœminæ sicut masculi; sive feudum id ad certum fuerit datum servitium, sive pro eo indeterminate fuerit promissum servitium;
68. investito moriente, in feudo succedunt pariter & mares & fœminæ. Quanquam enim, superstite masculo, qui primus feudum acquisivit, fœminæ excludantur, etsi in maribus & fœminis fuerit ac-
69. quisitum, ut in feudis regulariter tradi solet, sermonem tamen investituræ, nec non vim verborum, & sensum contrahentium intuentes, discretionem sexus, in hujusmodi feudi successione non feci-
70. mus; &c. hactenus textus feudalis. Qui textus à morsibus quorundam per Doctores *in responso Testamento feudali*, *par.* 2. *Syntagmate.* 4. *Decision.* Cameræ *subjecto num.* 68. *allegatos*, defenditur.

71. Ex quibus duobus Paragraphis patet, feuda adhuc eo tempore, quando consuetudines feudales in scripturam redactæ sunt, à suo priore rigore remisisse, & paulatim ad humanitatem Juris communis propius accessisse. Ideoque Syndicum Metropoliticum perperam in consuetudinis jam antiquari cœptæ, rigore, se fundare, & feudum Reinscheim, in masculo simul & fœmina acquisitum, utriusque hæredibus, de facto abstulisse, ac contra mentem & sensum contrahentium omnia feuda à se non profecta, ad se trahere: inter collata ex liberalitate, & ex devotione, ab ipsis Vasallis, ex bonis suis allodialibus oblata, non distinguere; Ecclesiastica cum secularibus confundere; & ad antiquum, & jam obsoletum rigorem omnia reducere; & ex scholis fori consuetudines reformare conari.

72. A quo etiam textu dependet, an justum sit feuda, Salzmaeß, Behrambt, &c. & similia certum servitium habentia, solis masculis alligari, & fœminarum filios excludi? quod, hoc loco, ego non disputo, sed tantum tacitis cogitationibus & conscientiis committo, est enim materia quæstus infirmioribus periculosa.

73. Nam feuda in dies, procedente tempore mitiora facta esse, attestatur Sandius *tractat.* 1. *de feudis*, Geldric. *de causis ac modis acquis. feudor. pag.* 29. *edit.* 2. dicens, defecere autem primum quidem (feuda) cum, masculorum linea extincta, ad sequiorem sexum migrarent. Deinde etiam, cum, masculina linea nec dum deficiente, alter sexus in propinquiore gradu defuncto conjunctus admitteretur.

Quapropter regula illa generalis, qua Princeps nititur, ex consuetudine locorum limitationem accipit, *c. significavit x. de rescriptis*, Laudensis *in cap.* 1. §. *& quia videmus n.* 33. *& ibidem Isernia. n.* 17. *de his qui feud. dare poss.* Nam feuda, quia sola consuetudine constant, merito à consuetudine locorum, ubi sita sunt, regulantur, Julius Clarus §. *feudum. quæst.* 74. *num.* 9. Ideo hujus particularis loci consuetudo inprimis attendenda erat, *d.* §. *hoc quoque sciendum, capit.* 1. *an maritus succedat uxori in beneficio. cap.* 1. §. *filii. si de feudo def. content. cap.* 1. §. *legum, de feudi cognit.* Philippi Matthæi *consil.* 21. *num* 45. *vol.* 3. *Marpurg. consil.*

74. Nihil itaque, hoc loco, attinet, Jus obsoletum Longobardicum plenis buccis inflare, & textus

tus feudales, ex opinione Oberti *Orto ex Gerhardi Capagisti, vel Nigri*, in medium adducere: consuetudinem vero Curiæ nostræ, suspenso pede, prӕterire, quando nostri majores à trecentis annis, & ante tempora Caroli Quarti ac Wenceslai, istorum vestigia non sunt insecuti.

Quod vel inde in propatulo est, quod Feudistica disciplina, etiam in Feudo fœmineo, masculo etiam remotiore extante, fœminas non admittit, quas tamen, moribus nostris, masculis remotioribus plerumque præferri videmus, Menoch. *consil.* 930. *num.* 31. & *consil.* 931. *num.* 5. Nicol. Everh. *consil.* 63. *num.* 2. Alciat. *respons.* 1. *num.* 32. Sic judicatum perhibetur in Camera in causa Stockheim contra Stockheim Anno 1559. *Referente Domino* Rosenthalio *cap.* 2 *concl.* 24. *num.* 6. & *concl.* 68. *lit. D.* quod tamen hoc loco, determinare nolim, sed ad quartam rationem parium Curiæ infra reservo. 75.

Adeo, ut, ubi, de jure scripto, olim, masculus natus ex fœmina, excludebat fœminam natam ex masculo, in feudo scilicet fœminino, quod octodecim auctoritatibus stabilivit Menochius *d. consil.* 930. *n.* 30. Purpur. *consil.* 9. *n.* 22. *circa finem*: Hodie, moribus nostris, & vicinarum provinciarum, fœmina proximior, sequiorem masculum excludit, etiam in Feudis dignitatum, cognatis remotioribus exclusis, Albert. Brunus *consil.* 131. §. *quod si dicatur in fin* & de Regno Siciliæ affirmat Purpur. *cons.* 216. *n.* 3. *lib.* 1. de Monasteriensi, Elbertus Leoninus *consil* 60. *n.* 10 Modest. Pistor. *consil.* 25. *num.* 13. *lib.* 1. de Fuldensi, Andr. Knich. *de vestiturar. pact. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 100. 76. 77.

Quapropter Syndico nostro accidisse videtur, quod non ita pridem ICtis Hassiacis in famosa illa, inter Landgravium & Nassovios controversia, quæ multorum Doctorum ingenia exercuit, contigit. In qua nihil profuit Landgravio, quod jura feudalia scripta à suis urgerentur, inter quos Oldendorpius, ut ideo oppida & pagos obtinerent, *Referente* Andr. Knichen. *d. c.* 4. *num* 102. & *seqq* ubi addit, idem quoque responsum esse Electori Friderico Tertio, & Joanni, Ducibus Saxoniæ, iu simili casu An. 1503. Oldendorpii Consilium extat *lib.* 2. *consil.* 5. *Marpurgensium responsorum*, & Claudius Cantiuncula *consil.* 1. istam quæstionem Landgravii tractavit. 78.

An autem, hoc nostro casu, minus sit fidei adhibendum Ernestinæ attestationi in solenni legatione ad Sereniss. Archiducem Albertum factæ, & actis hisce insertæ, judicet æquus arbiter, de qua, suo loco, uberius *per Clement.* 1. *de probat.* Alex. *consil.* 15. *n.* 2. *vol.* 5. & *consil.* 112. *vol.* 7. Ruin. *consil.* 118. *num.* 20. *vol.* 2. Afflict. *in cap.* 1. *num.* 7. *ex quibus causis Feud. amit.* Mascard. *concl.* 768. *num.* 9. 79.

Quia verò, ut postea quoque suo loco dicetur, ab hominum memoria, in nostro Diœcesi, nec visum, nec auditum est, ullum Agnatum remotiorem, filiam, vel alium Cognatum propinquiorem à successione exclusisse; Necessario efficitur moribus nostris, jura rectorum Feudorum, in quibus Serenissimus Princeps Elector, suggestione sui Syndici & Consiliariorum, sese, hoc importuno tempore, fundare conatur, non esse usu recepta, longeque, in plerisque mores modernos, ab iis degenerasse, atque ita, consuetudines juris feudalis scripti, contraria, & evidenter notoria consuetudine obliteratas & abolitas esse. Sed, ne à negativis videar velle arguere, numquid familia Gymmenich, Dadenbrug, Schall, Wulff, Kolb, &c. quæ etiamnum florent (ut pauca ex multis exemplis proferam) quod Lufftelberg transiret per successionem fœmineam ad alias familias cognatas pati debuit? ut patet ex actis sub n. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 80. 81.

Numquid familiæ Humen, Nagel, Flodorff adhuc supersunt, aut paulo ante fuerunt, & tamen, iis florentibus, Feudum Odenkirchen per manus familiarum diversarum successione legitima, ad eam de Boetzler? Sic familia de Palandt superstite, Merß successione ambulavit & transivit ad Virmundt? 82. 83.

Hæc, & centum similia sunt, quæ in libello articulata, sed ex adverso, in responsionibus quidem sæpe negata, at in multiloquis Deductionalibus subinde confessa, in directorio, num. 16. 19. 20. 22. 55. 91. deducta & per tres catalogos infra, cum suis, ex actis demonstratis numeris insertos liquide probata sunt: ad principium secundi fundamenti Parium ac Vasallorum, infra, me remittens, &c. 84.

Denique, eo etiam perventum est, ut etiam ad postremi defuncti Vasalli propinquiorem, quamvis a primo acquirente extraneum, transirent successorem, ut ex dicendis ulterius patebit, & ex causa Reinßheim hujus litis primo fomite, nimis perspicuum est. 85.

Atque hæc omnia, inquit *sup. citato loco*, Sanctius vel ex Dominorum provisionibus, vel benigne continuatis gratiis: adde & denique Consuetudine quasi tacita, animorum populique consensu, fluxere. 86.

Quod quidem; ut, hoc casu, ab Adversariis suggestoribus negari nequaquam possit; facit non exemplum modo, sed etiam res in Contradictorio Judicio, in d. causa Reinßheim contra Orßbeck ante annos plus minus 222. judicata, quæ invenitur *in extractu Jurium* Krumb Stab *sub. n.* 39. *In Actis vero n.* 64. relata. Adeo ut Statum Nobilitatis & Vasallorum, in hoc feliciorem existimem, quod arx Reinßheim, tam validis munita præsidiis hujus perniciosæ extinctionis, potius quam apertionis, procellæ impetum exceperit, ut, suo loco, infra latius in secundo fundamento 87.

Archiepiscopali n. 169. & in secundo fundamento Parium n. 533. ac in principio quarti fundamenti, Vasallorum deducetur; Uterinus enim alias non succedit fratri Uterino, etiam in feudo fœmineo. Henric. Rosenthal *cap. 7. conclus. 57. num. 3. & seqq.* nisi speciali hoc consuetudine introducatur.

88. Postremo verò, pergit, *d. loco Sand.* in variis feudis insuper hoc quoque Vasallo fuit indultum, ut ipse sibi successorem destinaret, ejusque super ea provisione, Domini autoritate stabilita, primæ Domini provisioni prævaleret. Illud enim genuinæ feudi naturæ quam maxime repugnat, *dicente textu, c. 1. d. feudi successione in princ.* nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente, ne quidem pro anima *c. 1. §. donare. qualiter olim poterat feudum alienari, c. 1. de success. Feudi. Feudista in c. 1. de alienat. feudi paterni.* Rosenthal. *cap. 7. conclus 3.*

89. Quam autem frequentes, in hisce ac vicinis omnibus Provinciis, sint concessiones facultatis testandi (quas Ottrojas Gallico vocabulo indigitant Belgæ) docet quotidiana experientia, & non desunt in his Actis exempla, numeris 365. & 386. signata, & infra in quinto argumento Parium Curiæ *num.* 48. 52. 53. *& seq.* 56. tacta, &c.

90. Judicet autem nunc minax iste *Syndicus* Adversarius, deductionali 245. aut, quisquis hujus tragœdiæ auctor, fotor vel fautor est, si pulchrum putet Serenissimum Clementissimumque Principem & Archiepiscopum nostrum, ab Electore Saxone, Principe seculari benevolentia humanitateque, erga fideles suos, in hoc puncto, superari, qui suos, speciali hoc privilegio Anno 1596. 17. Januarii hoc verborum compendio, honoravit cumulavitque, quod indicio est, testandi in feudis consuetudinem, ibidem jam pridem in usu fuisse receptam.

91. Uberdiß begnaden wir unser Lehenleut, und verbesseren ihnen ihre dißfals hiebevor habende privilegia, daß sie vorbas unter lebendige oder uffm todtfalls doch beständige testamenta gaben, und Contract, nicht allein einen Agnaten vor dem anderen, biß uff den vierdten gradt inclusive, sondern auch uff andere fernere gradt ihres Geschlechts / oder auch gar frembde, ihr Lehen, so mit uffm fall an uns und unser nachkommen stehen, zu wenden, zueignen mögen, doch soll dermassen gewalt und macht, durch uffgericht testament geben und Contract, ohn unser und unsere nachkommen, besonderen Consens zu alieniren und zuverwenden, allein in den fällen zugelassen seyn, wan dieselbe alienationes geschehen auff den mitbelehnten und remotiorem agnatum; wen aber einer sein Lehen gar oder zum theil extraneis, Manns-oder Weibs-personen, durch uffrichtung seines letzten willens will zuwenden. Sollen wir oder in unserem abwesen unser Hauptmann und Räthe hierumben ersucht, und in unser Cantzley uffgenommen, registrirt und cogniton mitgetheilt werden.

Würde auch einer Leibsschwachheit oder anderer ehehaffter verhinderung halber, uns, oder, an statt unser, unserem Hauptmann und Räth selber nit ersuchen können und seinen letzten willen verfast, für zeugen ordentlich uffgericht, und desselben hernacher durch zwo oder drey Adelspersonen, uns, oder an unser statt, unserem Hauptmann und Räthen, in abwesen einstellen, oder Commissarium zu annehmung derselben ordnung begehren, so soll solcher letzter will der solennitäten halber, vor genugsam gehalten werden, es soll auch keiner wider seinen letzten willen gedrungen werden, desselben letzten willen oder testament uns zu offenbahren, doch solle uns solche insinuation und confirmation, der uffnehmung der testamenten, und gaben an unserem Lehen und Rechten in allen wegen unschedtlich seyn, &c. Hæc refert Hermannus Vultejus *consil* 14. *in princ. vol.* 4.

92. Sic ordines Geldriæ decreverunt Anno 1600. Mense Majo, Teste Sandio *d. loco cap.* 2. uti quis de suis feudis inter liberos vel laterales hæredes disposuerit, accedente superioris, vel proximi
93. inferioris consensu, atque approbatione, ita jus sit, etiam in bonis extra Provinciam sitis: ante videlicet mortem, non autem postea, jure hæredi legitimo quæsito: Curtius Jun. *de feud. part.* 4. *num.* 127 *&* Antonius Capitius *decis.* 111. *num.* 2. *& seqq.*

94. Idque tantùm valet in primo institutionis gradu, non autem in substitutionibus, Sandius *d. cap. 2. num. 6. pag. 63. edit. secund.*

Denique nostratia Feuda, toto genere, à Longobardicis differe commonstrant laudemia, in nostris curtibus frequentia Hergewedt, aut Hergewaden, de quibus in consuetudinibus scriptis nullum extat jota, *ut contra Cujacium & Eguin. Baronem*, *confirmat* Sand. *tractat. 2. tit. 1. cap. 3. mihi pag.* 292. 278. *edit. secund.* ut sunt holoserica crumena, cum certa aurea & argentea moneta, equus armatus, ocreæ, chyrothecæ, calcaria, falco, canes venatici, par pavonum alborum, bina pocula, huc facit Aurea Bulla cap. 26. Caroli IV.

95. Concludo itaque, Serenissimum Principem, & Illustre Capitulum omissa, spreta, rejectaque observantia & consuetudine, tum hujus Diœcesis, tum Vicinarum Provinciarum, ut paulò post probabitur, tum majoris partis Orbis Christiani, fundamentum suum in obsoleto, & rigido jure Longobardico recti Feudi jacere; & actionem hanc, in necem & interitum totius Status, atque adeò Reipublicæ, formare velle; aut saltem susurronibus occasionem privati quæstus, ac piscationem in aqua turbida quærentibus, aurem accommodare.

Nam neget Syndicus Adversarius, contra omnem evidentiam quantùm velit, non tamen ex omnium aliorum hominum mentibus impressionem jam dudum conceptam, non in Belgio modo,

sed

sed & in plerisque Christiani Orbis Regnis, Anglia, Sicilia, Neapoli, Hungaria, Cypro, Lusitania, & reliqua Hispania, fœminas Feudorum regulariter censeri capaces, evellet. Sandius *d. commentario tract.* 1 *tit.* 3. *cap.* 1. §. 1. *num.* 9. 10, 17, 18. *pag.* 80. 81. *edit. secund.* His Gallia si solum Regium solium, ob legem Salicam excipias, addere mihi licet, juxta illud Scripturæ sacræ, lilia non nent, Matthæi 6. *vers.* 28. Lucæ 12. *versiculo* 27. Bodinus *lib.* 6 *cap.* 5. *num.* 745. Benedictus *in c. Raynutius, verbo duas hab. fi. num.* 27. *&* 70. *par.* 1. *extra de Testamentis.* Hondius tamen in Atlante Minore, negat Legem Salicam hoc dispoluisse, *in descriptione Galliæ, mihi pag.* 290. 96. 97.

Et nomine hæredis hodie, hoc loco, etiam venire fœminas, docet Vincentius Cabetus *lib.* 1. *d.* 19. etiamsi dictum fuerit Lehns-Erben. Sand. *d. l. loco. num.* 21. Modestin. Pistor. *consil.* 23. *n.* 12. *&* 13. *vol.* 1. Andr. Knichen. *pag.* 1. *de vestitur. pactionibus c.* 3. *num.* 20. 21. 22. Quia expressio eorum, quæ alias insunt, nihil operatur. *l.* 3. *ff. de legatis.* 1. Hinc rectè *Vultejus* vocabulum hæres secundùm subjectæ rei, id est, feudi naturam interpretandum docet *lib.* 1. *c.* 8. *num.* 26. *edit. nov.* 40. *&* Frid. à Sande *tit.* 3. *c.* 1. §. 1. *num.* 71. *&* 72. *pag* 82. *edit. secund.* ubi dicit Principum benignas concessiones à decipulis verborum alienissimas esse debere. 98. 99.

Et hæc omnia quæ hactenus deducta sunt, tantò magis stringunt & fortiùs concludunt, Serenissimum Dn. Electorem scil. se in jure communi Feudorum non posse fundare: quoniam ipso etiam jure communi Feudorum fœmina, in feudo, à Prælato, Pontifice Maximo inferiore, concesso succedit, idque tam pro fœminis quàm masculis datum esse censendum est, Menoch. *consil.* 804. *num.* 64. sic se sensisse *in consil.* 65. *num.* 30. dicens, & ad hoc porrò allegans Garzonium, *de fœminis ad feuda recipiendis vel non, in restrictione decima nona.* Qui ea ratione id comprobaverit, quod in successione feudi fœmina & Clericus æquiparentur, *ex Alexandri consilio* 10. *n.* 16. *lib.* 5. *Osasco decis.* 27. *n.* 15. (*plures infra in* 2. *fundamento Parium n.* 80. *& apud* Vultejum 1. *de feud.* 9. *n.* 65 *pag.* 473. *edit. noviss. n.* 143. Berlichium *p.* 3. *conclus.* 39. *n.* 31. *ubi ait*, Clericum & fœminam pari jure succedere, ita ùt ubi fœmina, ibi etiam Clericus admittatur, & ècontra, *per c.* 1. *in f. tit. an mutus vel aliàs imperfectus &c.*) Porrò Clericum succedere (*ait* Menoch. *d consil.* 804. *n.* 66.) in feudo ab Ecclesia concesso, sicuti latè scribit Osascus *d. decis.* 27. *n* 17. Ergò pariter (infert) in feudo Ecclesiastico succedit fœmina: *hactenus Menoch.* Atque ita in specie de Fuldensibus & Hirsfeldensibus testari Fichardum *consil.* 17. *n.* 16. *vol.* 1. *& consil.* 15. *quæst.* 13. *n.* 4 *vol.* 2. Item de beneficiis Corveiensibus Andream Knichen *de vest. pact. cap.* 4. *n.* 46. De Osnabrugensibus extare privilegia Episcopi Conradi de Ritberg. De Coloniensi quoque consuetudine tam fœminis quàm masculis beneficia deferri, absque ulla masculini sexûs prærogativa, definitivè pronunciasse Gubernatorem Ludovicum Requesentium inter fratrem & sororem Anno 1574. 16. Decembris adeò ut nihil neque in recto, neque in transverso limite primogenitus vel primogenita in Coloniensibus beneficiis præcipuum habeat: Deque Monasteriensibus beneficiis itidem extare privilegia, & statuta Episcoporum: scribit Fridericus à Sande *tract.* 1. *de Geldricis feudis tit.* 3. *de success. legitima cap* 1. §. 7. *n.* 3. 4. 5. 6. 7. Sicque Consuetudines illæ feudorum Ecclesiasticorum non sunt tam contra jus commune feudorum, quàm ex illo defluxæ: Adeoque jus commune non tam assistit, quàm resistit potiùs, Serenissimo Dn. Electori, ejusque Capitulo Metropolitano.

SUMMARIA SECUNDI FUNDAMENTI ARCHIEPISCOPALIS, SUBJECTA EJUSDEM REFUTATIONE.

1. *Dubitatione caret Jure Longobardico, tam natos ex fœminis, quàm fœminas à feudo excludi.*

2. 11. *Mirabile & absurdum est, consuetudinem, fœminas ad feuda admittentem, corruptelæ accusare.*

3. *Compromissum hoc, de facto Consuetudinis, non de valore illius Consuetudinis conceptum est.*

4. *In feudis etiam irrationalis consuetudo, nisi peccatum nutriat, valet.*

5. 7. 8. *Imo & ludrica servitia, ut, ranis imponere silentium, alaudam curru vehere &c. rusticam cantilenam, vel cythara canere: subsistere.*

6. *Augustus Cæsar, ut primum fari cœpit, ranis silentium indixit.*

9. *Feudalia sunt odiosa, ut facilè ad primam naturam, & jus commune reducantur.*

10. *Et ita interpretanda, ut quàm minimè jus commune lædant.*

12. *Non esset inconveniens, sustinere, rigorem feudisticum, in Diœcesi, nunquam fuisse receptum.*

13. *Major pro exclusione Domini, quàm filia militat ratio, ubi & privilegium Marchense Clivicum recensetur.*

14. *Ecclesia est cultrix Justitiæ.*

15. *Magis ad corruptelam accedit, Dominum in propria causa facere Judicem & Executorem.*

16. 18. *Nullus unquam Scriptorum successionem fœmineam corruptelam esse dixit, primus igitur Syndicus Coloniensis notatur.*

17. *Doctores judicant, improbum esse dicere, talem consuetudinem non valere.*

19. *Accuratiùs loquendo, non potest verè dici fœminas in feudis succedere, esse contra Jus Longobardicum.*

20. Con-

20. *Contra Jus esse dicitur, quod jus prohibet, aut improbat.*
21. *Non, quod ratum habet, aut cui formam præscribit.*
22. *Feudi definitio, tacitè vel expressè admittit fœminas.*
23. *Jura feudalia fœmineam successionem non propriè prosequuntur odio.*
24. *Feuda hæreditaria, licet secundum nonnullos in dubio non præsumantur; tamen non etiam jure scripto vetantur.*
25. *Injustissimi naturæ accusatores sunt, qui fœmineam successionem, uti corruptelam, damnant.*
26. *Erroneum est dicere, fœminas prohiberi succedere, quæ tantùm tacitè excluduntur, si in investitura non memorentur.*
27. *Plura sunt feudorum genera, à pluribus naturalibus appellata, quæ recensentur.*
28. *Diversitas nominum diversitatem rerum indicat.*
29. *Feuda dividuntur in hæreditaria & non hæreditaria secundum plerosque.*
30. *A majore parte sumi debet regula.*
31. Mannlehen *propriissimè loquendo, opponitur* Frauen- oder Kunckel-Lehen.
32. Mann-Cammer, *hodie vocantur Curiæ, etiamsi in iis nulla inveniantur feuda masculina.*
33. *A verborum proprietate receditur, ex consuetudine loquentis vel regionis.*
34. 36. Mannlehen *vocantur nihilominùs feuda, in quibus successio fœminæ reservata est.*
35. *Natura feudi secundùm morem regionis magis, quàm Jus scriptum, attendenda.*
37. *Per verbum* Mannlehen *designamus hodie feudalitatem in genere* Lehnschafft, *non qualitatem masculam in specie.*
38. 39 Manngüter *opponuntur hodie allodialibus,* Scheffengüter, *aliquando* Laubgüter *aut etiam* Leibgewinn.
40 *Exemplum in liberatione cujusdam prædii* Kessenich *in territorio Juliacensi.*
Usque 63. *Enarrantur Provinciæ, in quibus fœminæ succedunt.*
63. *Feuda Juliacensia esse promiscua, probatur præjudicio, ubi & Investitura de* Gartzen, *distinguens inter feudum masculinum & commune Juliacense.*
64. *Ducibus Juliæ non est consultum prætendere feuda suorum Vasallorum esse masculina, ne sibi ipsis præjudicium faciant.*
65. *Dispositum in capite, ad membra quoque aptatur.*
66. *Regnum Siciliæ perhibetur hæreditarium, ejusque exemplo etiam ejus membra.*
67. *Andreas Knichen testatur feuda Juliacensia esse promiscua.*
68. *Thuringica, Coburgica, Hennebergica ditio, promiscua feuda habet.*
69. *An Huckingii à feudo* Buir *rectè exclusi?*
70. *Agnati ejusdem nominis & clypei habent pro se præsumptionem.*
71. *Dominus in diversitate rami se fundans, eam probare debet.*
72. *Fundamentalis qualitas probanda.*
73. *Germania, generali consuetudine, receptum est collaterales, etiam ab acquirente non descendentes, admitti ad feuda.*
74. *Vicinitas operatur communicationem consuetudinis.*
75. 76 77. 78. 79. 80. *Feuda Astensia, Sucriensia, Metensia, Monast. Ultrajectina, Osnaburgica sunt promiscua.*
81. *Privilegium Osnabrugense.*
82. *Regna Angliæ, Hispaniæ, Lusitaniæ, Scotiæ, Cypri, Armeniæ, Valentiæ, Fœminina.*
Usque 88. *Abbatiæ,* Fulde, Hirßfeld Corvey, *Glogiensis.*
89. 90. 91. 92. F*euda recta* zum rechten Lehen, *fœminina nostris moribus.*
93. 94. *Abbatiæ Werdensis & Indensis habent Vasallos Principes.*
95. *Geldriensis Curia, fœminas Jure Coloniensi investit.*
96. 97 *Trevirensis impetravit privilegium multò exorbitantiùs Coloniensi.*
98 102. 103. *usque* 116. *Trevirensis diplomatis absurda puncta.*
99. 100. *Multorum motuum causa.*
101. *Principis rescriptum non facit Æthiopem album.*
118. *Sententia depositionis Wenceslai propter Blanquettas venditas.*
119. *Imperator non potest sibi parem in Imperio facere.*
120. 121. *Sententia manifestam iniquitatem continens, est nulla, ita & privilegium.*
122. *Diplomata Cæsarum magis probant quàm pernegant consuetudinem.*
123. *Responsio generalis ad specialem interrogationem excludit & eludit interrogantem.*
124. *Tantum concessum quantum expressum.*
125. *Quod quis non loquitur nec velle præsumitur.*
126. *Voces sunt passionum in animo notæ.*
127. *Cor datur ad significandum Deo, labia & scriptura hominibus.*
128. *Voluntas cernitur in verbis, sicut facies in speculo.*
129. *Frustra precibus impetratur, quod jure communi conceditur.*
130 *Ergo tempore petitorum privilegiorum viguit contraria consuetudo.*
131. *Allegans privilegium præsupponit jus esse in contrarium.*
132. *Privilegium dicitur lex privata.*
133. *Privatio præsupponit habitum.*
134. *Privilegia dupliciter singularia, dicuntur inania, & temeraria.*
135. *Occupatio propria autoritatis injustitiæ portas pandit.*
136. *Occupatio* F*eudi causa cognitionem requirit.*

137. *Nec*

137. *Nec sufficit sola Dn. assertio, alias pro libitu privaretur Vasallus.*
138. *Dominum, feudum devolutum proximiori dare obligari, multorum fert opinio.*
139. *Præsertim in feudis Ecclesiasticis.*
140. *Nemo constituendus, pars & Judex in propria causa.*
141. *Argumenta Cothmanni contra autonomiam recensentur.*
142. *Alteri faciendum, quod nobis fieri volumus.*
143. *Nemo sibi ultionem permittere debet.*
144. *Quæ ordinatio Juris, etiam Magistratui vincula injicit.*
145. *Imperatores Diocl. & Maxim. declarant nimis ineptum esse, violentam possessionem, autoritate rescripti tueri velle.*
146. *A Magistratu, unde jura nascuntur, occasio injuriarum nasci non debet.*
147. *In re propria alicui licentiam sententiæ tribuere, admodum iniquum est.*
148. *Nemo possessione destituendus, sive juste, sive injuste possideat.*
149. *Etiam Prædonem manu tenendum.*
150. 151. *Sine vel cum temperamento notorietatis.*
152. *Modo æstimari possit probabiliter, possessorem uti defensione posse.*
153. *Ne ipse quidem Princeps sine citatione possessionem auferre potest.*
154. *Ubi habemus textum, ibi suffragiis* Doctorum *non egemus.*
155. *Deus ipse dedit exemplum, ne malum prius præsumamus credere, quam probare.*
156. *Ne Principi quidem de suo proprio commodo asserenti creditur.*
157. *Condictione injustam alienationem avocandam.*
158. *Et competentibus remediis procedendum.*
159. *Potestas capiendi possessionem, intelligenda est de vacua.*
160. *Judex privans aliquem possessione, dicitur committere spolium.*
161. *Sicut privatus.*
162. *Magistratus spolians prætextu putativi privilegii, incidit in pœnam l. meminerit & l. si qui in tantam.*
163. *Hinc ob difficultatem restitutionis periculum animarum, quia annum Gratiæ non habent Episcopi.*
164. *Nulliter proceditur ad spoliandum sine cognitione causæ.*
165. Talia *rescripta, tanquam contra jus data, sunt nulla, & à Judicibus refutanda.*
166. *Principes propter importunitatem petentium, sæpe non concedenda concedunt.*
167. *Laudatur Antiochi. III. dictum.*
168. *Tale rescriptum potius dicendum corruptelam, quam consuetudinem feudi promiscui.*
169. Reinßheim ob *unam vocem* Mannlehen *erronee insertam occupatum.*
170. *Reversale tantum signatum, & non subscriptum, suspectum.*
171. *Blancketta signata, non prius obligant, quam iterum integra inspiciantur.*
172. *Scriptura reversalis non subscripta, si discordat cum Investitura & contractu præambulo, suspecta & contigit in causa Reinsheim.*
173. *Baldo, fatuus censetur, qui contra se ipsum judicaret.*
174. *Pares Curiæ inter Dominum & Vasallum judicaturi, utrinque pari numero eligendi, nec valet consuetudo in contrarium, licet sint diffidentes opiniones inter Doctores.*
175. *Hinc omnes Recessus* Cancellariarum *pro Principibus dati, ipso Jure, sunt irriti, tanquam dati à non habentibus Jurisdictionem.*
176. *Rescripta in* Curiis *à potentioribus impetrata, in præjudicium tertii, non valent*
177. *Nec Privilegia per potentiam impetrata.*
178. *Jus separationis allodialium, & Retentionis in melioramentis, Vasallis auferri nequit.*
179. *Melioramenta per Vasallos in feudis facta, pro meris allodialibus habentur.*
180. *In iis succedunt tam fœminæ quam extranei.*
181. *Jus Retentionis legibus proditum.*
182. *Clausula generalis de appertinentiis* (mit seinem zubehör) *restringitur tantum ad specificata & illis similia.*
183 *Quod per se nullum & iniquum, per Impp. Rescripta non convalescit.*
184. *Princeps non præsumitur, alicui sine causæ cognitione, jus suum auferre.*
185. 186. *Quantumvis bene de Magistratu præsumendum, nihilominus tamen illi multa vetita.*
187. *Camerales judicant, Imperatorem dando privilegium, Vasallis nihil præjudicare posse.*
188. & 189. *Imo Principem, jus consuetudine quæsitum tollere non posse, nisi per clausulam non obstante.*
190. *In Confirmatione generali, non comprehenduntur, quæ quis in specie non esset concessurus.*
191. *Quia ad non veri similia non extenditur confirmatio.*
192. 193. *Clausula ex certa scientia, non operatur nisi Principe de rei notitia plenissime informato.*
194. 195. *Etiamsi id factum dicatur, quia eadem facilitate potest induci Princeps ad inferendum istas clausulas*
196. *Totis 300. annis nullus Archiepiscopus hisce putativis privilegiis ante modernum, usus est.*
197. *Anno 1608. 19. Septembris primum in præsentia 13 Consiliariorum, de usu eorum introducendo, actum.*
198. *Contraveniens privilegio in faciendo consistenti, illi renunciare videtur.*
199. *Privilegium per non usum amittitur, cum ejus utendi occasio oblata est.*
200. *Quales occasiones hoc loco ante ducentos vel 300. fere annos adfuisse, probatur ex actis.*

Fundamentum secundum ex Principum Privilegiis, cum eorundem refutatione.

1. SEd hæc omnia, de quibus hactenus, non eo dicuntur, quod velim ire inficias, Jure feudali, à Mediolanensibus in scripturam redacto, non esse expresse provisum, quod, sicut mulier, ita & masculus ex ea natus, à feudo excludatur; sed eo tantum tendo (quandoquidem *Dn. Rosenthalius*, cæterique Consulentes, argumenta ex privilegiis Cæsareis sumpta satis refutarunt) ut hoc lo-
2. co, nonnulla adjiciam, & in primis rigorem istum feudalem, tam esse ab omni ratione & usu alienum, ostendam; ut satis mirari nequeam, Cæsareas declarationes impetratas, aut etiam allegatas esse, quibus enunciaretur, consuetudinem fœminas ad successiones feudales admittendi,
3. Corruptelæ insimulari, & Adversarios ex capite nullitatis, contra eam excipere ausos; maxime, ubi non de ista exceptione, sed tantummodo de facto ipsiusmet consuetudinis, quæ juri communi est conformis, aut etiam est ipsum jus commune, in suo vigore perseverans, compromissum sit: Alias satis constat, quod in feudis etiam irrationabilis Consuetudo, specialiter introducta valeat, nisi contineat peccatum, Bal. *in c.* 1. *de prohibita alienat. per Fridericum idem* Bal. *in præludio feudorum. Et est de mente glossæ in c.* 1. *in verbo comprehensus, de feudi cognit.* Vultejus *consil.* 33.
5. *n.* 72. *vol.* 1. Quinimo & ludicras pactiones valere; quales sunt, ranis imponere silentium (uti
6. Augustus Cæsar *juxta Suetonium*, cum fari cœperit fecisse dicitur) vel floригerum ramum, aut alaudam, boum curru vectam, adferre. Choppin. *de legibus Andeg. lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 8. vel rusticam
7. cantilenam occinere. Choppin. *de legibus Andega d. lib.* 2. *part.* 1. *tit.* 3. *num.* 6. Knich. *de vestit.*
8. *cap* 1. *n.* 12. Dn. Rosenthalius *de feudis c.* 1. *conclus.* 9. Item ut Vasallus coram Domino cythara canat; modo hoc personæ dignitas patiatur D. Rosent. *cap.* 6. *concl.* 22. *n.* 5. *& cap.* 8. *concl.* 22. *num.* 6.

9. Cum verò Consuetudo ista sit odiosa, ut facile, ad primævam reducatur Juris communis na-
10. turam, *c. ab exordio dist.* 35. *l. si unus §. pactus ne peteret ff. de pactis*, ita est interpretanda, ut quam minime juri communi deroget, *juxta gloss. in c. statutum. de præbendis in 6.* Et inprimis pro Vasallo contra Dominum. Raphael Cumanus *per textum in l. puto, ff de Jure fisci.* Menoch. *præsumt.* 92. *n.* 6. *lib.* 3. Sixtinus *consil.* 11. *n.* 83. *vol.* 2. *Marp.* Bart. *in l.* 1. *in fin. ff. de juris & facti ignorantia,*
11. *& in l. fin. C. si contra jus vel utilitatem publicam.* Vult. *d. consil.* 33. *n.* 54. 55. 56. 58. Hoc loco, tantum contendo, eam sine offensione luminis, homini à natura infusi, corruptelæ opprobrio contaminari non posse, quod tamen Syndicus Metropoliticus defensionali, 14. 15. & 17. sustinere non est verecundatus, prout nullo alio ex fundamento Castrum Reinsheim, nulla prævia causæ cognitione, propria autoritate occupatum, & præsens lis cum tanto offendiculo Reip. intentari cœpta est.

12. Quinimo non est inconveniens, dicere in Diœcesi Coloniensi (in qua sero admodum, & mitigata jam aspera illorum natura, feuda in esse producta sunt) rigorem Juris feudalis à Mediolanensibus descripti, in puncto successionis, nunquam fuisse usu receptum, sed consuetudinem juris communis, quoad successionem, mansisse, & continuatam esse, ita ut Vasalli (nisi hoc sponte in se, ut initio dictum recepissent) ad docendum de consuetudine hac, instar aliarum Juri communi obviantium consuetudinem, urgeri non potuissent, nisi prius à parte Archiepiscopi, & illustris Capituli consuetudines Mediolanenses in hisce locis, in facto unquam receptas & usurpatas esse, doctum fuisset: quod hactenus factum non est. Nec enim sufficit, quod in Gallia, cæterisque orbis Christiani Regnis, Jus feudale in Scholis receptum sit, nisi etiam in foro, in quo agitur, receptum esse probetur, Vultejus *de feudis lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 6. *&* 7. Robertus Marantha *in sua secunda disputatione ad Speculum n.* 5. *& seqq. & num.* 19. *& seqq.* ubi inter cætera dicitur, Jus Longobardicum esse jus Asininum & vulgare, à vulgaribus & rudibus compositum, jus injustum & sine ratione factum, Andreas de Isernia (*Evangelista feudistarum*) *in c.* 1. *§. fin. de not. feud.* Ideo statur Juri Romano, nisi in specie probetur introductum, non obstante, quod in scholis allegetur & doceatur, sicut etiam videmus fieri in Gallia, Molin. *in Consuet. Paris.* §. 1. *gl.* 5. *n.* 98. Rosenthal. *c.* 10. *concl.* 43. *n.* 145. Hinc non inepte dicit Rosenthalius, Consuetudinum feudalium duritiem Compilatorum barbariem & duritiem arguere, *d. cap.* 10. *conclus.* 43. *n.* 145.

13. Quod autem major & evidentior ratio æquitatis, pro mulierum successione in feudis, quam pro Domino militet, ex eo manifestum evadit, quod Vasalli pro Domino in prælio pugnare, & periculum mortis subinde subire coguntur: Iniquum autem esset, ut, si Vasallus, aut ejus filii, bello perirent, feudum non ad hæredes ex corpore suo, vel primi acquirentis natos, sed ad Dominum devolveretur, & sic Vasallus feudum cum vita amitteret. Quæ ratio ita movit vicinos Principes, Duces, & Comites, quod fœminas ad promiscuam successionem, sine difficultate admittant, de quo consulantur Marchiæ Westphalicæ nostræ privilegia, relata per Schrader. *vol.* 1. *consil.* 12. 13. *&* 14.

Testimo-

Testimonio sit extractus privilegii Marchiæ Clivensis, quod inter cætera sic habet. 14.

To dem erste off einige von unser Ritterschafft, Lehenmann oder dienstmangutter, von uns, und unseren nachkomlingen tho lehen hätte, dahe keine Sohn weren, den sollen wy als pillig, so in verlietten zeiten mehr als eins begeben hatt, datt unsere vorfadere und Herren, auch wir unsere Ritterschafft tho dienst halben thuen verschreiben, und etliche von unser Ritterschafft voiß: in unseren dienst doet gebleven sein, sich deshalben hochlich an uns beklaget und gebeden, seckende datt ellendig were, wannehr von Fürsten und Herren sie also zu dienst beschrieben werden, und dieselbe keine Sohne, sonder Tochter enhedden, und in dienst zu thoet verplieben, ihre dochter dan der Lehengutter beraubt, und entwertt sollen sein, were in sich schwerlich und ungenochlich ihr leiff und leven ehren Fursten tat wal gemisse, iren kinderen, nahe tho hoeren: Dat angemercken, und um reden willen vorgeschrieben, hebben wy geben, und geben, confirmiren und bestettigen vor uns und unsere Erben und Nachkomlingen, vermittels dieses gegenwertigen brieffs, dat wy die Lehnmanns und Dienstmans gutter, in wasserley weiß dieselbige fellig werden mochten, willen lassen fallen und kommen vermittels erblicher folgunge, so woll uff die dochter, als die Sohne, und sollen der gutter kein unterhalten, sie enwerden uns den von unser manschafft mit dem Mangericht zuegewiesen, und wan solches geschehen were, sollen wir die nit lenger unter uns halten den jahr und tag, und were es sach, daß binnen der zeit Mans und Frauens-kinder mit ihren Mombaren quemen, und die negste vom bloet dar bequem zu werden, sollen noch wollen wir die geinerley weiß behalten, noch zu unser taeffel trecken, dan das negste bluet als vorgeschrieben, mit den Lehenguttern begnaden.

Hoc privilegium cum nonnullis aliis clausulis refert D. Joh. Gœddæus in quodam consilio Anno 1603. in causa Grimbergensi scripto, quod in responsis Marpurg. *lib. 1. consil. 25.* invenio.

Ergo hoc Prælatos Ecclesiasticos multo magis movere deberet; licet nuper perniciosо hujus litis exemplo, nonnulli incitati, novitates hactenus non auditas moliri videantur.

Cum verò Ecclesia sit cultrix & auctrix Justitiæ, ut loquitur textus in *cap. 1. de alienatione feudi*; hinc quid sit, Principes Ecclesiasticos, apud Imperatores, clam, ac nemine vocato, tales sanctiones, quibus consuetudo successionis promiscue in fœminis, contra omnium omnino hominum, 15.
qui ratione utuntur, judicium, pro corruptela diceretur, & ipsi Domino, in causa propria, absque ulla cognitione, executio permittenda judicatur, impetrare; vel impetratis tam rigorose, etiam antequam tale quid Vasallis innotuisset, uti? hoc aliis præsertim electis ad causam arbitris judicandum relinquo.

Nullus enim ex tot Scriptoribus, quorum in Europa libri lucem aspexerunt, adduci potest, 16.
cui in mentem venisset, consuetudinem fœminas ad Feudorum Successionem admittentem, pro corruptela indigitare; omnes verò è contrario, talem consuetudinem, uti rationi & æquitati, ac insuper juri communi, conformem, diserte, & sine ulla difficultate, admiserunt, testis sit unus, omnium *instar* Herman. Vultejus *Marpurg. lib. 1. de feudis cap. 9. num. 48. edit. nov. num. 63.* ubi dicit quod talis consuetudo, non tantum sit rationabilis, sed quod etiam per eam ad jus commune & naturale reditur (intellige in loco, ubi jam jus feudale invaluerat) qui Vultejus postquam ultra 30. 17.
diversa Doctorum testimonia recensuit, his verbis concludit. Et improbum esset dicere talem consuetudinem non valere, per quam reditur ad jus commune, Hermia *c. 1. §. hoc autem de his, qui feudum dare possunt*, atque ita omnes docere interpretes inquit, *in d. § & quia* Hartm. Pist. *quæst. 34. n. 51. lib. 2.*

Primus itaque inter Europæos est Syndicus Archiepiscopalis Coloniensis, qui vocem adhuc 18.
magis absurdam tam impio privilegio nixam, in publicum proferre; in illa litem tam ponderosam toti posteritati noxiam fundare; illamque tanta animositate defendere non est veritus; quam omnes vicinæ, & plurimæ remotiores provinciæ amplexæ sunt; corruptelæ insimulare non exhorruit, cum tamen è converso, etiam valere consuetudinem, ut fœminæ ad feuda admittantur, masculi excludantur, tradiderit Sonsb. *part. 9. num.* 127. Vultejus *d. loco.* *Quo facit. quod* Rosent. *c. 7. conclus. 46 in principio, de feudo dato pro se & filiabus, disputat.*

Quod si verò natura, vel etiam favor fœminæ successionis accuratius examinandus esset, de- 19.
prehenderemus non posse vere & proprie dici, fœminas in feudis succedere, simpliciter esse contra jus Longobardicum, ut probat Sandius *d. part. 3. §. 7 num. 72. pag. 145. edit. 2.*

Hoc enim proprie contra Jus statuitur; quod jus aut prohibet, aut improbat: quod autem jus 20.
ratum habet, & confirmat, & cui formam præscribit, non potest dici contra jus, sed magis juri 21.
consentaneum esse, quando rebus statuendis forma præscripta servatur, Gœddæus *d. cons. 37 num. 802. vol. 4.*

Licet enim fœminæ tacite, scripto jure, ad feuda non vocentur, sed, in dubio, ab iis arceantur, tamen, si specialiter in investitura dictum sit, eas non removeri, Jus feudale etiam Mediolanense id ratum habet, *c. 1. §. hoc autem, qui feudum dare possint. cap. 1. § finali. ibi.* ad eum, hæredesque suos, masculos, & fœminas, si de his nominatim dictum est, in perpetuum pertineat, *tit. in quibus causis feudum amittatur.* Hinc recte docet Rosent. fœminarum successionem benigna interpretatione juvandam esse, præsertim, ubi deficiente jure feudali, ad jus commune reditur *cap. 7. conclus. 44. num. 10.*

Quare

Frustra enim precibus impetrare conatus fuisset, quod jure communi feudali sibi sciebat esse concessum, nisi experientia utcunque Archiepiscopus didicisset; Jus feudale Mediolanense, in suis Dioecesibus usu non esse receptum, aut certè, contraria Consuetudine antiquatum *l. 1. C. de thesauris lib. 10. l. si ut proponis C. de aedificiis privatis l. ait Praetor. §. 1. ff. de jurejur. l. postliminium §. 1. ff. de captiv. & postlim. rever.* 97.

Diplomate illo Treverensi, inter caetera, continetur, Vasallos intra diem & annum feuda sua requirere atque recipere debere, nec ea, praeter Domini voluntatem, alienare aut obligare posse, alioquin libera potestas Archiepiscopo conceditur, protinus, absque ullo juris ordine, talia feuda sibi vendicandi, quod est illud ipsum, quod putativo Coloniensi privilegio quaeritur; à parte Vasallorum verò, negatur. 98.

Sed &, eodem Authore, pag. 168. nec non pag. 171. manifestum evadit, tale diploma, non nisi armorum & multorum motuum occasionem suppeditasse, nec illud receptum fuisse, quando Otto 96. Archiepiscopus Anno Christi 1424. post obitum Joannis Domini de Kempenich (cujus in Extractu Krumbstab passim sub numeris 2. 3. 4. 5. & 31. fit mentio) sine masculo haerede decedentis, arcem armatis copiis obsedit, & deditionem non alia lege, quàm ut cognatos fratres Schoneck, de eodem feudo investiret, obtinuit. Et Joannes Badensis 99. Archymistes, Castrum Honostein, Nicolao Advocato Domino ejus postremo, absque masculis haeredibus defuncto, non nisi militari manu, nec non magnae pecuniae dispendio, obtinere potuit, quandoquidem, illum decem millia florenorum Rhenensium in filiam unicam istius Advocati expendere oportuit. Quod certe facto opus non fuisset, si Diploma Carolinum etiam opinione & conscientia ipsiusmet Archiepiscopi sustinere potuisset. 99.

Quamvis autem, ego, hoc temporis articulo, de potestate Imperatoris disputare non intendam, an scilicet Princeps per Rescriptum, rationabilem consuetudinem, in praejudicium tertii non auditi, nec vocati tollere, aut pro corruptela, ut Aethiopem album, vel nivem nigram, declarare possit, me desuper *ad Clementiam Pastoralis de re judicatâ*, remittens: tamen, si, quod alii peritiores de tali Diplomate scripserint, censuerintve, pro causae, de qua agitur, utilitate; retulero; neminem, qui se veritatis amicum profitetur, à me offendendum esse, confido. 101.

Verba itaque Kiriandri, vel potiùs Aventini, vel aliorum, d. parte 15. Commentariorum, de Treverorum Augusta, pag. 155. sic habent. Sed ad Carolum redeo, idem Septemviris complura est pollicitus, &, cum solvendo non esset, vectigalia, nervos imperii, illis distribuit: Imperium, alioquin in ruinam pronum, pessum dedit &c. contra auspicia & intercessiones, adversus leges avitas, & patrias, contra morem majorum, novo, & pessimo exemplo Imperium sibi primum, deinde filio mercatus est, quae omnia, quam cordi fuerint Deo immortali, hodiernus probat exitus &c. & pag. 118. 102. 103.

Carolum ista de causa deplumasse Aquilam, eviscerasse Imperium, Nervos Reipublicae conscidisse, ac ejusmodi multa parum commoda, vulgò memorantur, & nota sunt, Cunoni etiam Treverorum Pontifici nominatam ingentem pecuniae vim solvisse in Annalibus Agrippinensium, Pag. 119. proditum est. 104. 105.

Atque, quae vel ab eodem Carolo & Wenceslao, vel à Superioribus Augustis & Caesaribus 106.

olim concessa privilegia, ea ipsi isthac conventione irrita, nullaque esse statuerunt, quatenus Cunoni, vel ejus Episcopatui adversarentur &c. & paulo post, Wenceslaus Francofurto ad Aquasgra-
107. neas profectus ibi, mense Junio ineunte, coronatus est; à Friderico Archiepiscopo Coloniensium,
108. quem in eorundem annalibus, isthoc saltem nomine, aureorum nummorum quadraginta millia tulisse proditur &c. & nonnullis interjectis. Adeo nihil non indulsit Carolus, quibusdam Episcopis, quo vel oppressa, neglectave Justitia, Majestateque imperii, corruptis illorum suffragiis, filius Romanorum Rex diceretur; & iterum pag. 159. In Catalogo Cæsarum supra de Carolo IV. Imperatore & Wenceslao Rege commemoratum est, Cunonem Archiomistam ab iis, Anno Christi
109. 1374. & 1376. diplomata, parum convenientia nomini Augustorum, Supremæque Majestati adversa, sicut jam prius relata sunt, videri impetrasse. Quo loco privilegia ista, ratione feudorum, digito quasi designat Kiriander.

110. Porrò pag. 160. pergit. Excommunicati ab Episcopo, vel ejus Officialibus & Judicibus ultra annum & diem pertinaces, per ipsum Archiepiscopum, vel ejus Curiæ Magistratum proscribi, & in Imperiali Banno poni, atque à cunctis vitari jubentur: Imperii quælibet obligata, alienata, venditave, a quocunque redimendi, sibique retinendi facultas &c. Archiepiscopo confirmatur. pag. 161.

112. Archiepiscopum Trevirensem inimicis suis justum bellum indicere, & in Expeditionibus suis vel Imperii, quovis locorum victualia capere pro arbitrio posse, nec inde ad damna, vel præstationes ullas teneri debere, exprimitur.

Omnia feuda Ecclesiæ Treverensis, ad eandem, & ad Archiepiscopum, eisdem modis devolvi, quibus ad Cæsarem, vel Imperium solent, nec ad prolem fœmineam devolvi debere, nisi de tali privilegio clare doceatur, pariterque jus tutelæ exercendæ, Vasallorum suorum impuberum &c.

113. Si quæ collatio beneficii cujusdam Diœcesis Trevirensis Cæsari competat, ipso Archiepiscopo Treverensi personas idoneas præsentari debere, pro institutione obtinenda declaratur.

114. Omnia privilegia, literæ Cæsareæ: quibusdam locis concessæ, nec non omnia statuta, consuetudines, usus; quatenus adversantur præmissis, cassantur & tolluntur; cum promissione defensionis, & non contraveniendi, per ipsum etiam Imperatorem &c. cum suppletione defectuum, & so-
115. lennitatum sub pœna centum librarum auri puri &c. Ubi nota similem pœnam prætendere, Archi-Episcopos Colonienses, & esse quasi sagittam ex una eademque pharetra depromptam.

116. Pergit pag. 164. Kiriander, cum plura similia exorbitantia diplomata per Treverenses Archymistas impetrata recensuisset, pariterque, inquit, satis enorme videtur, quod iisdem Pontificibus conceditur, omnia imperii bona, ubicunque reperiantur obligata, alienata, venditave, ac eodem jure seu titulo sibi habere, quo possessores &c.

117. Item quotiescunque pro negotiis Ecclesiæ suæ in Expeditione sint, per se ac suos Capitaneos, vel Marschallos, in quemcunque locum diverterint, cum gentibus, & comitiva sua, victualia, & alia necessaria, pro se & gentibus suis, omni Iure & modo, sicut Imperator & Sacrum Imperium, libere ac propria autoritate recipere, non obstante contradictione cujusvis, nec ad damna, aut aliquod interesse, ex præmissis teneri, quibuscunque Status aut eminentiæ fuerint &c. plura hujusmodi immensæ munificentiæ, nec non, ad aliorum injuriam Regalia ista, Caroli Quarti continent. Hactenus ille.

118. Concludat hæc Testimonia Kiriandri, Exemplar aliunde petitum, sententiæ videlicet Degradationis ipsiusmet Wenceslai Romanorum Regis, quæ est apud Goldastum in Reichs-Satzungen fol. 158. referente Paulo Matt. Wehen. in practicis observatio. lit. B. in verbo Blanckett/ &c. daß er um gelts willen/ seine Abgesandten/ mit unbeschriebenen Brieffen/ die man nennet Membranen/ und mit seiner Majestadt Insiegel besiegelt waren/ ins Reich geschickt/ darinnen hernacher die Legaten/ oder dennen die Membranen wurden/ under dem Königlichen Insiegel schreiben/ was sie wollen/ dadurch das heilig Reich an seinen Würden und Nutzen/ schadtlich beraubt und entlediget worden/ Sententia lata Anno 1400. 20. Augusti. §. 2.

119. Nihil attinet hoc loco absurditates horum privilegiorum multis exaggerare, quod Imperator non possit facere parem in Imperio, ut dixit Baldus in prœmio Feudorum n. 33. aut præjudicare Successoribus, aut utilitati publicæ, quæ late prosecutus est, Referens Cameralis in Symphor. tom. 1. par. 2. tit. 11. voto 5. n. 10. 12. 17. 19. 23. 26. & passim, quo lectorem brevitatis causa remisisse sufficiat.

Facere enim sibi æqualem vel majorem non esset potentiæ sed impotentiæ, & quasi implicat contradictionem. Unum enim diadema duo capita non capit nec tegit, Nec quemquam jam ferre potest Cæsarve priorem; Pompejusve parem juxta Lucanum.

Eliget itaque nunc Archi-Episcopalis Syndicus, utrum velit Trevirensibus Archi-Episcopis concedere, ut Felonia omnia ex Diœcesi Coloniensi, Andernacense, Lynsense, Bonnense, Sontium, Cæsar Insulanum, cum toto oppido, nec non Berkanum reluant, sibique habeant, itemque militiam Trevirensem universam in hac Diœcesi alant, ac de Commeatu ac annona provideant: An verò confiteri velit, istius farinæ privilegia omnia, & inter cætera illud à se jactitatum,

nec

nec dum productum; evidentis iniquitatis nomine, inane esse. *l. Tiberianus C. de feudis limotrophic.* 120.
lib. 11. Sicut sententia quæ evidentem continet Juris errorem est, & dicitur, ipso jure nulla *l.*
ea quidem C. de accus. Vincent. Caroc. *de Exceptionibus contra sententias, num.* 21. *& seqq.*

Ut autem tandem punctum illud diplomatis Carolini finiam, non deest suspicio alicujus vel 121.
erroris, aut saltem Scrupuli Historici, quod Syndicus Archiepiscopalis allegat illud à Friderico
Sarwerden impetratum, Anno 1372. pridie nonis Julii, cum tamen ex historiis non constet il-
lum Fridericum tunc temporis actualiter Archiepiscopum fuisse. Quandoquidem Engelbertus Se-
cundus Comes de Marca An. 1370. Episcopatu se abdicavit, in cujus locum Cono à Valckenstein,
(is qui Carolum juxta superius relata, ad tam exorbitantia diplomata dementavit) pro Admini-
stratore assumptus, triennium utrique Archiepiscopatui præfuit, Imo juxta Cratopolium An. 1373.
Cono primum assumptus dicitur, qui Nepotem suum Fridericum de Sarwerden postulavit, cui ta-
men Carolus Quartus, testibus Coloniensium Annalibus, in gratiam sui cognati Episcopi Argen-
tinensis, diu restitit, de quo ad folium 270. Chronic. Coloniensis me remitto; Utut sit: (quan- 122.
doquidem alii aliter computant) tantum abest, hisce diplomatibus Alberti ac Caroli Quarti, inten-
tionem Serenissimi Principis Electoris Coloniensis stabiliri, ut è diverso, ex eisdem, consuetudo
investiendi, & non excludendi à feudis fœminas, luculentissime probetur;

Si enim in Diplomate Augusti Alberti in thesi generali enunciatum axioma, feudis Colo-
niensibus applicatum esse sustinetur, &c. necesse est, ut præsupponatur illud, tunc temporis per 123.
Supplicantem Wichboldum, ad finem impediendæ vel abrogandæ consuetudinis vigentis esse spe-
cifice & expressim petitum, tunc certum est, quod Imperator ipsi potius denegavit petita, & peten-
tem generalitate sermonis, ut iniqua postulantem elusit; alias, si voluisset, illud ipsum, juxta pe-
tita, concedere vel dare, etiam procul dubio hoc expressisset: sin verò quæstio non fuit ad hypo-
thesin applicata, æque certum est, Imperatorem non habuisse intentionem ultra petita quicquam
decernendi, minus de intentione obscure loquentis divinandi, sed locum habet axioma, tantum
concessum, quantum expressum, Gallin. *de verb. signif. cap.* 28. *num.* 9 *lib.* 9. *allegatur ab* Andr. 124.
Knichen *de vestit. pactionibus par.* 1. *cap.* 3 *n.* 159. Item illud: quod quis non loquitur, nec vel- 125.
le præsumitur, quia virtus sermonis ad illud non porrigitur, *l. si de certa, C. de transact quem tex-*
tum ad hoc inducit Bald. *consil.* 490. *num.* 1. *lib.* 1. Rolent. *cap.* 10. *conc.* 13 *n* 21. Nam & Theo-
logi *secunda secundæ quæst.* 69. tenent. Judicem non legitime interrogantem, posse ambiguo re-
sponso eludere. R P. Content. *in c. Lucæ* 24. *quæst.* 1. §. 4. *&* Theologj. 2. 2. *quæst.* 110. *cum 3.*
seqq. adde Reverendissimum D. Streversdorfium *Episcop. Ascalon. in suis comment. in quæstiones S.*
Thomæ de justitia & jure quæst 69. *art.* 2.

Nam voces, sunt earum, quæ in animo sunt, passionem & voluntatum notæ, *idem* Bal. *ex* 126.
mente & verbis Philosophi in l. 1. §. *sin autem in princ. de caduc tollendis.*

Cor enim datum est homini ad significandum Deo, labia autem & scriptura, ad significandum 127.
hominibus, vox enim vel litera, est instrumentum voluntatis, & intellectus rationalis. Bal. *in c.*
ex transmissa, n. 2. *x. de restit. spoliator.* Voluntas enim cernitur in verbis, sicut facies in speculo,
Bald. *in consil.* 107. *n.* 7. *lib* 3.

Hinc imputandum ex iis, qui nimis effuso sermone utuntur *l. ult. in fin. C. de dotis promiss. l.* 128.
veteribus ff. de pactis. Quod enim multipliciter potest intelligi, incertum dicitur. Bald. *in l. liber-*
tinus C. de operis libertor. Mantica *de fac. & ambig.* Cou. *lib.* 1. *tit.* 16. *n.* 20. Unde sic tandem
devenitur, ad illud supra tractum axioma, quod frustra precibus quæritur vel impetratur, quod de 129.
jure communi, reperitur esse concessum *l.* 1. *C. de Thesauris lib.* 10. *l. si ut proponis. C. de ædificiis*
privatis, l. 1. *ff. ad municipalem l non oportet ff. de legat secundo.*

Quia verò Syndicus Serenissimi, in deductionali Articulo 172. expresse præsupponit, quæ-
stionem contemplatione Archiepiscopatus esse propositam, habe ein Aug uff das Ertz-Stifft Colln
gehabt, idque ex subsecutis actibus præsumi, atqui in totis actis nullus alius actus invenitur, ex
quo ista mens colligi possit, quam, quod Anno 1372. annullatio Consuetudinis apud Carolum 130.
Quartum quæsita sit. Evidenter concluditur, tempore istorum conceptorum diplomatum, nem-
pe An. 1299. itemque 1372. Consuetudinem successionis fœmineæ in causis feudalibus in suo vi-
gore fuisse, pro cujus abrogatione nonnullos Archiepiscopos, clam apud Imperatores, data oc-
casione, laborasse, & desudasse; absque eo, quod huc usque istas, quas vocant, Sanctiones, in
medium & lucem proferre ausi sunt, donec occasio obtinendi Castri Reinsheim affulsisset. Alle- 131.
gans enim privilegium, præsupponit jus esse in contrarium. *l. quod vero cum seq. ff. de legib.* Bald.
in prælud. Feudorum n. 18. & privilegium dicitur lex privata *c. privilegia dist.* 3. & jus singulare,
l. jus singulare ff. de legibus, Iason & DD. *in l. fin. ff. de Constit. Princ. n.* 27. Rosenthal. *cap.* 1. 132.
concl. 17. *glossa d.*

Privatio enim præsupponit habitum, & frustra de tollenda Consuetudine laboratum fuit, 133.
si nulla fuit in rerum natura, *l. decem. ff. de verb. oblig l.* 1. §. *condemnatum ff. de re jud. & jura vul-*
garia. Nicol. Everhard. *loco legali.* 60. *l. manumissiones ff. de justit & jure.* Ut taceatur, quod Pri- 134.
vilegia & Rescripta, in quibus duplex jus singulare reperitur, ut hic, existimantur inutilia, & te-
meraria,

merariis, Crav. consil. 986. n. 7. vers. sed & inutilia. Bal. in l. 1. in fine C. quando liceat ab emptione recedere, & ad l. 1. C. de dotis promissione. Gœdd. consil. 18 n. 45. lib. 4.

135. Denique, quam iniquum sit, per se, quamque patulæ ad omnem injustitiam pandantur portæ, quod in istis Rescriptis & Sanctionibus minime Sanctis, Archiepiscopo, Occupatio feudorum, propria autoritate in casu deficientium masculorum concedatur, nemo qui puris ab affectibus est oculis, non videt. c. de feudis sine culpa non amittendis Rosent. c. 10. concl. 41. n. 61. 62. 63. 64. qui
136. dicit, viam facti potentioribus non indulgendam, ne inferiores opprimantur. n. 73. Causæ cognitio enim requiritur, Wesenb. consil 37. n. 80. Cravetta consil. 412. n. 15. tom. 3. Zuchard. consil. 31. n. 136. Franciscus Vivius decis. 447. n. 14. 19. 20. & seqq Joannes Franc de Ponte consil.
137. 60 n. 5. Peregrin. consil. 14. n 17. Nec in hoc Domini assertio sufficit: alioquin ad libitum privaretur Vasallus, Cravetta consil. 993. n. 13 tom 6. in his videlicet, in quibus aliis præjudicare, sibi verò commodo esse potest. Decius consil. 606 n. 114. Idem consil. 124. 220 357. 578. Cephal. consil. 302. n. 79. Mascardus de prob. conel. 228 n. 71. & n. 101. Felin. c. cum à nobis, x. de Testibus. Alex. consil. 12. n. 1. vol. 7. Crav. consil 135. & consil 171. n. 11. Corn. consil. 399. vol 3. Ang. consil. 365. n. 2. Bald. consil. 326. in fin. vol. 1. Joannes Gœddæus d. consil. 37. n. 892 vol. 4.
138. Ut taceatur, secundum multorum opinionem, Dominum, etiam ad Vasallum de feudo devoluto, denuo investiendum teneri, Tiraq. cum pluribus suo more consarcinatis De utroque Retractu. tit. 1. n. 41. Mendoza ad consilia Romani 22. litera K. Gabriel. concl. 1. de Jure Emphyt. lib. 3. Schrader. consil. 1. n. 215. & 576. vol. 1.
139. Quæ doctrina, licet in secularibus controversiæ subjaceat; tamen in feudis Ecclesiasticis, ob ubertatem benevolentiæ, minus habet dubii, & communius dicitur recepta. Knichen, de vestit. pact. part. 1. c 1. n. 287. cum seqq. & c. 4. n. 39. Ubi plures allegat. Adde Sissel. in specul. tit. qui feudum dare possunt. in 6. ampliat. idque propter honestatem, ut dicit Philipp. Matth. consil 26. n. 106. vol. 2. Marpurg. ubi subjicit, quæ honestas, si ulli alii, Episcopo cumprimis spectanda est,
140. l. non omnis. l. semper in conjunctionibus 197. ff. de reg. jur. l. semper 42. ff. de ritu nuptiar. An igitur hodie ista honestas recessit ab aula? quandoquidem Archiepiscopus per hoc privilegium in propria causa constituitur, Pars & Judex & Executor, quod fieri non debet, per Jura vulgata. l. qui Jurisdictioni ff. de Jurisd. l. pen. ff. de receptis arbit. l. extat quod metus causa, Rosenthal. cap. 10. concl. 41. n. 74. & 76. & cap. 12. concl. 4. n. 13. & 20.

Quæ Relegatio ad d. Jura vulgata omnibus obvia, & nobiscum quasi nata, quamvis hoc loco sufficere posset & deberet; tamen quia tota hæc tragœdia ex eo nata est, quod Hæredes Hurt. in Reinßheim, Feudi illius possessione, juxta sententiam Academiæ Coloniensis, prætextu quæsitæ
141. apertionis, quam redditionem vocant, etiam grassante id temporis pestilentia, dejecti sunt. Hinc operæ pretium me facturum puto, si argumenta septem, quæ Ernestus Cothmannus insignis ICtus, & Rostochiensis Academiæ Ornamentum, in terminis simillimis induxit, suis plerumque ad declinandam invidiam verbis, nonnullis tamen interjectis ex Resp. 91. lib. 2. à numero 5. usque 17. applicavero.

142. Primum ex ratione naturali sumitur, ut faciamus alteri, quod nobis fieri velimus, nec faciamus alteri, quod nobis fieri nolimus, Matthæi 7. vers. 12. Lucæ 6. vers. 31. At Reverendissimus simulque Illustrissimus Feudi Dominus, si verbi gratia rem aliquam feudalem legitima emptione & justo titulo (prout Hurtii Castrum Reinßheim, testibus actis, num. 62. in Extractu verò num. 37.) quam forsan Imperator sibi commissam esse proponeret, utique optaret, & vellet, sibi rem venditam interim relinqui, neque se de possessione ante deturbari, quam causa commissi cognoscatur. Ergo idem Dominus Vasallos eodem jure uti volentes, indignatione aliqua justa impedire nequit, l. 1. in. pr. ff. quod quisque Juris l. justitia ff. de justitia & jure §. juris præcepta Instit. eodem.
143. Secundo generalis Juris ordinatio est, ne quisquam sibi ipsi ultionem permittat. l. nullus de Judæis & cœlicolis, neve Jure, quod habere se putat, propere nimis utatur, l. 1. C. de executione rei judicata. l. si pacto. C. de pactis, sed Judicem competentem adeat. l. fin. C. de Execut. rei jud. l. Extat quod metus causa l. si quis in tantam C. unde vi l. unica. C. de sequestrat. pecunia, &c.
144. Quæ ordinatio omnibus, sine personarum discrimine hominibus, etiam Magistratui vinculum injicit, . meminerit & l. autoritatem, Cod. unde vi quem textum notare merito deberent, qui istam potestatem auctoritate privilegii Cæsarei sub- & obreptitie impetrati, affectant, cujus verba hæc
145. sunt, autoritatem vobis Rescripto nostro tenendæ possessionis, quam vos per violentiam adeptam profitemini, accommodari, nimis improbe postulatis. Hæc Imperator.
146. Imo Magistratus ipsos (inquit Cothmannus) magis obligat & obstringit, ne scilicet ab illis occasio injuriarum nascatur, à quibus Jura nasci debent, d. l. meminerint. Cod. eod. facit l. Julianus ff. de Judiciis, l. qui Jurisdictioni ff. de Jurisdict. & l. unica cum tot. tit. C. ne quis in sua causa judicet, vel jus sibi dicat, ibi in re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententiæ &c.
147. quod ibi Glossa in verbo debere, extendit ad executionem.
148. Tertio, nullus possessorum, sive juste, sive injuste possideat, possessione sua destituendus, nisi prius legitime citetur, processus ordinetur, & de ea lite sufficienter instructa, cognoscatur, l. ult. ff. de

ff. de acquir. poss. l. fin. C. de rei vendic. d. l. si quis in tantam. c. licet Episcopus de pr. in 6. cap. volumus 16 quæst. 4. Lapus allegat. 84 *n.* 15. Bart *consil* 81. *n.* 3. Zarabella *consil.* 63. *n.* 1. Anchor. *consil.* 292. *n.* 1. Alex. *consil.* 103. *n.* 17. *lib.* 1. Wesenb *consil.* 2. *n.* 89. Fichard. *consil.* 7. *num.* 1. *vol.* 1. *consil.* 40. *n.* 48. *n.* 2.

Hinc est, quod vulgo dicitur, etiam prædonem, non tantum manutenendum, sed etiam ante omnia restituendum esse. Menoch. *Recuper. Remedio* 1. *n.* 109 *&c.* etiam notorium &c. *num.* 113. Et, sine citatione, amovendus non est: Menoch. *adipisc. possess. remedio* 4. *n.* 564. 149.

Ac quamvis non desint Interpretes nonnulli, qui hoc jus temperent, in eo casu, quo possessio notorie injusta est, velintque, notorie injustum possessorem, sine causæ cognitione, dejici posse, Abbas *in c. accepta. n.* 6. *x. de restit. spoliat.* Lud. Roman. *consil.* 499. *n.* 4. *&* 5. Dec. *consil.* 91. *num.* 9. Marsil. *sing.* 195. *n.* 1. Thomas Gram *decis.* 81. *n.* 12. Gratius *resp.* 123. *n.* 5. *l.* 1. 150.

Tamen plerique Interpretum illud temperamentum non recipiunt, sed, isto quoque casu, causæ cognitionem requirunt, Gl. *in c. ad nostram.* 21. *verbo observandum x. de jurejur.* Bald. *in l. nam ita Divus. n.* 8. *de adopt.* Ant. de Butrio *in c. vestra. x. de cohab. Cleric. & mulier.* Bart. *consil.* 1. *n.* 21. Abb. *in c. cum sit Romana, n.* 28. *x. de Appellat.* Marianus Socinus *consil.* 13. *n.* 1. *&* 12. *vol.* 2. Socin. Sen. *consil.* 17. *n.* 12. *vol.* 1. *quam sententiam apostillator Bartoli dixit esse communem in l. qui habet. §. quoties. in verbo dicam in fin. ff. de tutel.* 151.

Certe, verissimam eam esse doctrinam, extra controversiam est, eo casu, quo probabiliter existimari potest, possessorem injustum aliqua defensione uti posse. Abb. *in. d. c. accepta n.* 6 Philip. Decius *in l. si peccato n.* 5. *C. de pactis.* Mendora *apud Romanum consil.* 499. Qualem justam causam, hoc loco, tam generalis Ecclesiasticorum, quam specialis hujus Diocœseos, atque adeo omnium Vicinorum consuetudo evidenter suppeditat. 152.

Qua in re, etiam prætextu potestatis sibi diplomate Cæsareo, & pro privilegio jactitato concesso, id non posset, cum ne ipse quidem Summus Princeps possit alicui absque citatione & audientia, suum jus, ac possessionem auferre. Quam ne Deus quidem ipse, in protoplaste Adamo & Caino omisisse legitur, textus *est Genesis* 3. *vers.* 9. *&* 13. *& cap.* 4. *vers.* 9. Canonizatus *in Can. Deus omnipotens.* 2. 41 153.

In hanc rem videndi recentiores JCti, Cævallos *communes contra communes quæst.* 592. Gabriel. *Roman. lib.* 3. *de jure quæsito non tollendo concl.* 1. De qua materia plenissime scripsit P. Antonius de Petra *integrum tractatum.* Sixtin *cons.* 8. *inter consilia Marp. vol.* 3. *n.* 60. *plures allegans.* Idem de Romano Pontifice dicit. *Lud. Molina è Soc. Jesu, Theologus simul & JC. absolutiss. de Just. & Jur. tractatu* 2. *disput.* 2. *conclus.* 2. Ruinus, *consil.* 89. *quamvis copiose versic. nec etiam potuit tolli Citatio, &c. lib.* 1. Apostilla *ad Romanum consil.* 569. *in verbo legitime. Idem Roman. consil.* 345. *circa princip. n.* 7. *&* 16. Card. Tuschus *tomo* 6. *lit. P. concl.* 49. *n.* 53. Navarrus *consil.* 9. *lib.* 5. *de sentent. excomm. n.* 4.

Sed, quid egemus suffragiis Doctorum, ubi habemus textus luculentos, in *cap.* 1. *x. De causa possess. & propriet.* ibi nec nos contra inauditam partem aliquid possumus definire, Clem. Pastoralis, *de re judicata gl. in c. unico de dolo & contumacia in Extravagantib. communibus & d. Can. Deus omnipotens* 2. *q.* 1. ubi dicitur, quod Deus Omnipotens, cui nihil absconditum, per se inquirere dignatus est, ut nobis exemplum daret, ne præcipites in judicandis negotiis essemus, & ne mala quorumcunq; prius præsumat quis credere, quam probare. 154. 155.

An igitur quisquam mortalis homo, majus privilegium ab Imperatore supra ipsum Imperatorem, imo & Deum quæret? Nam ne Principi quidem creditur, de proprio commodo asserenti: verbi gratia de ingratitudine & commisso. Isernia *in cap.* 1. *quo tempore miles.* Decius *consil.* 23 *n.* 5. *& seqq. vol.* 1. Menoch. *testando de communi. consil.* 103. *n.* 77. *& vol.* 1. *vol.* 4. *cons. Marp.* 16. *n.* 474. *& eod. vol.* 4. *consil.* 37. *n.* 891. *consil.* 46. *n.* 71. *&* 307. 156.

Quarto, Interpretes nostri docent, Feudi Dominum rem feudalem injuste alienatam condictione à possessore avocare debere, possessore defensione sua utente, *l. si deserta Cod. si propter publicas pensitat.* Petrus Jacob. *Aurelianensis in practica, rubrica.* 56. *n.* 5. *& rubr.* 57. *n.* 6. *cap. unico & ibi* Beluiso *verbo prædictis modis. pag.* 108. *&* Bald. *n.* 4. *quæ fuit prima causa benef. amit. c. unico, ubi* Bald *n.* 1. Alciat *n.* 5. Præpositus *n.* 4. Afflict. *n.* 11. Schenck. *n.* 6. *de controvers. inter Dom. & Emptorem.* Panorm. *in cap. ex parte x. de feud.* Afflictus *decis.* 255. *n.* 2. *&* 3. Carol. Molin. *in consuet. Paris.* §. 30. *n.* 28. Chassanæus *in consil. Bourg. rubr.* 3. *des fiefs, &c.* §. 28. *verbo* Sans *contentement. n.* 21. Rosental. *de feudis cap.* 9. *membro.* 1. *concl.* 2. *litera B.* 157.

Quinto, Dominum in terminis nostris, non via facti, sed competentibus remediis procedere debere, *d. c. Imperialem.* §. *callidis. n.* 21. *&* Bald. *ibidem n.* 2. Aluar. *n.* 4. Præpos. *n.* 3. Afflict. *n.* 2. Castrens. 68. *n.* 1. *p.* 2. Curt. Junior *p.* 4. *n.* 155. Jacobus de S. Georg. *verbo & promisit. Dno. præstare n.* 55. Zas. *p.* 10. *n.* 12. Molin. *d.* §. 30. *n.* 27. Oldendorpius *in classibus Rubric. de Actionibus beneficiariis, pag.* 894. *versic. cæterum, &c.* Franciscus Bursatus *consil.* 40. *n.* 38. Rosent. *d. concl.* 2. *lit. G. ubi ita refert judicatum in Camera,* in causa Krailßheim *contra* Hohenlohe. 158.

Sexto, quod potestas capiendi possessionem, propria autoritate, intelligitur de vacua; minime 159.

 verò,

verò, de occupata, ut hac facti specie, *c. licet Episcopus de præbendis in 6.* Bald. *in l. si diserta n. 2. Cod si propter publicas pensitat.* Philip. Decius *in l. fin. n. 4, C. de edicto Divi Adriani tollendo.* Plotus *in l. quando. n. 22. de in lit. jur.* Surd. *cons.* 160. *n.* 48. *vol.* 2. Vult. *vol.* 4. *consil. Marp.* 31. *num.* 8.

160. Septimo, quod possessionem ita demum, autoritate propria, secundum quosdam, occupare & invadere liceat; vel præveniendo, vel impediendo: si melius Jus habemus, *Franc. Sarmient. Selectarum Interpretation. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 5. Hypolit. Reminald. *consil.* 689. *n.* 26. *& seqq. vol.* 6. Andr. Geil. *de arrestis c.* 1. *n.* 22 *c.* 11. *n.* 8. quanquam hoc parum ad rem facit, quandoquidem in repetitionem principii incidit.

161. His addi potest pro argumento octavo, *ex c. conquerente x. de restit. Spoliator.* de sumpto, ubi dicitur, quod Judex privans aliquem possessione, dicitur committere spolium, sicut privatus. Ad quod facit *Textus in l. fin. C. si per vim vel alio modo*, Oldra. *consil.* 27. *de toto, &c.* Robertus Maran-
162. „tha *disp.* 1. *n.* 30. Unde sequitur, quod Archiepiscopus, etiam tali privilegio putativo non ob-„stante, cadat in pœnam *d. l. meminerit & d. l. si. quis in tantam*, nempe privationis sui Juris.

163. Denique, Archiepiscopis imminet periculum animarum, & difficultas Restitutionis, sine qua salvari nequeunt, juxta Regulam, Peccatum *de reg. jur. in 6.* ideo de tali occupatione abstinere deberent, cum sæpe non relinquant, unde debitoribus solvatur, & anno gratiæ non gaudeant, sine privilegio *c. si propter de rescript. in 6* Quid enim, si sola domus sit feudalis cum suis fossatis, & ad illam spectantibus pertinentiis, non autem in reliquis à defuncto possessis, ut infra in Gelstorff dicemus, in quinto parium Curiæ fundamento circa numerum 187.

164. Præterea, Princeps, ad spoliandum, sine causæ cognitione, procedens, vel id mandans; nulliter, & absque legis auctoritate procedit. *d. l. meminerit C. unde vi l. fin. C. si per vim vel alio modo.* Quis enim credet, possessores tanto tempore sibi non plura comparasse, quæ ad feudum trahi, nimis iniquum esset?

165. Quare Rescripta illa sunt ipso jure nulla, tanquam contra jus data, ideo ab omnibus Judicibus ea refutari oportet *l. Rescripta* C. *precibus impetrat offer. c. si quando x, de rescriptis*, ubi Pontifex dicit, patienter sustinebimus, si non feceris, quod prava nobis insinuatione suggestum. *l. & si non cognitio* C. *si contra jus vel utilitatem publicam.*

166. Princeps enim sæpe propter importunitatem petentium non concedenda concedit, *l. fin.* C. *de petit. bonorum lib.* 10. *c.* 2. *de concess. præbendæ in 6.* Felinus *in cap. cum elim. n.* 4. *x. de re judicata*, Alberic. de Rosate *in Rubrica de munerib. & honoribus n.* 64.

167. Hinc merito laudatur Antiochus Tertius Rex Asiæ, qui Regni sui urbibus scripsit, si quid in literis, quæ ejus nomine scriberentur, esset, quod legibus adversum videretur, crederent, ignaro se, literas illas scriptas esse, & propterea eis non parerent. Baptista Fulgos. *lib. 6. factorum, dictorumque memorabilium cap.* propterea tale Rescriptum, ex quo tota controversia, cum totius Status ostendiculo, nata est, potius corruptela, quam illa ex adverso impugnata consuetudo investiendi fæminas, vocari potest.

168. Ejus itaque rei luculentissimum Exemplum præbuit Castrum Reinßheim, sub isto colore occupatum, quodque adhuc detinetur à Reverendissimo, in quo tot J. Ctsconsulti, in ipsa Metropoli Colonia nati, educati, docti, alti, conversati, contra Serenissimum concordibus votis consulue-
169. runt, & in quo, ob unicam vocem erroneam, in Reversali contra Investituram & contractus Emptionis tenorem, insertam, feudum non modo à fœmina cum marito, uti mere hæreditarium, & ad quoscunque hæredes transmissibile emptum: sed etiam in Judicio contradictorio, fratri uterino adjudicatum, hæredibus ex corpore Emptorum natis, novo & hactenus in hac patria nunquam audito modo, de facto ablatum fuit. Prout Dominus Rosentallius speciali suo consilio cum Clarissimis nostræ Coloniensis Academiæ Antecessoribus ante me solide deduxit.

Accedit, quod *Teste* Goddæo *consil.* 37. *num.* 1031. 1037. *v.* 4. Reversalia non ideo dantur, ut ex iis de natura & qualitate feudi, sed tantum de fidelitate constet: Investitura enim sola format qualitatem: Actus verò agentium non operantur ultra eorum intentionem. *l. non omnis ff. si cert.*

170. Ut taceatur, ac suo loco & tempori reservetur, quod illud Reversale, uti non subscriptum, sed signeto tantum signatum, ab Emptore nunquam lectum fuisse; sed in charta, quam blancam vocant, in absentia scriptum esse posse, aut quod subsignans forte literas ignorarit, probabiliter dici posset.

171. Blancketta enim, ut vocant, non prius obligant, quam subsignatum inspexerit ipse signans, & verò similiter eam cognoverit, Matth. Wehenerus *pract. obser. lit. B. in verbo* Blanckett *per legem fin. C. Plus valere quod agitur.* Innoc. *in c.* 2. *x. de fide instrum. c. præsumitur de reg. jur. in 6.* quod, hoc loco, factum non videtur, cum Reversalia in Cancellaria reservari soleant: Vasalli verò suas investituras tantummodo ad se recipiant, ut vix ullus sit, qui Reversalis sibi à Secretariis obstrusi, Exemplar petat.

172. Quod vel ex hoc præsumendum est, quia nulla adest subscriptio, & verbum Manlehen discordat ab investitura, & à contractu venditionis præambulo: Sigillum enim minus ponderis habet quam subscriptio, cum sit testis mutus, Bald. *in tit. de pace Constantiæ, versic. Imperialis n.* 8. Menoch.

consil.

consil. 113. *in princ.* Bald. *in l.* 19. *in fin. C. de furtis.* Francisc. Marc. *decis.* 992. *vol.* 1. Colerus *de process. Execut. p.* 3. *c.* 1. *n.* 81. Cravetta *consil.* 46. *n.* 5. *pag.* 1. *relati à Besoldo in thesauro practico lit.* 5. §. 4. Quid igitur causæ subfuit, quod subscriptionem Cancellaria non urserit; aliis conjiciendum relinquo.

Nam & mandatum solo sigillo, absque subscriptione, munitum, non subsistit, decidente Matth. Berlichio *decis. aurea* 54. *n.* 6. *post* Bald. *in l. si Procuratorem* 65. *ff. de procurat. n.* 5. Abb. *in c.* 2. *de solut.* 3, *notabili.* Joannes Andr. *c. quamvis, de procur. in* 6. Franc. Marcus *decis.* 991. *&* 993. Couar, *quæst.* 22. *n.* 9. Kilian Koninck *in processu jud. p.* 2. *cap.* 90. *n.* 485. Nuda enim sigilli appositio per se nihil probat. Bald. *in l. si quis per calumniam* 22. *C. de Episc. & Clericis. n.* 7. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. judic. quæstion.* 2. *casu* 113. *n.* 1. *& seqq.* Adeò ut nec epistola sigillata absque subscriptione, teneat. Bald. *in prœmio ff. n.* 58. Jason. *in repet. l. admonendi* 31. *de jurejur. n.* 142.

Nec juvatur hoc loco Princeps, si quis regerat, suam Serenitatem, de istis defensionibus, extrajudicialiter sufficienter informatam, ad exclusionem hæredum processisse, & de causa cognovisse, prout de discursibus utrinque habitis, ex Domini Rosenthalii causa satis liquet. Quia eo non obstante remanet obstaculum, & nullitatis vitium, quod ipse Princeps in propria causa non potuerit sibi judicium sumere, cum *teste Baldo, in auth. si quando n.* 3. *C. de constituta pecunia*, fatuus censeretur, qui contra se ipsum judicaret. 173.

Inter Dominum & Vasallum enim, ejusque hæredem pares Curiæ, non ipsi Domini, sint Judices, ab utraque parte eligendi, ita ut ne consuetudo quidem valeat, ut solus Dominus Judices eligat, nedum solus sibi jus dicat. Herman. Vultejus *in Exegesi feudi §. Judex Feudalis mihi pag* 65. *edit. noviss. pag.* 809. *& in lib.* 2. *de feudis cap.* 2. *n.* 26. *edit. nova n.* 29. *post* Zasi: *p.* 11. *n.* 12. *versic. hoc tamen loco.* Rosenthal. *cap* 12. *conclus.* 20. Geil. *lib.* 2. *obs.* 34. Ubi ita in Camera observatum refert. Imo etiam in feudis mere hæreditariis, Pares Curiæ judicare debent. Rosenthal. *cap.* 12. *concl.* 3. *n.* 46. *& concl.* 6. *num.* 14. *Item concl.* 2. *num.* 48. 174.

Unde obiter infertur, quod omnes Recessus, quos Cancellariæ pro eorum Principibus dare solent, non sint sententiæ, sed meræ nullitates, ex defectu Jurisdictionis, qua nulla major esse potest: qui abusus in publicis Comitiis correctionem merentur.

Idque tanto magis, quod eos Cancellariæ, ipsiusmet Principis nomine forment, quod est directè contra *tit C. Ne quis in sua causa judicet*, nec subditi & jurati Ministri, Jason & Albert. *in l. nec est receptum ff. de jurisd. c. insinuant x. de officio jud. delegati. c. accedens x. ut lite non contestata.* Lancellotus *in officio Prætoris in causa civili lib.* 1. *c.* 9. §. 2. *n.* 8. Colerus *de process. Executivis, cap.* 1. *num.* 131. 175.

Et Rescripta à potentioribus in Curia Imperiali, vel Pontificia, contra justitiam, in præjudicium tertii, impetrata, non valent, *per text. in l. Tyberianus C. de fundis limotrophis lib.* 11. ibi amoventes quicquid vel potentia uniuscujusque licuit, vel furtiva deprecatio, addentesque nihilominus, in ...urum nulli licere adversus utilem vetustatem præsentemque legem nostram importuna, & respuenda reposcere, ubi *Andr. Bart. & Nicolaus de Neapol.* dicunt illum textum facere contra habentes magnum locum in Curia, ut privilegia ab aliis impetrata, non valeant, tanquam per potentiam impetrata, facit *l.* 1. *ff. de censibus l. fin. C. si contra jus vel utilitat. publ. ubi p. dd. omnes maximè Bald. in secunda col. vers.* 4. *quæro & in l. rescripta. C. de precibus Imper. offerend. & in c.* 1. *qui feuda dare possint.* Claud. *Cantiunc. consil.* 16. *n.* 66. 176. 177.

Præterea ista corruptela potiùs, quàm privilegium privatæ Executionis ac occupationis, vel ex illo manifestæ injustitiæ convincitur, quod per illud Vasalli hæredibus, non tantùm separatio bonorum allodialium à feudalibus adimitur: sed etiam Jus Retentionis, quod ipsis ratione melioramentorum competit, iniquissimè aufertur. Est enim juris non ambigui, Melioramenta per Vasallos in feudis facta, pro mere allodialibus censeri, Schraderus *de feudis p.* 10. *Sectione* 18. *n.* 127. Berous *consil.* 73. *num.* 39. Bursatus *consil.* 44. *n.* 6. *lib.* 1. *Textus est expressus in c. unico §. contrario de invest. in re alien. facta. c.* 1. §. *si Vasallus tit. hic finit. lex, ubi* Matthæus *de Afflict. n.* 1. *&* Isern. *atque* Præpositus *&* Bald. Hartm. Pistor *q.* 42. *lib.* 2. *p.* 2. Coler. *decis. & de process. executivis p.* 2. *c.* 3. *n.* 309. Schrader. *cap.* 3. *par.* 7. *& p.* 2. *part.* 9. *principii, sectione* 2. Rosenthal. *cap.* 7. *conclus.* 47. *n.* 10. *& concl.* 6. *c.* 10. *& concl.* 43. *n.* 16. *& seqq.* Clarus §. *feudum quæst.* 88. *n.* 1. Berlichius *p.* 3. *concl.* 42. *n.* 11. Sande, *lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 1. *in pr. pag.* 305. Fachinæus *lib.* 7. *c.* 65. Imo feudum pro melioramentis etiam tacitè obligari, contra Fachinæum sentire videtur Rosenthal. *cap.* 10. *concl* 43. *num.* 135. Et in iis omnes hæredes; ac non tantùm fœminas, sed etiam quoslibet extraneos succedere, & feudum eò usque, donec eis eorum nomine satisfactum sit, retinere posse, Author est Schrader. *p.* 7. *c.* 3. *n.* 6. Albert. Brunus *consil.* 105. *n.* 7. Curtius Junior *consil.* 41. *n.* 10. Franciscus Milanensis. *decis.* 7. *n.* 80. *lib.* 1. Amadæus de Ponte *in quæstionibus Laudemialibus q.* 8. *n.* 3. Hart. Pistor. *d. quæst.* 42. *n.* 29. *sub finem. n.* 31. 32. 33. *& seqq.* Bart. *in l. fundo.* 58. *ff. de rei vindicat. alias est. l. is à quo fundus* 57. Jason *in l. si in area ff. de condict. indebiti.* Vultejus *lib.* 1. *de feudis c.* 9. *n.* 56. *in nov. edit. n.* 104. Rolandus à Valle *consil.* 28. Paris *consil.* 22. *n.* 68. *& consil.* 23. *n.* 91. *lib.* 1. *& consil.* 28. *lib.* 3. *text. in c.* 1. §. *si Vasallus tit. hic finit. lex. &c. Ubi* Matthæus *de Afflict.* Rosental. 178. 179. 180.

de Feudis. cap. 7. *conclus* 47. *n.* 11. *& consil.* 60. *n.* 4 *& c.* 10. *conclus.* 43. *n.* 116. *vers.* 2. *nota*, *& num.* 117. *& seqq usque ad numerum* 142. Matthias Berlichius *d. concl.* 42. *num.* 15. *par.* 3.

181. Jus enim Retentionis etiam legibus proditum est, *argumento l si in area ff. de condict. indebiti. l. Paulus ff. de except. doli l. si necessarius in princip. ff. de pignoratitia actione.* Alex. & Jason *in l. si non sortem §. ff. si certum ff. de condict. indebiti* Bald. *in l. fin. Cod commodat.* Et in terminis feudalibus argumento *c.* 1. §. *Si Vasallus tit. hic finit. lex &c. ubi* Isernia, Alvarottus & Afflictus *n.* 9. Schraderus *de feudis p.* 2. *n.* 206. Geil. *lib.* 2. *observ.* 12. *n.* 6.

182. Hoc autem loco, plurima inconvenientia intercurrere possunt, quæ injustitiæ portas panderent, si occupans omnia, quæ invenit, reputaret pro accessoriis, quæ talia non sunt: ut colligere est ex iis, quæ tradit Goddæus *d. consil.* 37. *n.* 49. *n.* 62. *& n.* 77. Rosenthal. *cap.* 12 *conclus.* 14. *n.* 27. ubi dicitur concessionem feudalem esse, inde non infertur ea, quæ nominata non sunt, feudalia esse Goddæus *d. loco n.* 43. 46. 63. 77. Verbi gratia: Si clausula generalis cum appertinentiis &c. (quæ restringitur ad specificata *l. stipulationes commodissime & l. doli ff. de verb. oblig.* Goddæus *consil.* 37. *n.* 902.) acciperetur, & extenderetur ad omnia per Vasallum possessa; quod utinam non sæpe fieret.

Non enim id omne præsumitur esse feudale, quod intra limites feudi reperitur Camill. Borellus *in Summa libri* 1. *tit.* 34. *de feudis n.* 404. *post* Afflictum *decis.* 267. Alciat. *de præsumpt. regula.* 2. *præsumpt.* 3. Hieron. de Monte. *tract. finium regundor. c.* 96. Curt. Jun. *consil.* 184. Mangon. *decisione* 2. *in fine.*

Imo allodium feudo incorporatum, non ideo mutabit naturam allodialem, Coler. *decis.* 219. Borellus *d. lib.* 1 *tit.* 38. *n.* 14. Ideo Domini non habent in iis intentionem fundatam, sed iis incumbit probatio. Camill. Borell. *d. loco n.* 16. *& seqq.* Geil. *obs.* 62. *n.* 9. *& obs.* 69. *n.* 7. *lib.* 2. Rosenthal. *d. c.* 12. *conclus.* 14. *n.* 27. *& c.* 10. *conclus.* 43. *n.* 28. *& c.* 5. *concl.* 9 *glossa l. ubi dicit*, in dubio præsumendum non esse aliquem adeò liberalem esse, ut cum Castrum, vel unius rei directum Dominium dederit, etiam aliarum rerum dare voluisse. Huc faciunt allegata Rosenthal. *c.* 12. *concl.* 14. *n.* 28. *&* 47. *Ac præsertim num.* 14. *ibidem*, ubi notabiliter dicit, Prædia rustica ab onere Feudi, sui natura, libera præsumi, uti ante eum in specie respondit Cravetta. *consil.* 662 *n.* 11. *& seq. vol.* 4. Menoch. *consil.* 395. *n.* 5. *idem de præsumpt. lib.* 3. *cap.* 91. *n.* 6. Cæphal. *consil.* 250. *n.* 4. *& seqq.* Vultejus *de feudis lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 10. *edit. nov. n.* 12. Amisso enim feudo, non admittuntur bona allodialia, etiam gratia feudi comparata, *teste* Schradero 2. *p.* 9. *par. pr. sect.* 4. *n.* 6. Quæ Domini, si executio illis libera esset, tollerent. Exempla quia sunt odiosa, tacitis legentium cogitationibus commissa sunto &c. videantur, quæ de Vidua Hoeking supra insinuata sunt, & de Vidua Golstein sequuntur.

Itaque in tam evidenti iniquitate, & fomento injustitiæ, isto putativo privilegio delinquendi, non patrocinantur illæ à Syndico Archiepiscopali allegatæ (nec dum tamen probatæ) confirmationes, & minus crebræ scriptiones exemplorum, per Archiepiscopos & subsequentes Imperatores, Robertum, Sigismundum, Fridericum & Rudolphum factæ, quia respondetur ex D. Vultejo

183. *consil.* 20. *lib.* 4. *n.* 76. *& sequentibus*, *& passim per totum*, quod per se nullum & iniquum, per Imperatorum Rescripta non convalescit, etiamsi adessent clausulæ prægnantes, ex certa scientia, plenitudine potestatis, & similes, quæ sæpius ex stylo Notariorum magis, quàm speciali jussione, inseruntur. Quæ certæ clausulæ non habent vim, nec nocent &c. Geil. *obser.* 77. *lib.* 2. *num.* 4 *& seqq.* Ernest. Cothm. *lib.* 2. *resp.* 10. *n.* 179. Ubi dicit tales clausulas ex Curiarum stylo sæpissimè impertinenter adhiberi, Foller. *en addit. ad Marant. pag.* 4. *distinct.* 9. *num* 3.

185. Neque enim Imperator vel Princeps præsumitur alicui, non prævia plena causæ cognitione, jus suum auferre, aut alicui ad delinquendum portas aperire, vel viam monstrare voluisse, quod fieret, si quis in propria causa Judex constitueretur, eique libera occupatio bonorum promiscuè permitteretur.

Nec sufficit hoc loco regerere, multò meliora de nostris Archiepiscopis speranda, nec delicta formidanda, minus præsumenda esse: cum illud quoque de quolibet Magistratu præsumendum sit, eo tamen non obstante, salubriter constitutum est, ut, qui jurisdictioni præest, neque sibi judicare possit, neque uxori, neque liberis, *l. qui jurisdictioni ff de jurisdict. omn. judic.*

186. Hinc ad evitandum irritamentum delinquendi, multa sunt Magistratui jure vetita, quæ tamen per se regulariter sunt concessa, ut patet *tot. tit. Codicis*, *ut nulli patria sua administratio committatur*, *& titulus de contractibus Judicum &c. & ne tempore administrationis proprias ædes ædificent &c.*

187. In Summa *Referens Cameralis apud Tilmannum tom.* 2. *Symphorem. par.* 1. *voto* 5. *n.* 27. *in terminis casus similis determinat*, Imperatorem in Germania, dando privilegium, non posse ullius Vasalli Jus diminuere, vel violare in iis, quæ non dependent à mera voluntate Imperatoris, allegans Bald. *in consil.* 327 *num.* 4. *lib.* 1. Bald. & Laud. *in cap.* 1. *de natura feudi.* Zas. *consil.* 10. *lib.* 2. *& de feudis par.* 11. Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 8. *circa finem.*

Denique, non esset à juris ratione alienum, si diceremus Principem, non posse jus, Consuetu-

dine

dine quæsitum alicui sine causa auferre, quia consuetudo etiam fortior est jure positivo, Bart. *in l. viros per illum textum C. de diversis officiis &c. lib.* 12. ubi statutum derogans jurisdictioni aliquorum, intelligitur de acquisita de jure communi, non consuetudine. Nec potest Princeps auferre Dominium, per aditionem hæreditatis, vel præscriptionem acquisitum, Cravetta *consil.* 7. *& consil.* 170. *DD. in l. omnes cujuscunque. C. si contra jus vel utilit. public.* ubi Jason dicit, Adde, quod ista regula procedit, non solùm in Dominio directo, sed etiam in utili, quod habet Emphyteuta, feudatarius vel superficiarius, *notat singulariter* Bart. *in l.* 2. *in fin. C de fundis patrimon. lib.* 12. Ergo nec per Rescriptum, quia mens Principis præsumitur pura, cui nihil placet, nisi quod justum & verum est, & nihil dare, nisi salvo Jure Tertii, & autoritate legis, *l. meminerint C. unde vi. l. nec avus C. de Emancip. liberor. l.* 2. § *merito. & §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico.* 188.

Adde quæ congessit Philip. Matth. *consil.* 26. *num.* 51. *vol.* 2. *ubi liberius loquitur.* Quod maximè hoc loco dicendum venit in prætensis Rescriptis, cum non inveniatur clausula aliàs necessaria, non obstante hujusmodi consuetudine, Jason. *in d. l. omnes.* Bal. *in l. fin. C. sententiam rescindi non posse &c.* Bart. *in extravag. ad reprimendum, in verb. non obstante.* 189.

Hæc generaliter ad diplomata Imperatornm dixisse sufficiat; Quod autem hucusque magis specialiter responderi non possit, artibus & potentia Syndici Archiepiscopalis factum est, qui omnia documenta, à se, dicis gratia, verbaliter allegata magis, quàm producta, obseratæ in Archivo capsæ, ne examinari possint, inclusit; alias videre potuissem, an istæ confirmationes, clausulas illas, ex certa scientia, plenitudine potestatis &c. haberent; an verò essent generales, quales esse solent, quando à Principibus Regalia cum confirmatione privilegiorum, ab Imperatoribus dantur: & hoc casu, generalis confirmationis, replicarem in ea non comprehendi, quæ quis in specie non esset comprehensurus *l.* 1. *obligatione generali ff. de pignoribus, l.* 3. *ff. de imit. l. qui peculii ff. de peculio. c. quinta vallis x. de jurejurando, & c. veniens eod. tit. c. ultimo de officio vicarii lib.* 6. Nec referuntur ad ignorata &c. Curt. Jun. *consil.* 170. *vol.* 2. Socin. Jun. *consil.* 77. *n.* 106. *& consil.* 126. *n.* 1. Natta *consil.* 200 *num.* 6. 190.

Et generalis dispositio non extenditur ad non verisimilia, neque ad ea, quæ quis in specie non fuisset expressurus *l. si Procurator ff. de condict. indebiti. l. quod servus ff. de acq. possess. l. si pariter ff. de his quæ fiunt in fraudem Creditorum.* Cardin. Tuschus *tomo* 4. *lit. G.* 191.

In alio verò casu expressarum clausularum responderem, & si clausularum illarum, ex certa scientia &c. non sit aliquando contemnendus effectus, eo tamen usque eum non diffundi, ut tam dura atque aspera, qualis est privatæ executionis, sine causæ cognitione, competentis, & non suspecti Judicis comprehendat, nisi Imperator, vel Princeps de præjudicio, & alterius damno, plenè informatus, totius rei notitiam habeat. Felin. *in c. nonnulli, n.* 12. *de Rescriptis.* Menoch. *consil.* 103. Cravetta *de antiq. temp. par.* 1. *n.* 40. Ruinus *consil.* 97. *n.* 3. *vol.* 3. Riminald. Jun. *cons.* 54. *n.* 45. Dn. Vultejus *d. cons* 20. *n.* 80. *vol.* 4. 192.

Et clausula ex certa scientia, non operatur in iis, quæ sunt facti; quia præsumuntur ignorata, Martha. *de clausulis. p.* 4. *clausula* 1. *num.* 18. Bald. *in l. fin. vers. duas etiam &c. sententiam rescindi non posse.* Decius *in l. totum ff. de reg. jur. & cons.* 198 *n.* 6. *& cons.* 407. *n.* 23. Castrens. *cons.* 88. *vol.* 2 Alex. *cons.* 122. *vol.* 2 *& consil.* 119 *n.* 5. *vol.* 6. Curtius Senior *consil.* 49. *col.* 21. Jason. *consil* 19. *& consil.* 119. *in fine vol.* 3. Gozad. *in consil.* 5. *num.* 15. Menoch. *consil.* 202. *n.* 149. Heim. Vultejus *consil.* 18. *n.* 57. *vol.* 3. Et generaliter omnes istæ clausulæ nihil operantur in rebus, de quibus Princeps in præjudicium tertii disponere nequit. Natta *cons.* 4. *n.* 5. Jason. *consil.* 213. *in fin. v.* 2. Crav. *consil.* 425. *n.* 33. Decian. *consil* 117 *n.* 54. *v.* 3. Vincent. Honded. *consil.* 39. *num.* 45. *v.* 2. Cephalus *consil.* 133. *n.* 10. *v.* 1. Menoch. *consil* 103. *n.* 77. Et clausula ex plenitudine potestatis supplet tantùm, quæ sunt juris, non quæ facti, Cellus Ugo *in tr. clausular. claus.* 114. Rimin. Jun. *consil.* 5. *n.* 225. *v* 3. Vult. *consil.* 46. *v.* 4. *n.* 252. 253. *&* 315. 193. 194. 195.

Ut autem scientia Imperatoris sit certa, necesse est, ut, qui vult tertio ex scientia certa præjudicare, de toto negotio plene sit informatus. Curt. Senior *consil.* 49. *n.* 35. Decius *cons.* 142. *n.* 7. Cæphalus *consil.* 133. *n.* 110. *vol.* 1. Panormit. *in c. Pastoralis §. præterea x. de officio legati*, & ut exprimantur omnes qualites & circumstantiæ, ex quibus Imperator ad confirmationem moveri posset, *juxta* Bald. *&* Jasonem, *in l.* 2. *C. si contra jus vel utilitatem publicam*, Panorm. *in c. super literis x. de præscriptio.*

Nec enim relevaret, etiamsi in confirmatione diceretur, Confirmationem ex certa scientia causa cognita, vel eam cum consilio factam esse; quia responderetur, ne quidem Principi credi, etiamsi de sua notitia testaretur, per *textum in Clementina* 1. *de probationibus, ubi* Abbas Panorm. *& in c. cum à nobis x. de testibus* Decianus *Resp.* 407. *n.* 23. Castr. *consil.* 46. *n.* 4. *vol.* 2. Nam non operatur in præjudicium tertii. Socin. Jun. *d. cons.* 77. *num.* 126. *vol.* 1. Roland à Val. *consil.* 7. *n.* 103. *vol.* 3. Curt. Jun. *consil.* 142. *n.* 8. Ægidius *decis.* 423. Martha *p.* 1. *clausula* 73. *num.* 10.

Quia eadem facilitate induceretur Princeps ad clausulas tales inserendum, qua inducitur ad faciendas confirmationes, Barthol. *consil.* 12. §. *maximè versic. cum utraque & versic.* ne quicquam. Si artificiales istæ clausulæ pari facilitate eluduntur & retunduntur, qua fabricantur, & ars deluditur

ditur arte. Nihil enim, ut sup. dictum, operantur in iis, in quibus Princeps, in præjudicium tertii, nihil poteſt disponere. Natta *conſil.* 4. *n.* 5. Iaſon. *conſil.* 213. *vol.* 2. Cravetta *conſil.* 425. *n.* 33. Decian. *conſil.* 117. *n.* 54. *vol.* 3. Cephal. *conſil.* 133. *n.* 3. *vol* 1. Honded. *conſil.* 39. *n.* 45. *vol.* 1. Menoch. *conſil.* 403. *n.* 77. ſed tantum ſupplent ea, quæ juris ſunt. Celſus Ugo *in tract. de clauſulis clauſul.* 114. Rimin. Jun. *conſil.* 5. *n.* 225. *vol.* 3. Herm. Vult. *conſil.* 46. *vol.* 4. *num.* 252. 253. & 315.

Denique hoc tandem etiam præteriri non debet, omnes, qui hactenus Diœceſin hanc Colonienſem rexerunt, tanta fuiſſe humilitate diſcretione, & benevolentia præditos: ut hactenus nul-
196. lus eorum iſtis 300. annis uſus ſit, donec Caſtrum Reinßheim primum ejus aculeum ſenſerit, de quo nunc ſub judice lis eſt: aliud exemplum auditum, quod ſciam, viſumque non eſt.

197. Quin imo, ſalva conſcientia, Seniores Conſiliarii negare non poſſunt, primum An. 1608. 19. Septembris de mane, in præſentia 13. Conſiliariorum, nempe 4. Satraparum, Tolbiacenſis, Brulii, Bonnenſis, & Ley in Aldendorff, nec non novem Graduatorum, Doctoris Kemps, Lti Vendlonis, L. Wintzleri. L. Hollandt. Lti Horrichs. L. Kramer, L. Palandt, Doctoris Goltſchmidt. Lti Hemmerman &c. conſilium in feudalibus habitum fuiſſe, in quo prima propoſitio fuit, utrum privilegium Cæſareum, Archiepiſcopi, quod omnia feuda debeant cenſeri maſculina; beſtendig und ad effectum zu richten? 2. Anne præſcriptio locum habeat da die Lehen 100. 200. 300. 400. oder mehr Jahren nicht seyn recognoſcirt worden? 3. ob man ex ſuper abundanti Edicta außgehen laſſen wolle, die Lehen zu empfangen ſub comminatione? ut habent formalia. 4. Anne Vaſallus in præjudicium Domini poſſit refutare feudum, & nihilominus retinere & præſcribere? 5. Anne Vaſallus, qui intra annum & diem non recognoſcit, vel petit renovationem feudi perdat feudum: & quando iſte annus currere incipiat, an à tempore electionis; indulti adminiſtrandi, vel inveſtituræ à Cæſe & Regalium confirmatione? & non aperiatur Domino, vel agnatis? Item 6. verba Erb-lehen. Item Erb-Mannlehen, quid importent? 7. An Domini voluntate ad certum tempus feudo oppignorato, à Vaſallo autem non redempto aperiatur, & Creditor ſuo pignore cadat, vel Dominus teneatur de credito reſtituendo? Et 8. an privilegium Cæſareum ſubſiſtat, quo decernitur quod feudo aperto Archiepiſcopo, idem, propria autoritate, ingredi poſſit? & ſi per annum poſſideat, quod tum utile Dominium, cum directo plane conſolidatum eſſe debeat? 9. Si in prima inveſtitura ponatur feudum eſſe maſculinum, in ſequentibus autem indefinite, & promiſcue, & viceverſa, cujus naturæ hoc feudum eſſe cenſeatur? 10. An parte feudi alienata, totum, vel pars committatur? & cui aperietur, Domino vel Agnatis? 11. De Judice & Judicio feudali eligendo & conſtituendo?

12. An feuda extra territorium Colonienſe ſita, ad collectas teneantur?
13. An feuda Cameræ, Cavenæ, Advocatiæ, Caſtaldiæ, ſint perſonalia
14. & revocatoria quoad perſonam poſſidentis?
15. An fœmina ſemel excluſa, ſemper & in perpetuum habeatur excluſa?

Hæc ex memoriali Domini Cancellarii in Conſilio quartali Anno 1608. 19. Septembris, &c. quæ certe deliberatio ſatis arguit, de conſuetudine fœmineæ ſucceſſionis, eo uſque non fuiſſe dubitatum, minus contra eandem practicatum.

Unde mirum eſt, qua fiducia Syndicus Archiepiſcopalis, qui procul dubio conſilio vel interfuit, aut ab iis, qui interfuerunt, inſtructionem accepit, in defenſionalibus & deductionalibus ſuſtinere auſus fuit, Anteceſſores Archiepiſcopos, per iſta privilegia conſuetudini illi obſtitiſſe; cum ante annos tantum viginti quatuor de valore illarum Sanctionum, & de iis in effectum producendis, primum deliberari cœptum ſit

198. Quapropter ſequitur, Archiepiſcopos hoc privilegium occupandi feuda, ex defectu ſexus & inveſtiendi filias (ſi quod habuiſſent) amiſiſſe, cum Juris ſit, quod quis contraveniendo privile-
199. gio, quod in faciendo conſiſtit, illi renunciet, illudque amittat, Felinus *in c. cum omnes n.* 28. *de conſtit.* alias enim etiam privilegium per non uſum, cum ejus utendi occaſio oblata eſt, ſpatio 40. annorum tollitur. *Et ibi* Bart. Cyn. *in l. falſo C. de diverſis reſcriptis Auth. quas actiones C. de SS. Eccleſ. Symphor. Supplic. Cameræ p.* 2. *tit.* 11. *vol.* 3. *n.* 5. & *ſeqq.* Knichen *plures allegans de Saxon. provoc Jure, in verbo Jus. c.* 2. *n.* 32.

200. Talis verò occaſio probatur fuiſſe ex actis, in Caſtro Bergerhauſen, ſub. n. 1. in actis verò n. 21. anno nimirum 1443. atque ſic ante 190. Annos; plura exempla Catalogi feudorum infra inſerti, in ſecundo fundamento Vaſallorum. num. 8.

Ter-

Tertium Fundamentum Archi-Episcopale cum ejus Refutatione.

SUMMARIA EJUSDEM.

1. *Instrumenta producta sunt utrique parti communia, probantque etiam contra producentem.*
2. *Producens Instrumentum, censetur omnia in eo contenta fateri.*
3. *Etiamsi cum protestatione producatur.*
4. *Occultans sua instrumenta, diffidit suæ causæ.*
5. *Syndici documenta consistunt tantum in concertantium allegationibus.*
6. *In omni lite alteruter litigantium male allegat.*
7. *Hoc loco non quæritur, an filius feudum, patre adhuc superstite, transmittat ad filiam.*
8. *Fœminæ succedunt in feudis potentia Juris, quod fallit sæpe ob pacta & Consuetudines.*
9. *Dicere non sufficit, ubi probatione opus.*
10 *Paria sunt, nulla instrumenta producere, & producta parti adversæ non communicare.*
11. *Fundamenta, nudæ jactationi nixa, eadem facilitate contemnuntur, qua nascuntur.*
12. *Syndicus circa* Bergerhaussen, *contra evidentiam pugnat.*
13. *Exclusa fœmina à corpore feudi, excluditur à precio ejus.*
14. *Renunciando hæreditati, videtur adivisse & donasse.*
15. *Quod non defertur ut hæreditarium ut nec adiri, ita nec repudiari potest.*
16. *Otiosæ sunt fœminarum renunciationes in feudis masculinis, &c.*
17. *Ubi pares Curiæ sunt Judices necessarii : ibi Cancellariæ Recessus sunt irriti.*
18. *Quando contentio est inter Dominum & Vasallum, pares sunt Judices necessarii.*
19. 20 21. 22. *Error Syndici Archiepiscopalis.*
23. *Clausula salvo jure Ecclesiæ & cujuscunque, non pertinet ad ea, quæ specialiter exprimuntur in instrumento.*
24. *Obscurum per æque obscurum non declaratur.*
25. 26. *Nec per repetitionem principii, in quod impegit Syndicus 35. vicibus.*
27. *Sexies* Milendunck *investiri dicitur* auß Gnaden, *nulla subsistente gratia.*
28. *Verbum* auß Gnaden, *ex gratia, &c. apponitur, ex consuetudine etiam in contractibus.*
29. *Hollandi auferendo Archivum, non vexerunt secum, memoriam consuetudinis, nec juris scripti.*
30. *In quo tamen jure, absque respectu consuetudinis, Archiepiscopus se fundare intendit.*
31. *Cancellaria hodie non ultimam tantum, sed etiam primam investituram perperam exigit.*
32. 33. 35. *Syndicus Archiepiscopalis secum pugnat.*
34. *Nimis absurdum, feudum,* Helterbergh, *per mortem usufructuariæ vacasse, quod tamen pro Reverendissimo allegatur.*
36. *Absurdum est, singulari gratiæ Principis adscribi, quod soror de feudo sibi cum fratribus diviso, investiatur.*
37. 38. *Ex feudis rectis, fœminæ, ne quidem legitima competit, imo ne ex mixtis quidem.*
39. *Fœminæ de feudis hæreditariis participant.*
40. *Signum promiscui feudi est evidens, dum soror cum fratre dividit.*
41. 42. *Feuda in petitione hæreditatis non veniunt, nisi sint promiscua.*
43. Luisch *feudum promiscuum.*
44. *Absurda interpretatio est, verbum Hæres, significare masculum, etiam ubi fœmina nominatur,* rechte Erben.
45. *Soror ac frater appellantur hæredes necessarii, approbante Domino in feudo* Rendenich.
46. *Hinc recte Vultejus dicit, hæredem, juxta subjectam materiam, id est, naturam feudi accipiendum, non, juxta jus scriptum.*
47. *Ergo moribus nostris comprehenditur etiam fœmina, legitima & necessaria hæres dicta.*
48. *Notanturque descendentes per verbum hæres.*
49. *In feudis impropriis hæres accipitur pro descendente.*
50. *Alias utrique sexui commune vocabulum est hæres.*
51. *Hæres. addita vocula (verus) intelligitur de utroque sexu.*
52. *Ex venditione feudi, inscio Domino facta, & postea confirmata, infertur feudum promiscuum.*
53. *In claris conjecturis non est opus.*
54 55. 56. 57. *Causa, cur* Rennenberg *non veniat hoc loco in considerationem.*
58. *Cognati jus suum negligentes, sibi, non aliis nocent.*
59. *Nec huc spectat feudum* Trevelstorff, *quamdiu non probatur, filiam, quæ ob sexum exclusa esset, in rerum natura fuisse.*
60. *In feudo novo, non est mirum sorores non succedere, ubi etiam fratres excluduntur.*
61. *A Commisso, ex causa fœloniæ, ad successionem, perperam infertur.*
62. *Facile, est, Vasallos pati sibi obtrudi, clausulam gratiæ jactatoriam, ubi alias re ipsa potiuntur.*
63. *Surrogatum subintrat naturam surrogati.*
64. *Dominus non potest privare successorem ob fœloniam defuncti.*
65, 66. *Nec alias si absit contumacia vel dolus.*
67. *Boni Principes non solent privare ideo Vasallos, sed citare.*
68. *Laudatur dictum Iserniæ.*
69. *A feudo Hæreditario non arcentur fœminæ, nec extranei.*

70. Erblehen *importat aliquam feudi naturam ac servitutem, quæ ad rem liberam proprius accedat.*
71. *Composita naturam simplicium continere.*
72. Leibslehens-Erben *restringit feudum ad hæredes ex corpore Vasalli descendentes, exclusis aliis.*
73. *Periculosum est, ex assentatoriis gratiæ clausulis feudum judicare.*
74. *Propter verbum* Mannlehen, *Reversali* Reinßheim, *contra pacta, inserti, orta hæc tragœdia.*
75. *Similes exorbitantiæ alibi probatæ & confessatæ.*

Fundamentum Tertium, ex allegatione actuum contrariæ Consuetudinis, hactenus non productorum.

QUod de Tertio Fundamento Serenissimi Archiepiscopi & illustris Capituli, multum hoc loco dici nequeat, facit, quod Syndicus Archiepiscopalis 153. documenta, quæ in speciem, dicis gratia, produxisse videri voluit, capsæ in Cancellaria positæ, ut supra sæpe questum, inclusit, & parti communicari, donec Vasalli probationes suas implessent, vetuit, eo procul dubio consilio, ne iis ipsis loco probationis Vasalli uterentur. Instrumenta enim in judicio producta,
1. sunt communia, & probant, tam contra Producentem, quam pro Producente, *l. 1. §. edenda, & l. is apud quem* C. *eod. tit.* Dom. Frider. Hiltorfius *in suo processu par. 3. tit. 11. n.* 14.

2. Et producens pro se instrumentum, censetur omnia contra se confiteri, quæ in eo continentur. *l. si Adversarius C. de fide instrumentor l. cum precium C. de liberali causa. cum venerabilis x. de exceptionibus. ubi* Abb. Bald. *in l. Scripturæ. C. de fide instrum. & in d. l. cum precium, versic. extra quæro. C. d. tit.* Tiber. Decianus *responso 10. n. 57. vol. 1. & responso 20 n. 7. vol. 2.*

3. Etiam si producerentur cum protestatione, quod quis tantum producat in partibus pro se facientibus, ut tradunt DD. *omnes, in d. c. cum venerabilis.* Iason. *in l. 1. §. editiones, circa finem ff. de edendo & in l. non solum §. morte. n 26. ff. de novi operis nunciat.*

4. Ista autem Occultatio instrumentorum satis evidenter convincit, Syndicum Archiepiscopalem causæ suæ non fidere, quod, priusquam ad inspectionem suorum documentorum deveniatur, clamet Compromissum expirasse, ne cogatur instrumenta sua, pro forma tantùm jactitata, in lucem proferre, & examini subjicere, Menoch. *præs. 91. ubi plures allegat lib. 2. & 5. præsumpt. 3. n. 94. & 105.* Mascard *conclus. 532. n.* 40.

5. Nam procul dubio apparebit, quod nullius erunt momenti, & uti defunctus Syndicus Parium, Kannengießer notavit, pleraque consistere in allegationibus litigantium, quorum aliqui, se in Consuetudine fundare: Alii Jus feudale pro se allegare conati sunt- ut patet ex prothocollo Anni 1624. in 16. Septembris. Ubi cum alter Procuratorum ad allegata similis causæ referret, alter vicissim per Adversarii argumenta replicavit, & sic argumentum illusit.

6. Talia in specie argumenta Syndicus Archiepiscopalis in suis articulis adducere solitus est, ut patet in 20. articulo, deductionis articulatæ, ubi filiæ successionem feudalem denegandam in quodam processu, in concursu masculi sustinuit Dominus de Godenaw. Idem Syndicus ab Articulo 24. usque ad 324. hujusmodi frivolis argutiis chartas implet.

Cum ad hujusmodi inania & longe petita, facilis sit responsio, tam generalis, nempè in omni lite alterutrum litigatorum iniquam fovere causam, & perperam allegare: quàm specialiter, nempe hoc loco principaliter non controverti, an fœmina simul cum masculis, an verò solum masculis tantùm deficientibus succedant, quales plerumque solent esse quæstiones; in nostris Judiciis hoc tempore agitatæ. Hoc enim loco tantùm quæritur, an ne masculis deficientibus fœminæ, vel nati ex fœminis, succedant, & Dominum ab apertione excludant? an verò feuda ob defectum masculini sexus Domino aperiantur, ut supra in figuratione Casus dictum.

Quæ quæstio nec inter Dominum de Godenaw, & Ihlem: nec non Blanckard contra Putz-
7. feldt fuit agitata; in hac enim quæritur, an filius feudum ad filiam transmiserit, in quo ipse, parte adhuc superstite, necdum successit?

Præterea his facilè occurritur, si dicamus cum Domino Goddæo in sæpè allegato consil. 37. n. 1155. Fœminas in feudis mere hæreditariis succedere potentia Juris, quod in actu successionis sæpe fallit, ob pacta & diversas Consuetudines, *c. quamvis de pactis in 6. l. si quis in conscribendo C. de pa-*
8. *ctis l. fin. §. fin. ff. ad Vellej. l. si judex ff. de minoribus.* Henning. Goden. *consil.* 20. Ceph. *consil. 192. n.* 16. Decius *consil. 389. n.* 10. *Concordat.* Philip. Matth. *consil 26. n. 82. vol. 2.* Ubi dicit, quod, quando alicui per mortem alterius non quæritur Jus, sed retro quæsitum peti potest, tunc moriens transmittit. *l. ex his verbis C. quando dies legat. cedat.* Quia in habitu jus retinet, licet non in actu, vel exercitio, quod ad transmissionem sufficit. *l. si quis filius fam. 7. §. 1. & l. illud 77 ff. de acquir. hæred. l. 3. & 4. ff. ad Sctum Syllanianum l. liber homo 20. §. fin ff. de stipulat. servor. l. ult. §. 1. C. de curat furiosi. l. Lucius Titius 9. ff. de jure fisci. Unde* Bald. *consil. 426. p. 3* scribit, quod, quando persona, cui debetur legitima, non impeditur in ipsa, propter defectum intrinsecum juris sui, sed propter defectum extrinsecum alterius personæ, quæ hoc jus suspendit, tunc, si persona impediens mori-

moritur; jus suum transmittit, ut est expressum, *in l. si quis filium* 34 *C. de inofficioso testam.* Hinc est quod Testis 54. in causa Sarwerdia dicit, daß man gleichwol die Tochter gern mit geld abzuweisen pflegt. Goddæus *sup. citato n.* 849. *& seqq.* Videmus enim mulieres non solùm excludi ex consuetudine à feudalibus, verùm etiam ab allodialibus aut certè ipsis renunciare, uti omnibus notum est, & quotidie contingit.

Quia verò Syndicus multa dicit, & nihil probat; quandoquidem dicere non sufficit, ubi probatione opus est. *Glossa recepta in verbo dicitur, in l.* 1. *in princ. ff. si quadrupes pauper. fecisse dicatur. c. dilecti x. de Exceptionibus.* Jason. *in l. si prius n.* 97. *ff. de novi operis nunciat.* Felin. *in c. cum dilectus n.* 6. *x. de accus.* Menoch. *secundo Remedio, Recuperand. n.* 178. *& Remed.* 15. *n.* 403. Jam verò supra probatum est, paria esse, nulla instrumenta producere, vel ita producere, ut parti adversæ non fiat describendi copia. *l. si Judices & ibi* Bald. *n.* 1 *C. de fide instrum.* Marsilius *singulari.* 31. Geil. *lib.* 1. *observ.* 107. *n.* 14. Speculator. *lib.* 2. *de instrument. edit.* §. 6. *n.* 9. 9. 10.

Hinc ista fundamenta, nudâ jactatione nixa, eâdem facilitate contemnuntur, quâ asseruntur; & prolixam refutationem non merentur; sed suo loco, nempè ad probationem exemplorum, in extractis centuriis, à parte Statûs Nobilitatis & Vasallorum, aperto Marte exhibitorum, reservantur. 11.

Et quo Lector ex primo exemplo de reliquis conjecturam facere possit; narrat Syndicus Archiepiscopalis 25. defensionali; feudum Bergerhausen, ex defectu masculinæ stirpis, Ecclesiæ Coloniensi fuisse apertum, ipsique Archiepiscopatui, per sententiam adjudicatum. Quod nimis evidenter à veritate alienum esse, non tantum documentum ad Acta, sub n. 21. productum, & in Extractu Krumbstab, num. 1. relatum probat: sed evidentia etiam est facti permanentis, quæ oculis cernitur; & manibus pedibusque palpatur, convincitur, feudum hoc ferè ducentis annis à familia Pomerianorum (quæ Nellæ de Stirpe Bergerhausen partim legitima successione, partim venditione, ac cessione duarum fœminarum ex familia Hoeckinck & Moll successit) occupari. Licet enim duæ istæ venditrices, de suis quotis in ista hæreditate non inveniantur investitæ (ad quod diverticulum Syndicus Adversarius subinde, sed frivole recurrit) Tamen, ex quo Reverendissimus Archiepiscopus ut Dominus feudi, talem fœminarum venditionem ac cessionem ratam habet, & diplomate solenni confirmavit; satis eo ipso declaravit, fœminas istas venditrices, cedentesque jus solidum in feudis habuisse. Nam si excluditur mulier à corpore: etiam excluditur à pretio feudi; alias nullius vel parvi effectus esset, quod Jura maribus providerunt de feudo, uti latè tradit Goddæus *consil.* 25. *n.* 131. *& seqq. vol.* 1. Bergerhausen. 12. 13.

Renunciando enim hæreditati, videtur quis adivisse, & donasse ei, cui renunciavit. Castren. *add. l. pactum C. de collation. & consil.* 308. *per l. illud ff. de acquisit. hæred.* Cravetta *consil.* 200. *n.* 2. Rolandus à Valle *consil.* 11. *n.* 25. *n.* 1. *per l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de Procurat. l. avia. C. de jure deliber.* Et quod non defertur ut hæreditarium: ut adiri non potest, ita nec repudiari potest. *l. sicut l. pupillorum. C. de repudian. hæreditate.* Cephalus *consil.* 142. *n.* 19. Rolandus à Valle *d. consil.* 112. *&* 5. *vol.* 1. Joannes Goddæus *d. consil.* 37. *n.* 835. Ociosæ enim sunt Renunciationes in feudis masculinis. Surdus *consil* 305. *post* Ruinum *in consil.* 42. *n.* 8. Godd. *d. consil.* 37. *n* 988. *& seq. vol.* 4. nec est necesse extra quærere quod intus habemus. 14. 15. 16.

Quæ quidem confirmatio huic causæ tantò opportunius inservit, quod iste Archiepiscopus Confirmator istius tam successionis, quàm venditionis, ac cessionis fœmineæ, in feudo sit primus Successor, & ex sorore filius Theodorici de Sarwerden, Fridericus de Moerß, & Sarwerden, qui perhibetur absurdum illud privilegium à Carolo Quarto impetrasse, quod procul dubio facturus non erat, nisi ipsi constitisset, Consuetudine inveterata mulieres in feudo, sine ullo scrupulo admittendas fuisse; Nec non quicquam verisimilitudinis habet, Prælatum istum, qui ferè omnium diutissimè nempe 44. Annis huic Episcopatui præfuit, Consuetudinem & morem patriæ ignorasse, aut tam fuisse muneris sui oblitum, ut in gratiam duarum triumve muliercularum, occasionem adjiciendi tanti, tamque Diœcesi opportuni, & in limite Diœcesi siti Castri, neglecturus fuisset.

Maximè si verum fuisset, quod Syndicus Archiepiscopalis tam securè allegare ausus fuit, Feudum illud sententiam, Ecclesiæ adjudicatum esse, de quo tamen in literis ad Acta datis, aut etiam alias, nullum extat vestigium:

Unde admodum verendum est, illo factum esse tempore (quod utinam hodie fieri non videremus) quod Cancellaria Principis in causis feudalibus pro Principe ipso, adeoque in propria causa cognoscere; & sententias vel Recessus formare, tentaverit; idque planè nulliter & inaniter, quia Cancellaria non potest esse Judex inter Dominum & Vasallum, ut supra dictum fuit, maximè, ubi ipsi Recessus nomine ipsius Principis emanant, ut quotidie videmus. 17. 18.

Quæ nullitas etiam confessione Syndici Adversarii, ex articulo deductionali 216. satis claret, dum Intercessentes coram Archiepiscopo (non coram Paribus Curiæ) citatos esse proditur. Nullum enim dubium est, quod inter Dominum & Vasallum, non Cancellaria, nec aliqui alii, quàm Pares Curiæ sint Judices necessarii *cap.* 1. §. *præterea, si inter Dominum & Vasallum &c. & innumeri*

Doctores, quos allegat Schraderus *par.* 10. *Sect.* 5. *in princ.* & *in n.* 13. Adeò ut Dominus, si Vasallum ad aliud tribunal trahat, & admonitus non desistat, directo Dominio privetur, *cap.* 1. §. *Domino, si de feudo defuncti content.* & *cap.* 1. *qualiter Dominus feudi proprietate privetur.* Schraderus *d. loco. n.* 237. Ita ut mirum sit, Cancellariam supra allegato Anno 1608. de Judice, & judicio feudali, inanem quæstionem movisse, Rosenthal. *cap.* 12. *concl.* 3. *num.* 1. *cum multis seqq.* & *concl.* 2. *n.* 48. *cap.* 10. *conclus.* 41. *n.* 75.

19. Deinde convincitur Syndicus Metropoliticus evidentis erroris in articulo deductionali, 219. quod Nellam istam de Brock & relictam Hermanni de Pomerio indigitet, quæ in instrumento sub n. 1. & respectivè 21. exhibito, Nella von Bergerhausen, uxor Eustachi vel Startzen von Bungardt, nominatur.

20. Præterea, quam absona, ac quam à veritatis similitudine sint aliena, quæ Syndicus Metropoliticus super numerariis deductionalibus, vel potiùs defensionalium illicitis additionalibus persequitur; ex articulo 47 & nonnullis sequentibus perspicuum est; quando narrat Advocatiam Bornheim, per mortem Emundi von Gymmenich Ecclesiæ apertam fuisse; cum tamen ex iisdem articulis constet, eidem fratrem Wilhelmum superfuisse, qui sine dubio in feudo paterno (ex quo dicto fratri Wilhelmo juxta articulum 12. pensio fuit reservata) succedere, Dominumque excludere potuisset; Item, dum dicitur in articulo 49. istum Wilhelmum à Theodorico Archiepiscopo, ex speciali gratia Ecclesiæ fidelem factum, deputando & assignando eidem bona feudalia, Castrum zum Buschen, Advocatiam de Bornheim, & feudum Castrense in Bruell rc. modo & forma, quibus Pater ejus tenuerat.

21. Siccine morte fratris recidit feudum antiquum & Paternum in manus Domini, excluso fratre Germano? aut filius in feudo, non nisi in speciali gratia, succedit? An frater fratri in feudo paterno succedens, dicitur juxta articulum 30 ex nova gratia investiri? An pensio uni fratrum

22. ex communi feudo reservata, novum, & quidem masculinum feudum juxta d. articulum 52. creavit?

Unde huc iterum quadrat, quod supra *ex Foller in additionibus in Maran. allegatum est*, clausulas ex Curiarum stylo plerumque esse impertinentes.

Non est itaque mirum, quod Syndicus hujusmodi Jura, obseratæ cistæ vel capsulæ, adhuc in in archivo asservatæ, incluserit, & priusquam depromantur, Compromissum evanuisse clamet, ne paradoxa ista ad Lydium lapidem affricentur.

23. Quam evidens error juris sit, quod idem Syndicus omnes Investiturarum actus, qui à Nobilibus & Vasallis pro confirmanda consuetudine producuntur, per generalissimam & usitatissimam clausulam, salvo Jure Ecclesiæ, & cujuscunque eludere & enervare, ac uno quasi Collyrio, quod ajunt, omnium oculos perstringere conatur, claret ex articulis 13. 15. 44. 59. 61. 72. 89. 116. 225. 279 283. 289. 293. 300.

Cum tamen cuivis ICto sit facile obvium, tales clausulas ad illa, quæ in instrumento expressa sunt, non pertinere, Signorolus, de Homed. *consil.* 75. *versic. venio ad* 18. Andr. Barbatus *consil.* 21. *n.* 16 *lib.* 2. Boerius *decis.* 243. *n.* 11. Paris. *consil.* 16. *n* 30 & *consil.* 70. *n.* 23. *lib.* 1. Alciatus *de præsumpt. regula* 2. *præsumpt.* 28. *n.* 4. Schraderus *de feudis p.* 6 *c.* 3. *n.* 38. Sandeus *d. tract.* 2. *Commentar. in Gelr. consuetud. cap.* 5. *n.* 12. *pag.* 303. *edit. post.* 288. post Camerarium & Frecciam per *l. doli* 119. *ff. de verbor. obligat.* de quo Rosenthal. *cap.* 12. *concl.* 14. *num.* 29.

Simili effugio plerumque elabi conatur fatus Syndicus Archiepiscopalis per Relativam clausulam (wie solch Lehen zum Ertz-Stifft gehoert, oder von den Vorfahren empfangen worden. Nam

24. per hujusmodi relationem, non solum obscurum per æque obscurum declaratur, vel potiùs magis

25. involvitur, sed etiam committitur circulus, & pro medio concludendi usurpatur, id quod venit in quæstionem, nempè quæ sit consuetudo, Feudorum Coloniensium, quod ideo remittitur ad Elenchos Sophisticos. Obscurè respondere, & nihil respondere, paria sunt, *l. de ætate* 12. §. *nihil interest ff. de interrog.* Soares *Tomo* 1. *commun. opinion. l.* 7. *tit.* 19. *num.* 139. Bart. *in l. ea ff. de*

26. *contrah. empt.* Cardinalis Tuschus *concl.* 54. *lit. O.*

Hoc Aphorismo utitur Syndicus creberrimè, articulo 2. 4 5. 9. 10. 15. 39. 40. 41. 44. 51. 54. 55. 57. 59. 60. 61. 68 71. 89 93. 95. 98. 104. 107. 118. 137. 222. 275. 278. 289. 293. 300. 305. de quo ad Acta fit relatio.

Longum nimis foret, si quis omnia frivola diffugia, quibus Syndicus se proripere conatur, exactè numerare, & specialiter discutere velet, Art. 42. 58. 90. 97. 227. 258. 280. 293. 299. 302.

27. mulieres non esse investitas, etiamsi mediis mulieribus transierint feuda ad aliam progeniem; omnia esse gratiose, &, ex mera gratia, facta; etiamsi nulla materia gratiæ adscripta inveniatur. Interim tamen infra in capite ultimo non pauca talia in specie arguuntur ac refutantur exempli gratia, omnes Investituræ Dominorum de Meilendunck habent clausulam expressam, ex gratia, licet in iis nullius gratiæ materia excogitari possit, quia ubique Patri successit filius, & subinde unus idemque Vasallus, qui feudum à prædecessore accepit, in subsequentibus dicitur ex gratia

28. investiri.

Memi-

Meminisse debebat Syndicus verbum ex Gratia, auß Gnaden, ex more plerumque apponi; eoque Principes etiam in contractibus uti solere. Gilman. *Symphor. tom. 1. p. 1. vol. 1. n. 88. in causa* Erpfort *contra* Mentz. Christ. Besold. *in Thesauro practico lit. A. §. 73.* Et vocula auß besonderen Gnaden, significat favorem, & beneficium absque ulla receptione recompensationis pecuniariæ, vel alterius rei datum, *l. etsi sine §. 1. de minoribus l. sed si pen. §. item p. ff. ex quibus causis major. l. 3. §. 1 ff. de arbitris. l. 3. Cod. eod.* Et hujusmodi beneficia latissimè interpretamur, ut majorem gratiam comprehendant. *l. fin. ff. de constit. pecun.* Bald. *consil* 294. *vol.* 5. Cravetta *cons.* 95. *n.* 9. *& consil.* 135. *n.* 6. maximè contra ipsum concedentem Gl. *&* Bald. *in d. l. fin. vol.* 5. *& in l. nec Avus C. de emancip. liberor.* Innoc. *in c. cum dilectus x. de V. S. & in cap. cum dilecti, ubi Canonistæ x. de donat.* Wehner. *pract. observ. in verbo* Gnaden.

Quod si verò in specie proferantur exempla, ubi Fœminæ investitæ repetiantur, vel viri earum nomine; ut deductionali 71. Thomas Kolben Minderjährige Dochter *&c.* n. 52. in Actis 80. Item Forst bey Ferchen, n. 150. in actis: tunc Syndicus sibi persuadet, sufficere, si solo verbo errorem alleget. An igitur etiam est erratum, quando filia Catharina Reinbach, aut Greta Kluitincks von Ferchen in propria persona fuit investita? in actis 401. alias num. 96. in tit. 2.

Sed, quia facilè intelligit Syndicus se ista generali allegatione Erroris non subsistere, aliud absurdum affert Emplastrum? Archivum Coloniense à Capitaneo Martino Schenck, Bonna in Hollandiam translatum fuisse, eoque tempore, Cancellariam nequivisse se de natura feudorum informare: indeque Erroris occasionem fluxisse; deductionali 77. Cui latibulo respondeo, primò non potuisse illum Schenck cum Archivo, memoriam Domini feudi & Consiliariorum avexisse; qui, sine Archivo, de generali, & eo usque continuata consuetudine, sat certi esse potuerunt. 29.

Secundo, istam distractionem non durasse captivitatem Babylonicam, sed brevi recuperatum Archivum.

Tertio, vix ulli individuo illud pharmacum applicari rectè posse.

Quarto, Serenissimum Dominum Electorem, nolle se fundare in consuetudine, nec in serie Investiturarum, ideo & Testium productionem impedivisse; & petitas ac jam recuperatas Investituras, ac literaria documenta, quantumvis utrique parti, ipso jure, communia edere noluisse. E diverso, suam Serenitatem, se solum in jure communi feudali Longobardico, & putativis privilegiis fundare, Exempla verò suorum Majorum repudiare &c. allegando legibus non exemplis esse judicandum. 30.

Aut igitur fatetur Syndicus sibi, omnibusque ministralibus memoriam, ac liberos Feudorum, omnesque Feudistas cum Archivo in Hollandiam abreptos; aut confiteatur talem excusationem esse frivolam & nimis jejunam.

Quinto Cancellariam habere pro more à Vasallis non tantùm ultimam, sed etiam primam Investituram exigere. Non igitur potest se excusare de Archivi absentia, cum illo nemo, etiam hoc tempore, utatur, nisi quando occasio divexandorum Vasallorum quæritur &c. primam enim Vasalli edere non tenentur, sed tantum ultimam, Schraderus *p. 9. c. 6. n. 58.* 31.

Porrò idem Syndicus subinde sui oblitus, secum pugnat. Exempli gratia deductionali 192 negat Archiepiscopum Fridericum (sub cujus nomine privilegium putativum impetratum esse sustinetur) ipse privilegio contravenisse; idem tamen Syndicus art. 234 juncto articulo 229 ponit eundem Fridericum circa illud tempus feudum Luttingckhoven ad fœminam, ob preces amicorum, Vasallo filiam tantùm habente, adhuc vivente, transtulisse. Sic ejusdem Friderici proximus Successor, ac ex sorore filius, contravenit tali putativo privilegio, quando deficiente Stemmate Bergerhausen, ob Fœminam, partim successionem, partim cessionem, Eustachium von Bongardt, ejusque filium Godefridum, Anno 1443. de Castro Bergerhausen cum reservatione ususfructus investivit &c. 32. Luttingckhoven. Bergerhausen.

Simile contrarietatis exemplum suppeditat deductionalis 247 cum 250 in quorum priore fatetur Syndicus Archiepiscopalis Feudum Holterbergh, per mortem uxoris Henrici Barß, ejus nomine investitæ, vacasse, & Ecclesiæ apertum esse. Ex quo necessario infertur Feudum illud in fœmina radicatum fuisse, ex quo Vasallorum causa justificatur. Tamen, quia Syndicus tali Investitura se pressum animadvertit; mox sui oblitus, eo adigitur, ut ad confringendam Gratiæ interventionem, sine ullo rei vestigio, recurrat; Imo ad solum usumfructum uxori datum, hoc ipsum restringere non pertimescat; quem tamen confundit hoc loco textus *feudalis in c. 1. de investitura facta marito*, vel utrique conjugum, ubi maritus nomine uxoris de feudo investitus convenitur coram ordinario, non coram Domino, & sic feudum radicatur in muliere, & non marito, qui nomine mulieris investitus fuit. 33. Holterbergh.

Nimis enim evidenter absurdum est, feudum, per mortem usufructuariæ, devolvi ad Dominum, aut aperiri; qui error cum apud nonnullos irrepserit, ubique ferè specialibus Constitutionibus correctus est, ut in Reformat. Juliacensi cap. 95. §. und nachdem per tot. videre est. 34.

Idem Syndicus etiam in sequenti 251. articulo, ex proprio cerebro potius, gratiam extraordi- 35.

nariam in successione filii qui matri successit, comminiscitur; qui idem feudum in matre fœmina substitisse, supra confessus fuit.

36. Quam impertinenter, & incondite, vocabuli illius honoris & complementi, ut moderni vocant Gratiæ, abutatur Syndicus S. Serenitatis; inter multa alia emicat ex deductionali 276. cum sequentibus, ubi singulari gratiæ adscribitur, quod Serenissimus divisionem inter Fratres & Sorores Frederici Landt-Graff, iu qua feudum filiæ obtigit, confirmavit, cum tamen singularis gratia ma-
37. teriæ, existentibus ibidem fratribus, subesse non potuerit; Ex feudis enim Rectis, filiæ ne quidem
38 legitimam petere possunt, imo ne ex mixtis quidem secundum veriorem opinionem. Hart. Pi-
39. stor. *quæst.* 38. *n.* 35. *& seqq. lib.* 2. *p.* 2. Petrus Heig. *quæst.* 25. *n.* 19. *& seqq. p.* 1. Matthæus Berlich. *p* 3. *concl.* 11. *num.* 31. *&* 39. Feuda vero mere hæreditaria participant fœminæ, Hart. Pistor. *lib.* 2. *Quæst.* 1. *n* 40. Geil. *lib.* 2. *obser.* 154. Schrad. *p.* 7. *c.* 7. *n.* 33. Clarus §. *feudum quæst.* 9. *num.* 2. Marian. Socyn. *consil.* 114. *n* 9. *vol.* 2. Berlichius *d. concl.* 11. *n.* 32. Fachinæus *lib.* 7. *cap.* 46 47. 48 Rosenthalius *de feudis cap.* 7. *conclus.* 13. *per tot.*

40. E contrario, eodem supra dicto ex loco, aperte convincitur, promiscuam esse feudorum successionem, alias potuissent illi Fratres Emmericus & Hermannus feudum habere præcipuum, & deinde nihilominus cum Sororibus divisisse? Sed hoc Syndicus Metropoliticus vel non vidit vel vide-
41. re noluit, aut saltem dissimulavit. In petitionem etenim hæreditatis feuda recta non veniunt, sed
42. quæ mere & absolute sunt hæreditaria, ad instar bonorum patrimonialium redacta. Bald. *in c.* 1. *n.* 12 *an agnati vel f.* Decius *consil.* 395. *n.* 4. Rosent. *c.* 7. *concl* 12. *lit.* F. Cravetta *consil.* 256. *n.* 5. *&* 7. *vol.* 2. Vultejus *consil.* 12. *n.* 68. *vol.* 4.

Pari modo non est mutatio qualitatis feudalis, sed liquida probatio consuetudinis, admittentis utrumque sexum ad feuda (quod tamen Syndicus Adversarius pro diverticulo, 289. articulo adducit) quod Joannes von Siegenhoven, constitutus Procurator, suæ sororis viduæ Tobiæ Kinds-
43. weiler nomine, de feudo Luisch investitus sit, & sic investitura sine ulla gratia, in persona mulieris
Luisch. radicatur. ad num 32. & 33. in actis, in Extractu verò, ad numerum 8. & 9. me referendo, quo iterum facit paulo ante allegatum *c.* 1. *de investitura facta marito vel utrique Conjugum.*

44. Nescio, an magis insulsa interpretatio excogitari possit, quam quando Syndicus Metropoliti-
Boeckumb. cus verba Investituræ Satrapæ Haes de Sollbrugeken, ratione feudi Eickum zu Boeckumb (quæ dicit feudum illud à legitimis hæredibus Frederici de Sollbruecken, nempe tribus filiabus emptum esse) interpretetur, ne dicam, an corrigat, dum dicit in materia feudali, verbum Hæres non nisi de Masculo intelligendum esse. Itane Magister ille reprehendit & corrigit Dominum? sed vertat Syndicus folium, secundum consuetudinem Curiæ Coloniensis sub nomine legitimorum vel rectorum
45. hæredum feudalium intelliguntur etiam filiæ ut hoc loco n. 170. & alibi, n. 140. ubi filia dicitur hæres necessaria; Ergo Coloniensis Curia non sequitur Jus Longobardicum in puncto successionis, sed contrariam consuetudinem q[illegible]m Syndicus impugnare conatur.

46. Et hinc est uti Dominus Vultejus recte exponit, quod verbum (Hæres) secundum subjectam naturam feudi, de qua agitur, accipiatur, *lib.* 1. *de Feudis cap.* 8. *n.* 26. *edit. noviss.* 40 hoc est, ubi vigent feuda promiscua, veniunt etiam Fœminæ, quod clarius ad praxin applicavit *consil.* 33. *vol.* 1. *n.* 59. 60. 61. ubi dicit secundum consuetudinem loci accipi.

47. Ex isto igitur loco, liquet, moribus nostris Hæredis appellatione, quæ alias ex se æquivoca est; etiam in materia feudali, venire fœminas, à primo acquirente natas, ac Hæredes sanguinis, quod probatur ex documento in Krumbstab n. 67. in actis verò 97. signato ibi durch gedachtes meinen lieben broders thodtlichen abganck, ahn mich, als seine eheliche schwester und einige erbin, von recht und löblichen gewohnheit wegen, frey ledig erfallen, item ibi: die andere meine nechste Erben so auß mir gebohren oder außpruncklich herkommen wehren, und gar an kein ander frembdt gebluet, dahe dieselbe gutter von meinetwegen nit herkommen, ich hab den hochwürdigsten Fürsten und Herren, Herren Adolffe, 2c. als rechten ungezweiffelten Lehenherrn und Landtfürsten, (gebeden) etliche seine Churfr. Gnaden und ihres Stiffts Lehenmenner von Adel gnedig befehlen wollen, solche übergab aufftragt und zustellung, nach altem loblichen gebrauch des Ertz-Stiffts Collen von mir zu empfangen; daruff dan hochgedachter mein Gst. Herr solches 2c. ad quæ Syndicus alias in verbis satis profusus obmutuit, ut piscis, quando talia, & per se verisimiliter scivit, vel ex actis satis mature didicit.

48. Itaque in feudis, Hæres, notantur descendentes tantum, Decius *in c. præsentia. n.* 44. *de probat.* Paris. *cons.* 4. *n.* 4. *vol.* 4. Clarus §. *feudum quæst.* 93. Bald. *in l. etiam in fin. ff. soluto matrimonio.* Gozad. *consil.* 9. *num.* 2. *& consil.* 26. *n.* 30. Socin. Jun. *consil.* 112. *n.* 8. *lib.* 2. *& consil.* 72. *n.* 26. *lib.* 1. *& consil.* 188. *n.* 6. *lib.* 2. Calder. *consil.* 15. Gratus *consil.* 4. *n* 32. *lib.* 2. Paris. *consil.* 2. *n.* 23. *lib.* 1. Wesenb. *consil.* 270. Philippus Matthæi. *consil.* 26. *n.* 188. *vol.* 2. *Marp.*

49. Nec enim est perpetuum, in feudis Hæredem accipi pro Masculo, quia in feudis impropriis hoc fallit. Corn. *consil.* 26. *n.* 5. *vol.* 1. Curt. Jun. *in tr. feud. p.* 3. *in princ. n.* 34. Gozad. *consil.* 8. *n.* 21. *& consil* 6 *n.* 17. Vult. *consil.* 33. *n.* 59. 60. 61. *vol.* 1. Camerarius in c. Imperialem de prohibita feudi alienatione per Fredericum

50. Hæredis enim vocabulum, uti dictum, utrique sexui commune est, quod multis probat Go-

Zad.

2ad. consil. 8. n. 36. & consil. 20. n. 7. Riminaldus Junior *consil. 63. n. 20. vol. 1.* Cephalus *consil. 389. n. 10.* Gravetta *consil. 256 n. 3. vers. hic tamen, &c.* Surdus *consil. 140. n. 21.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 84. n. 34.* Textus *in l. hæredis appellatione ff. de verb significat. l. ex facto §. finali ff. ad Trebell. l. 3. C. de legit. hæred.* Simon de Prætis, *de interpret. ultimarum voluntat. fol. 199. n. 38. & fol. 293. n. 67. fol 337 n. 10.* Surd. *decis. 95. n. 13.* Magonius Lud. *decis 7. n. 1. & decis. 14. n. 4* Mantica *de tacit. & ambig convent. lib. 22. num. 21.* Bardella *consil. 81. n. 13. & 14.* Barbosa *de Appellativa verb significatione cap. 13. n. 31.* Cardinalis Tuschus *lit. H. concl. 74.* An autem etiam veniant hæredes extranei, hoc loco non disputo, sed Lectorem ad Augustinum Barbosam, *ad caput 113. de Appellativa verbor. significat.* brevitatis studio remitto, ubi late distinguit.

Maxime cum vocula verus additur, qua continentur Hæredes utriusque sexus, Paris. *consil. 4. n. 35. vol. 1.* Raudens. *consil. 34. n. 7. vol. 1.* Quia etiam in feudalibus, si adest aliqua conjectura (ut in hoc feudo Coloniensi, ubi Dominus Feudi pronunciat, veros & rectos hæredes) investitus non minus fœminis quam masculis prospexisse præsumitur, *c 1. de duobus fratribus à Capitaneo investitis.* Honded. *consil. 54. n. 18. & seq. vol. 1.* Berous *consil. 93.* 51.

In Summa Vocabulum Hæres in his feudis operari tantum potest exclusionem Extranei; non autem sexum. Sand. *in d. comment. tit. 3. cap. 1. §. 7. n. 36. pag. 128. n. 410. & seqq. edit poster. n. 38. pag. 119.* Decius *consil. 208. n. 9.* Bald. *in l. 1. in 70. quæst. ff. de rerum divisione.* Zas. *in Epitom. part. 8 n. 62.*

Neque etiam hoc loco mihi objici potest, istam esse petitionem principii, & pro fundamento poni, quod in quæstionem venit.

Non enim ex vocabulo Hæres concludo capacitatem fœmineam in feudis, sed ex successione fœminea, quæ probatur ex venditione feudi, inscio Domino facta, & postea ratificata, infero fœminam in hac Provincia protecta, vera, & legitima hærede in feudis haberi, cum eam Dominus Feudi sic indigitet, rechte Erben, ist est, hæredes legitimi, vel recti. 52.

In claris enim & certis, non est opus Conjecturis, *l. ille, §. cum in verbis. & l. non aliter ff. de legatis 3.* & præsumtio generalis regulæ feudalis, quod in feudis in dubio intelligatur Masculus: veritati, per ipsum Dominum Feudi declaratæ, cedit, *l. ille aut ille § cum in verbis ff. eod. tit. l. continuus §. cum ita ff. de verb. obligat. l. 2. C. de leg.* Menoch. *lib. 1. præsumpt. quæst. 31. n. 4.* Surd. *consil 242. num. 9. & cons. 454. n. 49. & decis. 110. cum sequentibus.* Gonzales *ad 8. regulam Cancellariæ §. 4. n. 68. cum seqq.* Joannes Francis F. Leo, *fori Ecclesiastici p. 3. c. 7. n. 63.* Mari Antonin. *lib. 1. variar. resol. resol. 3. & 18.* 53.

Denique, quamvis hoc ultimum fundamentum ab exemplis petitum, particularem tractatum requirat, ad quem facto adversariorum perveniri nequit; nisi probationes, ab adversa parte, in cistam aut capsam, inaudito exemplo, depositæ, communicentur: tamen, ne ullus ex actis, uti nunc sunt, remaneat scrupulus, duobus exemplis à feudis Rennenberg & Trevelstorff petitis occurrere operæ pretium puto.

Et quo ad Rennenberg, hoc tanquam feudum apertum à Serenissimo Principe; Decimæ verò ex Trevelstorff cum adjunctis villis dicuntur in investituris, ex singulari gratia tanquam feudum apertum Comitibus à Manderscheidt esse collatæ;

Itaque ratione Rennenberg in primis respondeo, inde non posse desumi argumentum, quia illud negotium nec dum finem suum habet, sed non ita pridem Comes de Hochstraten misit quendam sollicitatorem (quem vidi) D. Licentiatum Weleren, pro ista causa ad Curiam, & sic ex negotio nec dum sopito, non est ducendum argumentum. 54. Rennenberg.

Secundo, potest subesse causa, quod inter Cognatos non conveniat, quis sit proximior, ita ut difficultatem moveat, cum Serenissimo simul ac cum Competitoribus his turbulentis temporibus disputare. 55.

Tertio, quia feudum, hoc parvi putatur momenti, & magis in titulo quam in re momentosa consistere, quandoquidem in ruderibus arcis antiquæ, in silvestri loco sitæ, parvi emolumenti consistere dicitur. 56.

Quarto, quod proximiores Cognati, procul habitantes, tantum supplicando tentant animum Principis, & circumstantium; non autem via juris procedunt, & ad Pares Curiæ non provocant; in quo plerumque Vasalli, sibimet ipsis officiunt, quod ipsum Adversarium judicem faciant, patianturve; cum coram Paribus facile expeditissimam justitiam consequi possent, quæ responsiones etiam servire possunt, Juliacensibus si objiciatur, nuper nonnulla feuda, de facto, Hæredibus negata esse, quia habent quod sibi imputent, quod ad Judicium Parium non provocent, & Cancellariæ nimium tribuant ac permittant. 57.

Accedit, quod istius negotii protractio, ob hanc litem communem, in necem totius Status studiose videtur à Curia affectari. Quod si verò Cognati jus suum neglexerint, sibi, non aliis præjudicant, *tot. tit. C. res inter alios acta l. legem l. bona fide l. petens. C. de pactis. l. legem. C de donat. l. 7. §. Quinimo ff. de pact.* Godd. *consil 37. n. 182. & 1034. vol. 4.*

Ad Decimas feudales in Trevelstorff quod attinet, facilis est responsio, primo quia ibi nulla 58. Trevelstorff.

 filia

filia fuit (quantum constat) in rerum natura, quæ fuisset exclusa, de quo casu, hoc loco, præcipue agimus; & sic non pertinet ad casum nostrum, nisi prius probetur exclusam esse filiam.

59. Secundo, quia ibi sunt, fuit feudum novum, & primi investiti filius defecit sine ullis liberis, qui
60. fratres vel sorores forte non habuit.

61. Tertio, non illa sola causa subfuit, sed commissum adscribitur etiam fœloniæ, quasi feudum non fuerit debito more relevatum, sicut in Investituris illa causa exprimitur *c.* 1. *quæ fuit prima causa beneficii amitt cap.* 1. *quo tempore miles c.* 1. *de Capitulis Corradi cap.* 1. §. *præterea de prohib. alien. feudi, per* Fredericum Roland. à Valle *consilio* 68. *n.* 24. *vol.* 2. Hartm. Hartmanni *de feud. obs.* 8. Wesenb. *c.* 1. *in princ.*

62. Quarto, quia Dominus feudi, illis omnibus non obstantibus proximos cognatos admisit ad successionem? quare parum fuit, quod passi sunt inseri clausulam, auß sonderer Gnaden, und als ein verfallen Lehen, cum ipsis sufficeret, re ipsa potiri, ideoque magnam repudiandi causam non habuerint, vel forte cognatis invictis illa clausula obtrusa fuit, sicut in Curia nostra novum non est, confitente id Syndico deductionali 252. & seqq.

Quinto, fatetur Syndicus feudum hoc surrogatum esse in locum feudi de Camera eines Mann=
63. gelds. de centum aureis in auro, redemptis per duo millia aureorum, ut patet ex Elisivo. 71. collato cum 242. deductionali, *l. si cum* §. *qui injuriarum ff. si quis cautio l. unica* §. 1. *ff. de rei uxoriæ actione. l.* 1. §. *hac actio ff. si quis testamento liber esse jussus fuerit.*

Cum autem ibi subfuerit vel subfuisse, salva rei veritate, ponatur specialis ratio feudi, in locum feudi, de Camera, tam care redempti, atque, hoc loco, non sit quæstio de istis feudis Mann=Geld; perperam à separatis fit illatio, quæ tamen positis, sed non concessis ponendis, intelligi volo per vulgata Jura *l. vet. in fin. & ibi* Bart. *ff. de Calumniatoribus l. Papinianus ait ff. de minoribus l. inter stipulantem* §. *sacram. ibi, sed hac dissimilia ff. de verb oblig.*

Quod autem Cono de Manderscheidt non curaverit de istis clausulis, als ein verfallen Lehen, modo ipse obtineret rem ipsam, inde evincitur; quod alias contra Commissum facile potuisset de Jure excipere, Domino non posse privare successorem Vasalli ob fœloniam a defuncto commissam *gl. in*
64. *c.* 1. §. *præterea*, quæ sit prima causa beneficii amittendi, *ubi* Dn. Vultejus *consil.* 46. *vol.* 4. *n.* 282. Curtius Junior *par.* 4. *n.* 156. *qui citat.* Bald. *in l. ult. C. de donat.* Rosenthal. *cap.* 10. *conc.* 40. *n.* 38. 40. 44. *&* 47. *& cap* 6. *concl.* 62. *n.* 11. Et licet Archiepiscopus jus habuisset feudum occupandi, illud tamen per non usum longi temporis amisisset. Rosenthalius *cap.* 10. *concl.* 41. *n.* 158.

Non obstant rationes Fachinæi in cap. 104. lib. 7. controvers. Quia illæ obtinere possent, ubi dolose fœlonia commissa est, aut contemptus, quia de hoc prius judicandum esset. *l. ejus ff. de jure fisci.*

Item, quia Vasallus, ob non petitam Investituram, non privatur feudo, ipso jure, sine causæ
65. cognitione, sed per sententiam, imo, si absit dolus vel contumacia, omnino non potest privari. Vult. *d. consil.* 46. *num.* 264. Menoch. *consil.* 863. *n.* 13. *& consil.* 1080. *n.* 10. Surd. *consil.* 5010. *n.* 5. *versic. si ex alio*: Maluisia *consil.* 40. *n.* 21. Andr. Knichen. *de vestitur. pact. pag.* 1. *c.* 5. 47. ubi sic anno 1592. judicatum refert.

Dolus enim ad hoc requiritur. *c.* 1. *in fin. de prob. feud. alienat. per Lothar.* Decius *consil.* 144.
66. Menoch. *consil.* 304 Rosenthal. *cap.* 6. *concl.* 62. *n.* 11. Jason. *consil.* 64. *volumine* 4 Ancharamus *consil.* 172. *n.* 5.

Ideo boni Principes, ut videmus quotidie, plerumque istam fœloniam remittunt, & generali
67. citatione citant Vasallos ad certam diem petendi & renovandi Investituras. Vult. d. *loco. n.* 282. *&* 306. Nicol. Everhard. Junior *consil.* 69. *n.* 13. Pruckman *consil.* 28. *n.* 68. Cephal. *consil.* 92. *in fine vol.* 1. Peregrin. *consil.* 21. *n.* 19. *vol.* 1. Mozzius *de substantia feudi n.* 47. Afflict. *cap.* 1. *quæ fuit prima causa benef. amit. & ibi* Laudens. *n.* 8. Sylvan. *de feudi recognitione quæst.* 27. *n.* 26. Rosenthal. *d. cap.* 6. *concl.* 62. *in glossa f. & g.*

Hinc *Andreas de Isernia*, dux, & auriga Feudistarum, *in cap. unico, quo tempore miles, &c.*
68. notabiliter dixit, laude dignum esse, si Princeps, ob non petitam Investituram intra annum & diem, Vasallum de feudo non dejecerit, sive is miles, sive non miles fuerit. In hanc rem citantur Socin. Junior *consil.* 115. *n.* 16. *vol.* 2. Rolandus à Valle *consil.* 64. *in fin. vol.* 2. *& consil. ultimo. n.* 158. *vol.* 4. Menoch. *consil.* 468. Herm. Vultejus *lib.* 1. *cap.* 11. *n* 23. *&c.* Sola enim negligentia ad hoc non sufficit. Alex. Raudens. *tract. de analogia. c.* 33. *n.* 110. Cephal. *consil.* 29. *v.* 1. Menoch. *consil* 748. *n.* 25. sed dolus necessario requiritur, qui non præsumitur, sed facile excusatur. Pruckman *consil.* 28. *n.* 59. Everh. Junior. *consil.* 69. *n.* 12. *v.* 1. *per text. in c.* 1. *finali, ubi communiter Feudistæ de prohib. alien. per. Lotthar.* Vult. *d. consil* 46. *n.* 291.

Præterea, quod iste Comes non curaverit istas Complementales clausulas von sonderen Gnaden und als ein verfallen Lehen, sed stricto etiam Jure, sine gratia, Feudum coram justo Judice obtinere potuisse, impletur ex alia clausula dictis Investituris, sub num. 136. & 137. ad acta registratis, inserta, quod Wilhelmus de Loen, Dominus de Gulich, Comes in Blanckenheim, 2c. non dederit, allodi-

allodium in feudum masculinum; sed in hæreditarium, zum Erblehen, in quo nullum est dubium, quod non tantum non excluduntur fœminæ, sed nec plane extranei, qui nec ex primo quidem descenderunt acquirente, ut alibi diversis in locis præsertim in quarto fundamento Parium probatum. Vultejus *de feudis lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 30. *& consil.* 33. *lib.* 1. *num.* 43. 69.

Vox enim Erblehen, teste Rosenthalio *cap.* 12. *in princ.* hoc importat, præsertim in inferioris Germaniæ locis, ac nominatim in Archiepiscopatu Coloniensi, Ducatibus Montensi, Juliacensi, Clivensi; ut res quidem aliquam feudi naturam accipiat, sed ad rem liberam proxime accedat. Composita enim naturam simplicium retinent, ita ut sit allodialis, servitute gravata; & ita in Successione, à natura feudorum recedunt, adeoque vocem Erblehen efficere feudum mere hæreditarium, & ita nullum est dubium, quod nunquam Domino aperiantur, ut passim supra dictum est, & ex infra dicendis ulterius patebit, Vultejus *supra d. cons* 33. *n.* 43. *& seqq. lib.* 1. Rosent. *d. c.* 12. *concl.* 14. *n.* 3. qui etiam asserit fœminas ab Erblehen non excludi, ubi fert consuetudo. *cap.* 2. *conc.* 7. *n.* 5. 70. 71.

Rosenthalio adstipulatur Gilmanni *Symphorema tomo* 2. *pag.* 1. *voto* 21. *p.* (*mihi*) 139. *n.* 6. *& seq.* Ita tamen ut adjectione Leibslehen Erben restringatur ad descendentes utriusque sexus & non admittantur à sanguine prorsus Extranei: & hæ sunt voces, quarum Intellectus An. 1609. in consilio Aulico, in dubium vocatus est, ut alibi supra fundamento secundo Archiepiscop. num. 179. refertur. 72.

Ex quibus iterum patet, quam periculosum sit in ista Curia clausulas illas assentatorias gratiæ, ad decisiones Juris feudalis adsciscere, quandoquidem toties deprehendatur, illas magis luxuriante stylo scribentium, quam rei gestæ momento, inseri solitas esse; Quod non tantum hoc loco factum ex ista voce Erblehen deprehenditur; sed etiam in causa Reinsheim in Reversali factitatum, cum vox illa Mannlehen contra facti evidentiam instrumento emptionis, & ipsa Investitura sub num. 62. & 63. in actis relucentem, errore vix tolerabili, inserta reperitur, quod Dominus Rosenthal. in suo consilio non dissimulaverit, ita ut tota hæc tragœdia, ex tali tanquam enormi abusu sit suscitata. 73. 74.

Accedit, quod non tantum Syndicus similis erroris confessione propria, in actis deductionali, 254. convincatur; verum etiam sub n. 376 literis K. L. M. N. O. P. probatum est, sola styli lubricitate, Renovationes Investiturarum Dominis de Mielendunck sexies gratiæ, sine ulla gratiæ causa, adscriptas esse, ut supra sæpius factum. 75.

Fundamenta Parium Curiæ ex prætermissis & denegatis primis Investituris.

SUMMARIA PRIMI FUNDAMENTI.

1. 2. *In omni controversia feudali ad tenorem Investituræ recurrendum, maxime primæ.*
3. 4. *Non ratio retinendæ possessionis; sed origo nanciscendæ exquirenda magis, quam feudi natura communis.*
5. *Omnia ad sua Principia referenda.*
6. *A primordio tituli posterior formatur eventus.*
7. *Initium, rerum, potissima pars & causa.*
8. *Prima Investitura est basis reliquarum.*
9. *Sequentes & accessoria nihil conferunt.*
10. *Communis Investiturarum forma.*
11. *Rara hic armorum mentio, hinc seculares gladio: Ecclesiastici baculo investiunt.*
12. *Conditio probationis pro completa habenda, ubi ipse Adversarius implementum impedit.*
13. *Dominus feudi denegans justitiam cadit omni Jure.*
14. *Et privatur proprietate.*
15. *Dominus & Vasallus judicantur ad paria.*
16. 17. *Vasallus denegans qualitatem feudi, eo privatur, vel celans investiturarum.*
18. *Vasallus* Domino *edere tenetur, & vice versa.*
19 *Maxime ubi denegatur eo fine ut privatio Vasalli sequatur.*
20 *Quod extenditur etiam in præjudicium Ecclesiæ, dum sit cooperante* Capitulo, *ut hic*
21. 23. 24. 25. 26 27. *Quod remonstratur ex Schradero & ampliatur.*
22. *Judex administrare justitiam negligens, perdit officium.*
28. 29. *Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta valent.*
30. *Multa fieri possunt per indirectum & in pœnam, quæ non fierent directo.*
31. 32. *Hildesiensi Episcopo non profuit cautela, c.* 1. §. *sed diversum ae alienat. feud. & quare.*
33. *Populum novum non efficit, personarum singularum mutatio.*
34. *Ad similem culpam, similis metuenda Catastrophe.*
35. *Justitia multipliciter hic denegata. Prælatus, negligens, solvere* Canonem *consensu* Capituli *privatur cum Successoribus.*
36. 39. *Dominis hoc loco nimiæ multitudini occurrere potuisset.*
37. *Et plusquam trecentis articulis, limites Compromissi excessi.*
38. *Actor & Reus in medio litis judicantur ad paria.*
40. *Dominus distinguens feuda in tria genera recusavit classes singulorum declarare.*
41. *Qui nimium amplectitur, parum stringit.*

42. 43. *Præ-*

42. 43. *Prælati in puncto denegatæ justitiæ de pœna monendi.*
44. *Syndicus Archiepiscopalis minax.*
45. *Dominus cum Vasallis benigne*, als mit lieben getreuen, *non ut cum infensis agere debet.*
46. 47. 48. *M. Antonii dictum laudatur. Item Horatii & Caroli Magni autoritas.*
49. *Vasalli experti Austeritatem.*
50. *Feuda Coloniensia plerumque constant ex Allodiis Vasallorum.*
51. *Ideo pœna privationis hoc casu justior in persona* Domini *jus denegantis.*
52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. *Paritas pœnæ inter Dominum & Vasallum stabilitur.*
60. 61. 62. *Recessus Cancellariæ pro vidua* Goltstein / *nonnulli boni, sed parva energia.*
63. 64. *Non semper mulier in concursu cum masculo excluditur.*
65. *Pendente lite non sunt præjudicia fabricanda.*
66. *In feudo promiscuo fœmina primi thori excludit fratrem secundi tam moribus quam jure scripto feudali.*
67. 68. 69. 70. 71. *Casus aliquot tales in his actis probantur decisi.*
72. *Diversorum matrimoniorum diversæ successiones.*
73. *Pacta nuptialia feudis dant legem, quam alter conjugum, in jure quæsito revocare nequit.*
74. *Hæres Patris etiam in feudis, non potest contravenire facto Patris.*
75. 76. 77. 78. 79. *Quod probat Ernestus Cothmannus pluribus auctoritatibus.*
80. *Unio prolium veteribus incognita, consuetudine sustinetur.*
81. *In qua primi thori liberis aliquid præcipui ordinari solet.*
82. 83. *In feudis Ecclesiasticis fœminam non tantum defendendam, sed & immittendam esse indubitati juris.*
84. *Exempla demonstrantur in hisce actis.*
85. *Conjectura cur vidua* Goltstein *negetur, quod aliis conceditur ex missiva*
86. *Dominus factum ministrorum præstare tenetur.*
87. *Post multas disputationes eo deventum est, fœminam in feudali immitti & manu teneri.*
88. *Nisi in continenti probetur præsumtio contraria.*
89. *Ejus ratio, & Cameralia præjudicia.*
90. *Agnati non sunt legitimi Contradictores, ad impediendum immissionem.*
91. *Hodie feuda eo progressa sunt, ut ad ea generaliter admittantur, qui specialiter non prohibentur.*
92. *Persona Pauperis aliquando non consideranda, nec honorandus vultus potentis.*
93. *Quorum æqualis est sanctitas æqualis celebranda eorum festivitas.*
94. *Decisio quæstionis non ita pridem in vicinia mota.*
95. *Fœmineum aut promiscuum feudum cujus concessioni fœmina causam dedit.*
96. *Etiamsi non dicatur hoc expresse.*
97. *Rara feuda ex nostrorum Principum liberalitate prodeunt.*
98. *Hodie in feudis etiam directum Dominium transire posse, ut hoc casu factum.*
99. *Datum mulieri à cognatis viri vel Contra non venit in acquestus.*
100. Manlehen & Erbmanlehen *appellantur etiam Feuda promiscua, ut hoc exemplo.*
101. *Regula illa contentiosa, Mulierem semel exclusam semper excludi, fallit in feudo improprio, &c.*

Argumentum Primum

Parium Curiæ & Ordinis Equestris, ex denegata Communicatione primarum Investiturarum.

QUamvis ex iis quæ hactenus dicta sunt, de justitia causæ, Status, Ordinis Equestris, ac Vasallorum Curiæ feudalis Diœcesis Coloniensis, contra Sereniss. Archiepiscopum satis constare videatur; tamen receptæ consuetudini morem gerere, eadem, vel summatim repetere, & incerta fundamenta distinctim redigere; vel data occasione latius deducere non abs re fore existimo.

1. Primi itaque fundamenti loco pono, id quod Syndicus Adversarius tacere omisit; quod tamen Doctores in omni controversia feudali, omnium primo observandum tradunt, quando ante omnia ad tenorem Investiturarum recurrendum, nec ab eo recedendum docent. Bald. *in cap.* 1. *duobus fratribus à Capitaneo investitis & notatur in cap.* 1. *de feudo Marchiæ*, & hanc dicunt unam Maximam esse, Laudens. *in cap.* 1. *in princ. n.* 8. *Episcopi vel Abbates.* Wesenb. *de feudis in fine proœmii & cap.* 8. *n.* 18 *vers. Itaque vulgo.* Hart. Pistor. *lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 3. eamque Maximam Doctores exclamare, affirmat Menoch. *consil* 148. *n* 1. *vol.* 2.

2. Et quidem inspiciendæ sunt omnium primæ investituræ, atque adeo tota origo, quæ scilicet in omni negotio cujuscunque rei spectanda esse perhibetur. *L. Pomponius ubi.* Bart. *n.* 2. Castrens. *n.* 5. & Bald. *ff. de negotiis gestis L. Procuratorem ff. mandati. L. Rutilia polla ff. de contrah. emptione l. si filius familias ff. de verb. oblig. l. si finita.* §. *Sabini ff. de damno infecto. l. si uxorem C. de condit. insertis.* Tyraquellus *in præfatione de Jure primogenior. n.* 52. Tiberius Decianus, *Respons.* 11. *n.* 4. *& seqq. vol.* 1. Rosental. *cap.* 6. *concl.* 69. *n.* 7. *& glossa* 1. *in fine.*

Non

Non enim ratio Retinendæ possessionis sed origo nanciscendæ, exquirenda est, *l. clam possidere ff. de acquir. possessio.* Et magis inspiciendus est tenor Investituræ, quam natura eu ii, Decius *Consil.* 395. *n.* 5. *& consil* 498. *n* 6. Calcaneus *consil.* 73. *vers & quia dix.* Afflict. *decis.* 293. *n.* 2. Curt. Jun. *tract. de feudis p.* 1. *quaest.* 6. *n.* 18. *per text. in cap.* 1. *de duobus fratribus à Capit. investitis.* Herm. Vultejus *consil.* 23. *n.* 1. *vol* 1. 3. 4.

Omnia enim ad sua principia sunt referenda Aymo Cravetta *consil* 46. *n.* 40. *& consil.* 419. *vol.* 4. Et à primordio tituli posterior formatur eventus textus *in l.* 1. *C. de imponenda lucrativa descriptione lib.* 10. *text. in cap.* 1. *de eo qui sibi & hared. masculis & fœminis*, Bald. *in c.* 1. *de feudo fœm.* Quod etiam allegat ipse Syndicus articulo deductionali 27. Initium enim rerum omnium, potissima pars & causa est, *l.* 2. *ff. de Origine Juris*, quare vel ipso Adversario teste, justè omnes primæ investituræ à Paribus Curiæ petitæ: injustè à Domino Feudorum negatæ sunt. 5. 6. 7.

Quod maximè procedit, ut supra dictum in Investitura omnium prima, quæ est basis & fundamentum omnium subsequentium, & in judicando attendenda: Investiturarum siquidem renovationes, nihil novi conferunt, sed sunt accessoriæ primarum, ita ut qualitates & clausulæ in iis positæ (etiamsi id per expressum factum non esset) repetitæ censeantur, uti fatetur & pro se allegat, sed malè applicat, Syndicus Metropoliticus 74. & 75. deductionali articulo. 8. 9.

Idque hoc casu ideò maximè fuisset necessarium, quod generalis & communissima Investiturarum forma, quam refert etiam Dominus Rosenthal. in suo consilio Renisheimio: Trew und holdt zu sein. Das Lehen getrewlich zu verdienen und zu vermannen ꝛc. unser und Stifft besten zu werben und argst zu warnen/ und zu kehren ꝛc. als ein getrewer Man seinem Herren schuldig ꝛc. plerumque nullam vel saltem rarissimè armorum & equorum mentionem faciunt, quod non leve est Judicium, feuda communiter non esse masculina, tunc facilius enim inserentur clausulæ, mit pferd und harnisch uff unser gesinnen zu dienen/ quæ tamen aliàs etiam per se non sufficerent; quia & reperitur in Investitura Friderici von der Arfft ratione Sultzhoff in Krumbstab n. 43. in actis verò n. 71. & in paucis aliis, & tamen etiam illud fœmineum esse constet, ex retractu Joannis Bayen sub n. 45. in actis 73. Quo facit & illud quod ubi Principes seculares per Ensem, ibi Ecclesiastici per baculum Investituram faciant, Vultejus *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 29. *edit. nov. n.* 34. 10.

Veruntamen præter hujusmodi clausulas origines feudorum, quâ occasione ab initio constituta sunt, in considerationem trahenda sunt, videlicet an ex liberalitate Dominorum & bonis illorum, juxta naturam rectorum feudorum, originem trahant, & quid, quantumve ab initio Vasallo à Domino datum: & an plus quam acervis ruderum desolati Castri in feudum assignatum sit. Quandoquidem melioramenta, & postmodum acquisita à Vasallis non ad feuda sed allodialia accensenda: An verò feuda in bonis ipsorum Vasallorum, sub constitutione certæ pensionis annuæ, etiam usurariæ more Longobardorum ignoratæ constituta sint, ex quo tota successio feudalis sit immutata, prout in sequentibus deducetur. 11.

Quia verò Serenissimus, tale, tamque necessarium fundamentum, huic tam ponderosæ liti, cum possset, & omnes investituras haberet in manibus, non tantùm non substravit, sed etiam Vasallos, Editiones omnium, & maximè primarum, suo jure constanter postulantes repulerit; atque hoc pacto probationes eorum data opera, contra 70. & ea plures protestationes impedierit, Juri simul & rationi consentaneum est, ut non tantùm conditio Compromissi pro impleta, ac consuetudo contentionis probata haberi debeat, ac si impleta fuisset *l. jure Civili ff. de Regulis Juris & l. jure ff. condit. & demonstrat.* Sed etiam ut propter denegatam Vasallis omnibus toties instantibus & protestantibus justitiam; omni jure feudali careat, & Dominium directum (si quod habet) cum utili, consolidetur. *Textus est in cap.* 1. §. *dno, si de feudo defuncti*, qui dicit Domino committente fœloniam, ob quam Vasallus amitteret feudum, quid obtinere debeat de consuetudine quæritur; & respondetur, proprietatem ad Vasallum pertinere, sive peccaverit in Vasallum sive in alium. *Idem dicit text. in rubrica & nigro c.* 1. *qualiter Dominus proprio feudo privetur*, *ubi Glossa Laudens.* Bald. Alvarott. *n.* 5. *&* Præpositus *num.* 5. *in d.* §. *Domino.* Bald. *in cap.* 1. *de forma fidelitatis.* Natta *consil.* 367. *n.* 5. *& consil.* 445. *n.* 10. *&* 686. *n.* 13. Goradin. *consil.* 9. *n* 21. Brun. *consil.* 185. Bursatus *consil.* 160. *n.* 27. Grat. *consil.* 5. *num.* 34. *lib.* 2. Ruin. *consil.* 1 *n.* 9. *tit.* 4. Heigius *quaest.* 19. *n.* 15. *p.* 1. Rolandus à Valle *consil.* 40. *n.* 24.. *vol.* 4. *ex consil.* 18. *n.* 22 *vol.* 1. Rosenth. *c.* 6. *concl.* 60. *n.* 4. *litera F. Idem Dn.* Rolenth. *cap.* 6. *concl.* 60. *n.* 4. 12. 13. ,, ,, 14.

Quia Dominus & Vasallus ad paria judicantur, Andreas de Isernia *d.* §. *Domino*, Zasius *part.* 10. *de feud. n* 8. *& seqq.* Hartm. Hartmanni *obser.* 26. *lib.* 2. Laurentius Sylvanus *de feudi revocat. quaest.* 32. Sonsbeck *par.* 13 *de Feudis n.* 70. *& seq.* Rosenth. *de Feudis c.* 9. *concl.* 62. *n.* 6. *& c.* 11. *concl.* 20. *per totum.* Godd. *consil* 26. *n* 358. *vol.* 4. Afflict. *decis.* 265. *n.* 2. Hart. Pistor. *quaest.* 15. *n.* 2. *lib.* 1. Sylvanus *consil.* 63. *n.* 25. *vol.* 1. Martha *p.* 4 *consil.* 187. *n.* 3. Andr. Knichen *de vestitur pactionibus p.* 2. *c.* 5. *n.* 164. qui testatur hanc esse communem sententiam. 15.

Atqui verò Vasallus Domino qualitatem feudi denegans privatur feudo *text. in c.* 1. §. *Vasallus si de feudo defuncti contentio, & ibi* Isernia, Afflictus, Alvarott. Præpos. *c.* 1. §. *fin. & ibidem omnes citati Dd. tit. de lege Corradi*, Schrad. *p.* 9. *c.* 6. *n.* 19. 16.

17. Item Vasallus celans vel investituram, vel breve testatum [ut vocant] vel prothocollum, aut Instrumentum tam investituræ quàm brevis testati; feudum perdit. Præpositus & Matth. de Afflictis *in d. §. Vasallus hic n. 35. ille n. 1. & 3.* Rolandus à Valle *consil. 89. n. 22. lib. 2.*

18. Quia sicut Vasallus Dno. petenti instrumentum feudi edere tenetur: Bald. *in l. instrumenta n. 7. G. de Fideicom. & in l. cessante n. 8. Cod. quomodo & quando Judex, & per plurimos allegatos à* Schrader. *d. p. 9. c. 6. n. 23.* Sic Dominus Vasallo vice versa (quia ut supra diximus, Dominus & Vasallus judicantur ad paria) tenetur edere Fidelitatis dicit illum textum Dominis. Rosenth. *cap. 8. concl. 33. n. 1. 2. & 4. & c. 12. concl. 14. n. 55. & cap. 10. concl. 26. n. 39. Et* Bald. *in c. 1.* de forma fidelitatis dicit illum textum Dominis terribilem esse, sed sanctum Rosenth. *cap. 10. concl. 1. gl. a.*

19. Quod tantò fortius hoc loco procedit, quia talis negatio, ea facta est intentione, ut Vasalli vicissim ob defectum probationis, omni Jure suo excidant, quod sine lata culpa fieri vix potest, quam latam culpam hoc loco sufficere tradunt Glossographi *in l. fin. versic. per Judicem & ibi* Bart. *n. 9. de Rei Vendicat. & allegati per* Schrad. *d. cap. 6. n. 28.* Andr. Knichen. *de vestit. pact. p. 2 n. 203. part. 1.* Joannes Godd. *consil. 26. n. 353. vol. 4.* Ubi applicat pœnam ad casum, quo Dominus quadam machinatione Investituram, vel neget vel differat, quo Vasallum feudo sine justa caussa exuat, removeat vel impediat, quia tunc vera fœloniæ exercebitur pœna.

20. Quæ pœna extenditur hic etiam in præjudicium Ecclesiæ, quia totum Capitulum est consors, litis, & in majore culpa quam ipse Serenissimus Princeps (ut videtur) existit, quamvis etiam alias idem esset, Schrad. *par.* 10. *Sect.* 4. *concl.* 11. *n.* 161. 189. *& seqq.* Rosenth. *c.* 12. *conclus.* 22. *in fine.*

21. Quæ si quis mihi non credit, adscribam (ad avertendum à me odium: quod veritas dicitur parere) verba Schrad. *qui d. n. 61.* sic ait: Undecimo concludo illi Vasallo, cui Justitia à Domino negatur, permittitur contra Dominum feudi agere ad privationem proprietatis, sive Juris, quod Dominus in controverso feudo habet. *gl. in cap. 1. §. illud tamen, in verbo Justitiam, & ibi* Bald. Alvarottus, Præpos. & Matth. de Afflict. *& Dd. quæ fuit prima causa, & plures ibi allegati,* quos brevitatis studio omitto; eo Lectorem remisisse contentus.

22. Tum quia is Judex, qui jus & justitiam vel denegat, vel administrare negligit; officio suo privatur, & ab officio removeri debet. *l. si quis 3. C. de offic. præfecti Prætorio orientis c. 1. & 2. & toto tit. x. de supplenda negligentia Prælatorum c. 2. x. de concessione præbendæ &c. Dd ibidem citati.* Rosenth. *cap.* 10 *conclus.* 33 *n.* 68. & 72. *& eod. cap. conclus.* 26. *n.* 48. ubi dicit Vasallum posse Dominum hoc casu deprædari, vel incontinenti impune iterum dejicere.

23. Et hæc Conclusio (*perg* Schrad. *ibid. n.* 164.) locum habet, non tantum si Dominus Feudi Vasallo expresse justitiam denegat; sed etiam si ipse sit in mora, vel negligentia justitiam administrandi, quod *ibidem* 3. sequentibus numeris, ab illo petendis, confirmatur.

24. Et prædicta Conclusio usque adeò vera est, ut procedat, etiamsi iste Vasallus, cui Dominus Justitiam vel denegavit, vel administrare neglexit, etiam absque suo incommodo alium Judicem adire, & ab illo justitiam consequi potuisset; idque facere neglexisset: namque nihilominus Vasallo, cui justitia denegata vel retardata fuit, permittitur contra Dominum ad pœnam privationis feudi agere, prout hoc expresse *tradit Glossa cap. 1. §. si enim verb. compellat. circa finem & ibi* Jacobus de Belviso, Andreas de Isernia, Martin. Laudens. *n. 6.* Alvar. *n. 5.* Jacob de S. Georgio *in tract.*

25. *feud. verbo dict. Vasalli &c. & post multa &c.* Quinimo verissimum esse statuo (inquit Schrad. *num.* 170.) si is Vasallus, cui Dominus Feudi justitiam vel denegavit vel administrare neglexit, alium Judicem adierit, & justitiam consecutus fuerit, Vasallo nihilominus permitti contra Dominum feudi, qui ipsi justitiam denegavit, ad pœnam privationis feudi experiri, *tum per textum in l. post legatum 5. §. quidam & Præsidem ff. de his quæ ut indignis. Tum quia, & cætera, quæ sequuntur ad numerum* 189. ubi pergit.

26. Et prædicta locum habent, etiamsi is Dominus feudi, qui Vasallo justitiam vel denegat, vel administrare neglexit, sit Imperator Rex, Dux vel Princeps, namque nihilominus contra eum damna & interesse, per juramentum in litem probantur, Innocen. Hostiens. Panormit. Petrus de Anchor. & Immola. *c. finali. x. de his quæ vi metusque causa &c.* Jason. *l. si quando C. unde vi, num.* 45.

27. Idem quoque Juris est, etiamsi Dominus Feudi, qui Vasallo justitiam denegat, vel administrare negligit, sit Archiepiscopus, Episcopus vel alia Ecclesiastica persona, Petrus de Anchorano *consil.* 158. Joannes Plotus *in tractatu de in litem jurando §. 31. n. 1. hactenus* Schrad. *d. part.* 10. *Sectione* 4.

Ex quibus omnibus luce meridiana clarius apparet, quam inaniter Syndicus Metropolitanus, suis Dominis principalibus blandiatur, quando in 50. defensionali cum seqq. ad illud, tanquam ad Sacram Anchoram confugit, quod Prælati caussam Ecclesiæ meliorem, non autem deteriorem facere possint, cum videamus multa fieri non debere, quæ tamen facta valent & tenent, Jason *&*

28. Dd *in l. patre furioso ff. de his, qui sui vel alien. jur. sunt. c. 1. x. de matrimonio contra interdictum Eccles. contract. c. fin. divortio c. rursus qui Clerici vel voventes l. 1. §. biduum ff. quando appellandum sit.*

Et multa fieri possunt per indirectum, & in pœnam, quæ directe fieri nequeunt, & ne de hoc multis verbis disputetur, remittitur Syndicus Adversarius ad Episcopatum Hildeshcimiensem, qui ob contumaciam, & in non obtemperando Cæsareo mandato, tot Satrapias & majorem partem sui Episcopatus, longo jam tempore, etiam post mortem istius personæ, quæ factum admisit, perdidit, eaque fere hucusque Successor caruit, & vix ac ægre tandem ex singularibus causis ante paucos annos tandem recuperavit; (si tamen recuperavit.) 29. 30.

Licet enim Wesenbecius *absolutissimus JCtus Consilium suum* 202. diva pro Ecclesia scripserit, tamen illud Dominus Gœddæus *nervoso suo consil.* 48. *in* 4. *volumine Consiliorum Marpurgensis Academia refutasse* deprehenditur, ad quod brevitatis gratia me remitto, quam materiam etiam late tractavit D. Rosental. *de Feudis c.* 10. *concl.* 3. *a. num.* 4. *usque fin. ad concl.* 4.

Hanc Episcopatus Hildesiensis Nemesin, propter opem & consilium Capituli Cathedralis, persequitur etiam Andr. Knichen *de Vestitur. pactionibus p.* 1. *cap.* 2. *num.* 203. *& seqq.* ubi dicit Episcopatus illius Principatum (tribus arcibus & Metropoli, unde se sustentare possent relictis) Oppida, Arces, Cœnobia, Præfecturas, in pœnam prætactæ contumaciæ, feudi Domino commissas esse, neque sibi locum vendicasse, cautelam Capituli unici sed diversum, de alienatione Feudi, licet omnes illius facinoris Correi singulares, jam dudum in fata concesserint, *juxta Canonistas in cap.* 1. x *de dolo & contumacia c. dilectus de Simonia, & Dd. Cumulati à Schradero Sectione* 9 *n.* 72. *versic. tertio hac Conclusio, &c.* idque ob perpetuam Surrogationem succedentium Capitularium, in idem corpus, *l. proponebatur ff. de judic.* Quia Ecclesiastici immediate Imperio subditi, ratione dignitatis, Regalium & Feudorum æque destituuntur, alia saltem forma, ac Sæculares, Dn. Andr. Knichen *tract. de Vestiturar. pact. p.* 1. *cap.* 2 *n.* 201. Geil. *lib.* 1. *obs.* 30. *n.* 6 *& lib.* 1, *de pace publica. c.* 1. *n.* 12. *c.* 8. *n.* 7. *& seqq. & lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 21. *Constitutio pacis publica de anno* 1548. 31. 32.

Mutatio siquidem personarum non efficit novum populum, nec nova ovis novum gregem, Loffredus *consil.* 11 *n.* 18. Quemadmodum enim Ecclesia, ita & Capitulum non moritur, nec mutationi obnoxium est. *c. liberti* 12. *quæst.* 2. *Bald. in l. fin. Cod. sine censu vel reliquis.* Peregr. *consil.* 8. *n.* 45. *lib.* 3. etiamsi redigeretur ad unum hominem §. *si Grex. Instit. de legat. l. sicut.* §. *in decurionibus, quod cujusque universit. nomine*, Bart. *in l. aut facta* 16. §. *fin. n.* 9. *ff. de pœnis*, Bertrand. *consil.* 157. *n.* 9. *vol.* 1. *part.* 1. *l. proponebatur. ff. de judic. c. liberti* 12. *quæst.* 2. Bald. *in l. fin. n.* 17. *C. sine censu & reliquis, &c.* Knichen *d. cap.* 2. *num.* 103. 106. *& seqq.* 33.

Quod autem Serenissimus Elector, non tantum toto currente termino probatorio Vasallis Justitiam administrare; ipsis copiam perlustrandi, Registra Feudalia, & Archivum inspiciendi, facere; Investituras & Instrumenta communia edere; copiam describendorum documentorum, etiam ad dies & circumstantias particulares, ex superabundanti, pro evitandis Cavillis restrictorum admittere, designatos 24. & alios decem testes senes, qui hodie plerique omnes morte ipsa senium suum probarunt & compleruntt, distulerit: verum etiam eos tandem ab omni usu Archivi publici, & toties petita Editione Jurium communium per Syndicum speciali tandem jussione totaliter exclusit: demonstrant Acta in plerisque Recessibus & Prothocollis, sub. n. 19. 20. 22. 24. 55. 91. 34.

Huc facit, quod juxta communiorem sententiam etiam Prælatus, qui negligit solvere Canonem Emphyteuticum, privetur jure suo tam in sua persona quam in successore, Jason *in l* 2. *n.* 48. *C. de jure Emphyt.* Host. Panormit. & Imola *in c. constitutus x. de religiosis domibus*, maxime quia in hoc casu nostro non Prælatus modo, sed & Capitulum consors litis, uti dictum, denegat Justitiam, & sic limitatur §. *& iterum si Clericus de Capitulis Corradi ubi* Andr. de Isernia, *vers. alii dicunt*, Knichen *supra citato cap.* 2. *num.* 203. *& seqq.* Rosental. *cap.* 10. *concl.* 3. *n.* 11. *& n.* 21. 35.

Nec relevat aut excusat Principem, quod Syndicus obtendit timorem nimiæ multitudinis & diffusionis, ac ne ne causa ita nunquam finem accipiat, &c. quia respondetur primo nimiam multitudinem inde non fuisse timmendam, quia prævia inspectione, Statui Equestri & Vasallis fuisset integrum ex pluribus meliora seligere, ne acta nimium excrescerent, quod & factum plerumque fuit, alias procul dubio major factus esset documentorum numerus. 36.

Deinde respondetur S. Reverendissimam Serenitatem de ista multitudine non fuisse sollicitam, quando pro se centum quinquaginta tria jura produxit, & ultra 300. male intitulatas deductionales; sed revera inadmissibiles Additionales, contra tenorem Compromissi intrusit, cum tamen prætendisset initio, sibi jure communi satis esse provisum, ac ideo ad communicandum sua jura verbaliter exhibita non esse obligatum, donec videret Vasallos intentionem suam implevisse; ad numerum 374. lit. C. me remittendo. 37.

Actor enim & Reus in medio litis judicantur ad paria, Textus *in c.* 2. *x. de mutuis petitio. l. ult. C. de fructibus & litium expens.* Valascus *consultat.* 25. *per tot.* Cardinal. Tusch. *tomo* 6. *concl.* 49. aliasque termini vigore compromissi ubique fuere communes: Ut supra initio demonstratum est. 38.

Tertio responderi potest Serenissimum Principem ejusdemque Metropoliticum Capitulum, istius multitudinis & confusionis esse unicam causam; eamque facili negotio tollere potuisse, nisi confusionem istam, & ut res exitum non haberent, affectasset. 39.

Nam cum in Collationibus pro medio compositionis negotii ex parte Principis fuisset; propositum: 40.

positum: feuda Coloniensia esse in triplici differentia, quædam Masculina, alia promiscua; de tertiis esse dubium, promiscuisne an masculis accederent: Nunquam Metropolitici eo adduci potuerunt, ut pro bono pacis, ac minuendæ litis gratia designarentur, quænam essent pro certo promiscua, quæ pro dubiis habenda: quæve masculina dicere vellent: hoc enim pacto, non tantum magnæ litis pars diffiniretur, sed & numerus Vasallorum fuisset diminutus, & totus Status in diversas forte ivisset partes.

41. Quia verò Syndicus omnia feuda complecti, & ad aperturam indistinctè omnia reducere nisus est, periculum etiam nunc subit, ut totum & omnia feuda perdat, juxta proverbium, qui nimium amplectitur parum stringit, & qui nimium emungit elicit sanguinem, *Proverbiorum c. 3. v. 33.*

Quod si itaque Syndicus Archiepiscopalis, tametsi à Feudistis præscripto inhæsisset, & in legitimo fundamento primum lapidem posuisset: primas Investituras respexisset, ac eas Vasallis, uti instrumenta communia communicasset: tunc & confusionem ac innumeram multitudinem evitare; & magis Juri quam potentiæ inniti videri potuisset.

42. Quandoquidem autem nunc in fuga lucis, & denegatione justæ exhibitionis primarum, aut etiam aliarum, Investiturarum spem suam locavit, adeo ut tandem abrupto ante tres ultimos, in Compromisso, præscriptos terminos, processus filo, facto proprio; Dominorum Arbitrorum declaratione non expectata, jus sibi ipsi dicere; vel usurpare instituit; merito pœnas juris sentire: & quicquid juris in Feudis prætenditur amittere meretur, secundum ea quæ ex Schradero & Rosentallio *supra num. 20. & seqq. allegata sunt.* Rosent. *cap.* 10. *concl.* 1. *num.* 1. *&* 4. *& concl.* 33. *num.* 53. *& cap.* 12. *concl.* 1. *n.* 66.

43. Cujus quidem pœnæ persecutio, tanto ex parte Statuum & Vasallorum justior est, quia jam Princeps in posterioribus Recessibus de ea pœna specialiter avisatus & monitus est, ut subinde Doctores requirunt; quod ex continuatione probationis coram Protocollo exhibita, & post repudiationem Syndici Electoralis 2. Julii An. 1623. Cancellariæ insinuatam, clarum est.

44. Contra vero idem Syndicus jam dudum, & non semel, gratiæ subtractionem, die oben gedeuter massen, so miltreich erzeigte Gnaden und angesetzten Lehen halber gebuirende gerechtsamb zu entziehen, oder in nachmahlingen Dingen zu schmeleren, minatus est, ad articulum deductionalem 244. & alibi me referendo.

45. Cum tamen Dominus cum Vasallis benigne, ut cum amicis & familiaribus (mit ihren lieben getrewen) & non uti cum infensis inimicis agere deberet, Bald. *consil.* 424 *n.* 2 *vol.* 10 Molinæus *in consuetudines Paris.* §. 1. *gl.* 7. Cothmannus *consil.* 31. *n.* 33. Magis enim colenda est æquitas quam rigor, Berlichius *lib.* 1. *concl.* 42. *n.* 7. *text. in l. in omnibus ff. de Regul. Jur.* Wesenb. *consil.* 41. *num.* 60. *&* 80. *per cap.* 1. §, *fin. de prohib. feud. al. per Lothar. & cap.* 1. §. *si quis eam. In quibus causis feud. amitt.* Zas. *de feud p.* 7. *n.* 3. Ruin. *consil.* 167. *n.* 9. *v.* 5. Wesenb. *de feud. c.* 3. *in fin.* Vultejus *consil.* 33. *n.* 57. *vol.* 1. Rosental. *cap.* 6. *concl.* 62. *gl.* F.

46. Quare laudatur illud Marci Antonii Imperatoris apud Herodianum. Neque enim aut pecuniæ vis, aut stipendia Satellitum agmina tueri Principem possunt, nisi illi ipsi, quos regas, animum imperanti benevolentiamque accommodent. Et juxta Senecam lib. de Clementia, unum est inexpugnabile munimentum, amor Civium, quid hæres? frustra te terrore succinxeris, nisi septus charitate fueris, armis enim arma irritantur, & apud Horatium

Hic amet dici Pater atque Princeps.

Et Dominus non acerbum se Exactorem, nec contumeliosum præbeat; sed moderatum & cum

47. efficacia benignum, Ulpian. *in l. si bene ff de Usuris, &c. nec onerosum, &c. idem* Ulp. *in l. si servos in fin. ff. de pignor. action. Et juxta* Molin. *in consuet. Paris. tit.* 2. *de censu.* §. 74 *gloss.* 1. *in verb. arest. n.* 55. cum summa Civilitate deberent hæc Dominicalia jura, tam Feudalia, quam censualia tractari, & non avare tanquam inter infestos *l. si id quod* §. *si quas. ff. de donat inter virum & uxorem, facit l. si venditor ibi,* sed cum quodam temperamento, &c. (*& ibi*) sed hæc omnino ex æquo & bono

48. *ff de adil. edicto.* Id quod S. Carolus Magnus Francorum Rex & Longobardorum Dominator, Saxonum & Romanorum Imperator, in suis Capitularibus (ita vocabant Constitutiones Regias) *lib.* 2. *cap.* 39. in compilatione Ansigisi Abbatis statuit, jubens omnibus Dominis & Prælatis, sive Ecclesiasticis sive Laicis, ut clementer & misericorditer tractent subditos, sive in exigendis operibus, sive in aliis debitis; scientes fratres suos esse, & unum secum Patrem habere Dominum, cum clamant omnes Pater noster qui es in cœlis, &c. Carolus Molinæus citato loco.

49. Hanc verò austeritatem in casu præsenti, plurimi Vasalli in particulari sentiunt, & annumerare possent, si computabunt quot sint qui hodie ultra annum & diem ipsi Domino non minus, quam Vasallis fataliter præscriptum, Investituras ex Cancellaria non possunt obtinere, sed frivolis de causis subinde rejiciuntur, frustranturque argumento *c.* 1. §. *duo tit. si de feudo defuncti, &c. quo faciunt quæ supra hoc eodem capite n.* 15 *& seqq. allegantur.*

50. Ad hanc pœnam privationis directi Dominii, tanto proclivius hoc loco procedi posse videtur, quia, uti sæpe dictum est, feuda Coloniensia, plerumque omnia; non ex bonis Dominorum; sed ipsorum Vasallorum allodiis profecta sunt, quo casu procul dubio huic pœnæ locus est,

Licet

Licet enim sint, qui argumentis contendant, in hoc aliquam inter Dominum & Vasallum esse disparitatem; Ita ut Dominus non æque ac Vasallus privetur Dominio, Brun. *consil.* 176. *vers. quia*, Surd. *consil.* 74. *n* 38. *lib.* 1. Jul. Clar. §. *feudum quæst.* 27. *in fin.* Peregrin. *consil.* 24 *vers. præterea*, Andr. Knichen *de Saxonum non provocando jure c.* 7. *n.* 13. *& de vestit. pactionibus p.* 2. *cap.* 5. *n.* 294 *& seqq.* Laur. Sylvan *de Feudi recogn. quæst.* 30. Mozzius *de substant. feudi. n.* 63. Illis tamen satisfacit Goddæus *consil.* 26. *n.* 3. 53. *vol.* 4. quod hoc loco sit injuriæ paritas, & non extensio, sed applicatio pœnarum ad parem pœnam Juris. 51.

Et tamen hoc non pertinet, ubi Dominium apud Vasallum manet, & feuda tantum, quasi jure servitutis in alienis bonis sunt constituta, cujus libertatis recuperatio non est tam odiosa, quam esset amissio directi Dominii, ab utili, per feudum separati, quod ex sensu & judicio communi clarum est, quia secundum regulam vulgarem, minus habet qui actionem, quam qui rem ipsam habet. *l. minus ff. de Reg. Jur.* 52.

Acedit, quod opinatio contraria speciosa & adulatoria magis quam solida deprehendatur, quandoquidem noster Geil. *l.* 2. *de pace publica cap.* 15. *n.* 10. ex textu Constitutionem Imperii luculenter probat, Vasallum pœnam privationis Dominii, cum constitutionis pacis publicæ violatæ pœnis, cumulare posse, ac alias generaliter non sit novum, ut quis propter violentiam, etiam à Magistratu commissam privetur, non directo modo, sed & pleno Dominio. Vulgata *l. extat, quod metus causa. l. si quis in tantam, & l. meminerit. C. unde vi.* Rosent. *cap.* 9. *concl.* 62. *n.* 7. 53.

Præterea Exemplum, quod Nicolaus Everhardi *in loco à Correlativis num.* 11. adfert, non est in hac materia contemnendum, quando asserit Regem Franciæ propter commissam in Vasallum fœloniam, Comitatu Flandriæ & Artesiæ destitutum. 55.

Et quia omnia Exempla denegatæ justitiæ hoc loco recensere longum nimis esset; paucorum relatione contentus ero. Nobili Bernsaw in Solbruggen denegatur multis annis Investitura Feudi des Grachthoffs propè Tolbiacum in Fussenich, quod tamen cum approbatione Domini Feudi, cum omnibus clausulis merum hæreditarium Feudum convincentibus per Satrapam Haass, justo pretio comparatum fuit, de quo & supra nonnihil dictum est, & infra in Excussione singulorum Feudorum latius de eodem agetur, videlicet in quinto fundamento Parium Curiæ, *n.* 25. *& seqq. ac num.* 33. *cum seqq.* 56.

Eidem simile movetur negotium in Feudo Bockum, aliter uff dem Water appellato (quod unum videtur feudum pluribus nominibus appellatum) quod per Johannem Haass & Annam von Bell, conjuges à tribus filiabus, imo & à Cœnobitis, cum clausulis, in dolem meri feudi hæreditarii spirantibus, emptum deprehenditur: cum tamen Dominus Feudi Hermannus de Hassia in Investitura sub n. 170. (etwan Frederichs von Solbruggen Rechten Erben, an sich gegolden und gebracht hatt) emptum & acquisitum. Alia verò Villa Eikumb in eadem Vicinia sita, possidetur à Tertio quodam colono & à Serenissimo principe recognoscitur pro Leibgewin. & tamen inferitur in investituris Hæredibus Haeß in Sollbruggen, sed nescitur quo pacto, quave injuria vel errore. 57. 58.

Alterum tamen adhuc exemplum, in quo evidentissima Justitiæ denegatio elucescit, præterire non possum, in persona Viduæ ac duorum pupillorum Equestris Ordinis veri Johannis Goltstein in præjudicium hujus causæ, lite jam pendente designatum; quæ uti filia prioris thori Alberti Quadt, cum feudum Castrense in Linnia, in sola domo cum nonnullis juribus consistens, & ad primum matrimonium, tam ex more provinciæ, quam pactis nuptialibus spectans, ab anno 1621. à morte Patris pacifice possedisset, & renovationem Investituræ requisivisset, tamen eam hucusque obtinere non potuit, verum frater ejus consanguineus & Investituram accepit, & post annos septem etiam in ipsam domum extra judicialibus taliter qualiter impetratis Cancellariæ Recessibus, ita intrusus est, ut ipsi fratri, nunc etiam pleraque omnia sine ambiguitate ad sororem spectantia bona, pro libitu sibi applicare impune liceat, nec tot supplices libelli, nec intercessiones Status Nobilitatis, in dietis provincialibus; nec singultus, nec lachrymæ, ac clamores in cœlum; manutenentiam redintegrationemque possessionis, hucusque; imo & ne quidem tutores pro pupillis obtinere potuerint; ad tot supplices libellos, Informationes jurium allegationes in Cancellaria & apud Serenissimum præsentatas, me referendo.

Quæ indignitas tanto major & manifestior est, ut istis crebris Informationibus, Cancellaria nonnunquam melius informata; tam iniquitatem emanatorum Recessuum; quam exorbitantiam Executionum agnoverit, & viduam, donec de causa plene agnosceretur, manuteneri mandaverit, insuperque eo fine duos Commissarios; Dominum de Godenaw & Doctorem Glaserum ordinaverit. Sic habet tenor Epistolæ ad Satrapam de 19 & 29. Julii An. 1630. directæ &c.

Statthelder und Raeht.

Unsern 2c. Ihr habt euch leichtsamb zu erinneren, was gestalt euch, sampt dem Scholteissen daselbst unterm 30. deß negst verwichenen monats junii auffgeben der wittib Goltstein, zur deoccupation deß einhabenden burchlehens Backenhoff, anzumannen, und folgendts darahn zu seyn, damit 59.

 selbiges

selbiges lehenhauß Gerhardten Quadt, weiln derselbe am maji 1634. jahrs damitten belehendt worden, würcklich, sampt allen pertinentien woll eingereumbt werden solle 2c. wan nun obgnt. wittib, sich neben andern supplicando, wie ab den copeilichen einschluß mit mehreren zu ersehen, beclagen thuet, wie sie von euch, zur bedeuter deoccupation niemahlen ermahnet, oder angehalten worden, sondern obgnt. ihr bruder, Hanß Gerhardt Quadt, mit seiinem advocato, Licentiat Averdunck, unlegst, propria authoritate, in gemeltes lehnhauß, de facto, ohn einige vorgehende advisation eingefallen, und dabey inmittels allerhand thatlichkeiten, gegen die supplicantin, und die jhrigen veruben thete, und es die meinung nit gehabt, daß mehrged. Quadt dergestalt procedire/ und beschehener massen vor sich selbst die possessionem facti nehmen solle, 2c. Als ist nunmehr Ihr Churf. Durchl unsers gnedigsten Herren, der befelch hiemit, daß ihr euch uber dieses verfahrens beschaffenheit, als viel euch darab sonsten nit wißig, erkundiget und die befindung, wie es eigentlich und in specie mit ergreiffung der possession hergangen, beschaffen, innerhalb den nachfolgenden achten Tag ahnhero berichtet, unterdessen aber da bereit die Occupation, noch nit beschehen: mehrgnt. wittib biß zu weiter gnedigster verodnung in possessione unbetrubt gelassen werde, Bonn den 19.
61. julii 1630. An Ambtman zu Lyn abgangen.

Ubi notandum, quod iste Recessus nihil operatus est, præterquam quod vidua cum liberis, quamdiu portam suæ domus egressa non est, violenter non exturbaretur, quæ prius integro fere anno exclusionem timere debuit; nihilominus fratrem consanguineum cum uxore & familia, in sua domo dominantem, ferre debuerit, & etiamnum debeat; Ita ut interim ad integrum prope annum, tanquam limax, domui inclusa, more Christiano atque Catholico Ecclesiam, ejusque sacramenta (à quibus ejus Adversarii abhorrent) frequentare non potuerit, donec Serenissimum, Lynnam venire, & liberum exitum & reditum indulgere, contingeret.

Alter Recessus hanc habet Seriem.

Churfürstl. Cölnische heimgelassene Stathelder und Räth.

UNsern gnedigen und freundlichen gruß, auch geneigten willen zuvor, Edel und Vest besonder lieber und guter Freundt. Wir haben aus eueren hiehin uff erfordern gethanen bericht ablesendt verstanden, welcher gestalt die possession deß lehen Beckenhoven von Hanß Gerhardten Quadt eingenohmen, und zur deoccupation solchen Lehens desselben Schwester Christina, wittib Goltstein angehalten werden sollen.

Ob nun woll obgnt. deoccupation jüngst hiehin anbefohlen; Deweil demnach vorerst bey ergrieffener vorangerürter possession zumahlen præcipitanter verfahren, und ohne den uff der wittiben hiehin erlangten suppliciren und gegenbericht, der bey dieser cantzeleyen dieser sachen halber erfindtlicher verfolgh uffgesucht, und mit Fleiß abermahl examinirt, und sich befunden, daß die sach ahm 20. junii des negst ablauffenden 1629. jahrs dem Herren zu Godenaw und Doctor Glaser, gestalt, dieselbe in dem stand, wie sie domahlen befunden, zu reassumiren, und beyde theiln in ihrem bevorstehenden rechten, jedoch mit abschneidung aller weitläufftigkeit, biß zum endtlichen ausschlag zu hoeren ufgeben und committirt worden. **Dahe hero es billig bey der beschehener verordnung / biß uff dero commissarien relation von Ihrer Churfürstlicher Durchleuchtigkeit gnedigst verordnet werde zu lassen.** Als ist in nahmen Ihrer Furstl. Durchl. unsers ggst. Herren der befelch und unser gesinnen, daß ihr obged. wittib Goltsteins, bey der eingehabt, und nach einhabender possession bester gestalt, und uffs furderligst manuteniren, **oder da nötig / uffs new / wieder erfahren / und mehr gnt. Quaden / biß uff ferner erkandtnus zur ruw und gedult verweissen**: Auch dißfals der wittiben ferner eintrag zu thuen ernstlich einbinden wollet, und wir bleiben euch mit gnaden, auch freundlichen willen und allen guten wol beygethan. Geben Bon 29. junii Anno 1629.

Ex speciali mandato

Johann Homcamps.

Dem Edlen, Vesten unsern besonders lieben und gutten Freunde, Luidwichen von Lulstorff zum Herrn Haen Churfürstl. Colnischen Cammeren und Amptman zu Lyn und Vrdingen 2c.

Hujus autem denegationis Investituræ, tum intrusionis nullam legitimam causam Cancella-
63. ria Coloniensis habet: Quæ autem prætenditur, quasi mulieres, existente masculo etiam in feudis
fœmineis excludantur, legitima hoc loco non est. *text. in c. cui miles, in extraordinariis capitulis*
64. *§. item si quis* Hart. Pistor. *lib. 2. part. poster. in quæst. 35. n. 30.* sed ad creandum præjudicium hujus
65. tum gliscentis feudalis controversiæ, in necem Vasallorum, ad novum Exemplum, ac præjudicium

cium excogitata, Hinc hujus negotii particularis merita, annuente etiam Compromisso prolixius hoc loco deduco; ad §. Solten auch Ihre Churf. Durchl. ꝛc. Compromissi me referendo.

Quod enim frater in Feudo etiam fœmineo excludat sororem inter liberos ejusdem thori, non autem diversi obtinet; tam de jure Feudali scripto, quàm moribus harum & omnium vicinarum provinciarum; probaturque per disertum textum feudalem *in c. unico si de feudo defuncti, content. tit.* 26. *lib.* 2. §. *mulier, in quo liberi secundi thori*, per prioris matrimonii liberos excluduntur, tam in feudalibus quàm allodialibus. Quod nostris vicinorumque moribus observari, convincit Reformatio Juliacensis cap. 74. wie mancherley kinder erben sollen, sicut ego meis Agnatis circa feudum Ruelstorff, à sorore consanguinea exclusis, obtigisse memini. Quod & est generale in omnibus Feudis hæreditariis, Rosent. *cap.* 7. *concl.* 41. *num.* 23. *& concl.* 44. *n.* 27. Kirchberg *c.* 1. *cap.* 4. *n.* 44. *&* 48. *c.* 3. *n.* 59. Clarus *quæst.* 9 *n.* 1. Intriglio. *quæst.* 90. *n.* 107. *& seqq.* Vult. *consil.* 12. *vol.* 4. *n.* 20. *&* 42. Knich. *de vestit. pact. p.* 2. *c.* 5. *n* 44. *&* 48. *de hoc videndus* Sandius *de Feudis Geldricis tit.* 3 *de successione legitima cap.* 1. §. 1. *n.* 4. *ubi ex Barone Teutenburgico, Schenck in Camera secundum d.* §. *mulier. judicatum esse refert.* 66. 67.

Casum istum habemus in hisce actis Judicio Cancellariæ Coloniensis decisum, in materia Feudi Etgenhoff ac sub num. 50. in exhibito laudo, ubi soror fratres consanguineos possessione pepulit. 68. Etgenhoff.

Idem impletur ex instrumento venditionis prædii feudalis Grachthoff, sub n. 590. ad acta registrato, quod Merandt quidem cum authoritate Tutorum, in rem solorum filiorum primi matrimonii, consentiente Domino Feudi, cognatisque; vendidit, qui consensus consanguineorum alias (proprietate apud venditorem manente) frustraneus fuisset. 69. Grachthoff.

Hujus Consuetudinis etiam irrefragabile testimonium probat donatio domus Weier, in Actis sub num. 339. alias in centuria secunda num. 47. repræsentata, & à Domino Feudi approbata, ubi dicitur Fratrem secundi matrimonii à priore in vim Consuetudinis fuisse à successione feudi exclusum. 70. Weier.

Sic confessione Syndici Archiepiscopalis, sub deductionali 262. quondam Dominus zur Nersfen, feudum suum de liberis primi thori, ad posteriores liberos solius Domini consensu, absque authoritate & assensu Tutorum transferre non potuit; illis verò adhibitis & consentientibus, tum demum potuit, quod Syndicus Archiepiscopalis in multiloquio suorum deductionalium ipsemet prodidit & confessus est, sic suo se indicio, ut est in proverbio, prodit sorex. 71. Nersf.

Esse etiam jure communi diversorum matrimoniorum diversam successionem, nemo Jurisperitus ambigit, præsertim ubi vel pactis dotalibus, vel loci Consuetudine bona in matrimonium allata, alicui certo matrimonio sunt affecta, ut hic: Fridericus à Sande *d. Comment. tit.* 3. *c.* 1. §. 1. *n.* 4. *pag.* 83. *nov. edit. post. pag.* 77. §. *mulier. lib.* 2. *tit.* 26. ubi Baro Schenck, Reformatio Juliac. *cap.* 74. Rosenth. *cap.* 7. *concl.* 16. *n.* 9. *literis l. & N. Quo facit textus in c. unico de filiis natis ex matrimonio ad morganata contract.* Joannes Borcholt *tract. Feudali. c.* 7. *n.* 56 *& in terminis terminantibus*, Cothmann. *consil.* 2. *vol.* 1. *num.* 149. *& seqq. &* 163. *text. in cap. jugales, qui habetur in editione* Cujacii *lib.* 4. *tit.* 104. *de feudis, & apud* Jacobum de Ardizo *cap.* 150. *de feudis, quo utitur* Hartm. Pistor. *lib.* 2. *quæst.* 34. *n.* 22. *qui etiam num.* 63. *tacita objectioni pro textu illo respondet.* De jure communi nullum est dubium, prioris matrimonii liberos diverso subinde, à reliquis jure censeri, *text. in l. cum aliis, & tot. tit. C. de secundis nuptiis* (ibi) decernimus ut ex unoquoque conjugio suscepti filii patrum suorum sponsalitias retineant largitates; quinimo præferuntur in omni sponsalitia largitate, primi matrimonii liberi, secundis. 72.

Ex jure feudali, Pacta Nuptialia feudis dare legem manifestum est, *ex d. c.* 1. *de filiis natis ex matrim. ad morgan. contract.* (ibi) nisi hoc fuerit dictum &c. *de success. feudi c.* 1. §. *fin.* (*ibi*) *nisi pactum &c. de feudo Marchiæ Cujac. tit.* 1. *de Feudis* Cothm. *consil.* 9. *vol.* 1. *n.* 84. Si enim jure manifesto feudali, Vasallo liberum est, posterioris thori filios à toto feudo excludere; Certè palpabilis Error est, impugnare pacta dotalia, in quibus tantum à parte certa arcentur, de quo videndus Sandius *tit.* 2. *cap.* 3. *n.* 1. *&* 2. *pag* 70. *&* 71. *ac* 76. *& seqq. edit. post. pag.* 64. *& seqq.* Ubi etiam concludit, pacta hujusmodi non posse ab alterutro conjugum, jure alteri quæsito, revocari, *juxta* Annæum Robertum *lib.* 4. *rerum judicatar. c.* 3. Aufrer. *decis.* 453. Corasium *SCtor. Curiæ Tholosanæ cent*' 1. *c.* 71. *argumento l. quæsitum ff. de servis aportan. l. aristo* 18. *ff. de donat.* Præses Everhardi *consil.* 8. *quæst.* 1. *& consil.* 136. *argumento l. cum dos ff. de pactis dotalibus.* Peckius *de Testam. conjugum lib.* 1. *c.* 1. Franciscus Martini *decis* 128. *n.* 6. *& decis.* 132. *n.* 8. *part.* 2. Boerius *decis.* 204. *n.* 32. *& seqq.* 73.

Denique hæc quæstio de successione diversorum matrimoniorum decisa est, in quadam dieta Bonnensi Anno 1542. incip. Wir Hermann ꝛc.

Wir

WIr Herman von Gottes Gnaden / Ertzbischoff zu Collen / deß H. Romischen Reichs durch Italien Ertz-Cantzlar und Churfurst, thuen kund und bekennen hiemit gegen allermenniglichen, als hiebevor zwischen unserer lieber besöderinnen Irmgardten, nachgelassenen wittiben etwan Rheinhardts von der Baelen gnant Fleck, eins theils, und Henrichen dergleichen nachgelassenen wittiben Diederichen Flecken, gemeltes Diederichen nachgelassen erb und gutter halb, anderen theils, irrungen und gebrechen entstanden, und gemelte Irmgardt sich uff den gebrauch gentes Ertz-Stiffts Collen, als solten ihren kinderen an statt und von wegen ihres Vatters obgem. Reinhardten aus dem ersten ehebett geboren, ihres Hergens Diederichen vorsch: und formans elterlich stam und erbgutteren allein gebüren, dagegen gemelter Henrich vermeinte jhr kindt aus dem anderen ehebett mit Diederichen Vurß: gezilt, solte vermueg der beschriebenen rechten mit Irmgardten kinderen zu gleicher theilung schreiten: darauß gefolgt, daß die wollgeborne unser erbhofmeister, erbmarschalck, schwager, neve, raht, und liebe getrewen, Wilhelm Graff zu Newenar und Moers, Herr zu Bedtbur, und Johan Graff zu Salm, Herr zu Reifferscheidt, und Dick, obget. beiden witwen und ihren kinderen, zu gnaden und guten, in meinung sie ihrer vorß: gebrechen zu vergleichen, sich in guttlicher underhandlung, mit ihnen eingelassen. Weil dan beide Graffen nichts fruchtbars in der guete haben treffen mogen / und die beide witwen, die eine uff des vurß: unsers Ertz-Stiffts Collen gebrauch; und die ander uff die gemein beschriebene rechten verharret haben, so ist deß gebrauchs, und rechten, mit beider witwen bewilligung, zu erkendtnuß unser gemeiner ritterschafft und stende, zu einem gemeinem landtag der stende und landschafft gewiesen. Als wir nun in anderen vurstandenen ehehafften und geschefften, unser wurdig thum capittul, graven, ritterschafft und stände zu einem gemeinen landtag beschrieben, haben wir beider witwen unterthenig und diemutig ansuchen, jhnen zu gnaden gehr. unser ritterschafft vortragen lassen, und gnediglich begerdt, uns, zu hinlegung dieser gebrechen, deß gemeinen landts gebrauchs, wie er in diesen oder dergleichen erbfällen gehalten werde, zu berichten: daruff die gemeine ritterschafft dergleichen, auch die gesandten von dennen stetten abgetrettet, sich bedacht und umgefraget, und nach gehabtem bedacht, einhelliglich und offentlich, uns zu andtwort geben, daß sie von ihren elteren, und den alten allweg gehoert und gesehen, etlich von jhnen vor sich selbst dieß gebraucht, und seye mit ihnen auch also gehalten worden, daß wo zweierlei ehekinder, auß dem ersten und anderen ehebett geboren seind (sonderlich under dem adel und etlichen stetten) den ersten kinderen, alle vätterliche und mutterliche staimb und erbguttere: und den letzten kinderen alle gereidete guttere, und was in der zweitter ehe gewonnen und geworben, gebühren solten, Dieweil nun in unserem Ertz-Stifft Collen solcher gebrauch von alters also hergebracht, haben wir obge. wittb. Irmgardten, so gegenwurtig, und geruhrter Henrichen, anzeigen, und ernstlich befehlen lassen, deme sich gemeeß zu halten und nachzukommen, urkundt hierahn gehangenen siegels. Geben in unser statt Bonn uff unserem gemeinen landtag, am sambstag nach Reminiscere, im 1542. jahr.

Aliud exemplum rei judicatæ, in inferiori Tribunali, tale potest produci.

92. Nec adeò strictè inquit Goddæus *d. consil.* 26. *n.* 126 *& cons.* 37. *n.* 720. & rigidè obtinere prædictam regulam fœminarum, vel etiam Extraneorum exclusivam in hujusmodi Recognitis, quæ à Dominis nunquam, sed ab ipsis Vasallis ultrò, Allodia sua in feudum Recognoscentibus processerunt. Alciat. *consil.* 1. *n.* 47. *versic. & maximè hoc dicendum &c. lib.* 3. (*in Lugdunensi editione est consil.* 106.) Garzon. *d. tract. n.* 165. *&* 166. Zasius *in Epit. Feud. tit. de success. feudi. n.* 57. *per textum c.* 1. *ibi cum de Patris allodio tit. de eo qui sibi & heredib. &c.*

93. Tum primo, quod in eo casu Vasalli potiùs conferunt, quam recipiunt beneficium, tum quia Recognoscens odio non habuit suum sanguinem, etiam in fœmina, *d. l. maximum vitium C. de liberis præteritis*, tum tertio, quod ne Dominum quidem de exclusione fœminarum vel aliorum
94 hæredum cogitasse verisimile est, cum ipse non tam concedat, quam accipiat beneficium, tum quarto, quod Principis concessio in ejus præjudicium, latissime sit interpretanda, *l. fin. ff. de const. c. cum dilecti x. de donat.* Wesenbec. *de Feudis c.* 1. *n.* 9. non autem in lucrum vertendum.

95. Quibus addi posset Vasallum Feudum, de re sua constituentem in illo proverbio, quod Curvus ille Prælatorum baculus, neminem excludat, omnium hominum mentibus, ab omni antiquitate infixo, tutum satis atque securum se existimantem, nunquam sibi persuaderi permisisse, viros Ecclesiasticos ad tantam inhumanitatem prolapsuros, quod Filias ex se natas, à bonis, à se, tam devote ad servitium sui Principis oblatis, excludere vellent. Nam Ecclesia, teste D. Augusti-
96. „ no non debet recipere Eleemosynas, per quas liberi privarentur alimentis: Et qui Eleemosynam „ dare vult, ordinate à se ipso incipere debet, juxta illud, miserere animæ tuæ placens Deo. August. *in Enchridio*, *& in secundo sermone*, *de vita Clericorum*, *text. in can. quicunque* 17. *quæst.* 4. *Ecclesiastic. c.* 30. *vers.* 24. *c. placuit.* 13. *q.* 2. *c. si quis reliquerit.* 30. *dist.* Faber. *in* §. *intestatorum Instit. de hæred. quæ ab intestato deferuntur.* Idcirco rectè docet Rosenthal. Recognitionem Patris in bonis propriis de feudo factam, in supplementum legitime rescindi posse, *cap.* 6. *conclus.* 68. *num.* 29.

97. Tantò minus, Contractus Parentum per interpretationem erit detorquendus, contra verisimilem mentem contrahentis, in necem hæredum ex corpore Vasalli natorum, cum non sit alie-
98. num à Jure feudorum, secundum subjectam materiam nomine Hæredis etiam comprehendi fœminam *c.* 1. *de duobus fratribus à Capitaneo investitis*, ibi quisque enim sibi, suisque hæredibus videtur prospexisse, *l. si pactum ff. de probat.*

99. Et multò minus contra masculos, per fœminas descendentes, *c.* 1. *& ibi gl. de eo qui sibi & hæred.* Nemo enim facilè præsumitur tam amens, ut tanta servitia sibi imponere, & post mortem Domini in successione liberis ex se natis, præponere volet, Gœddæus *d. consil.* 37. *n.* 723. 727. *&* 729. *vol.* 4.

100. Quare hoc loco servit opportune notabilis, supra quoque citata Decisio Alciati *d. consil.* 1. *num.* 47. *lib.* 3. per quam obtinuit Feudum Comitis Manfredi, ex eo fundamento, quod illud non ex liberalitate Cæsaris, sed recognitione Comitis ex proprio allodio creatum esset, devolvi ad fœminas. Ut *per* Curt. Sen. *consil.* 48. Curt. Jun. *d. consil.* 11. 13. & 18.

101. Hæc verò sententia (teste Gœddæo) tanto majore auctoritate nititur, quod alias generaliter in quacunque re, originem & contrahentium mentem spectare oportet *l. qui id quod ff. de damno infecto l. Pomponius*, *ubi* Bald. Bart. *&* Castrens. *ff. de negotiis gestis. d. l. Rutilia ff. de contrah. empt.*

102. Quapropter singulariter Syndico Metropolitico notandum & observandum fuisset, quod Garzonius *d. tract. de fœminis ad feuda recipiend.* intulit, feuda hujusmodi nunquam Domino aperiri, aut devolvi, qui à Domino nunquam processerunt. Et mens contrahentium alium finem habuit, quàm ut acquiretur Domino ad privationem Vasalli, suorumque hæredum quorumcunque; maximè verò ex suo corpore descendentium, id quod etiam ex supra citatis testibus in Sarwerdica causa examinatis, ex *eodem Gœddæo* satis patet.

103. Recognitiones enim Feudorum olim ante pacem publicam & ante Imperii Cameram institutam, quando Justitia in manu consistebat, als das Faustrecht galt, ante annos 300. & 400, metu potentiorum factæ sunt, ut adversus Adversarios adsistentiam haberent tenuiores, Geil. *lib.* 2. *obs.* 158. *n.* 352. Bocer. *de Investit. c.* 1. *n.* 9. Rosenthal. *de feud. c.* 2. *concl.* 24. *& c.* 8. *concl.* 68. *n.* 23. *&* 25.

& 25. Zasius *de Feud. p. 3. in fin.* Kiriander in Chronico Trevirensi in illustri domo Seyn & Witgenstein, Goddæus *d. consil. 37. n. 720. & 722.* Ideo in iis tam rigide, ad exclusionem fœminarum agendum non est. „

Quamvis autem Syndicus Metropolitanus in hoc totus fuit, ut Vasallus Investituras primas, quantumvis utrique parti communes, de Jure nequaquam denegandas, celaret, ne originis diversitas Feudorum Ecclesiasticorum, ab Imperialibus & Regalibus toto genere differentium, juris etiam diversitatem manifestaret; Tamen ex iis, quæ ad acta exhibita sunt, inveniuntur documenta, quibus convincitur, feuda Coloniensia ex propriis Vasallorum allodiis, non ex liberalitate Archiepiscoporum, & quidem adinstar legis commissoriæ, de Jure improbatæ (ut est *tit. 9. &* 104.
1. de feudo lege commissoria dato, ibi, Feudum enim non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore Domini quærendum est) nata esse. 105.

Feudum enim, quia juxta definitionem supra positam in re immobili vel æquipollenti consistere debet, sola pecunia constitui non potest; Et tamen Ecclesiastici Prælati, nec non alii etiam Principes Seculares inferiores, tandem invenerunt artem, feuda ex allodiis bonis, minimo plerumque pretio emendi, ex quo contractu, si feudum Domino ex defectu sexus masculini, sine ulla Vasalli culpa committi debeat, sequetur palpabilis & intolerabilis injustitia, à qua Prælati Ecclesiastici, 107.
omnium maximè, & quam longissime abesse debent, *c. 1. de alienatione feudi.* 106.

Verbi gratia, Castrum & oppidum cum attinentiis & magno districtu Bedburiensi, & Hackenbroich, ex allodio Dominorum de Reifferscheid, factum est Feudum Coloniense, ergo octo plaustra vini primum: deinde illis permutatis, eo deventum est, ut Ecclesia trecentis Marcis, sese & omnia sua redemerit, & ita feudum acquisierit magis, quam fecerit aut dederit: Unde in Ernestina confessione n. 41. citata, perperam ponitur vox eingeraumbt, quod prius ab ipsis Dominis fuit possessum. 108.

Quod si nunc ex defectu sexus, feudum illud ad Ecclesiam Coloniensem (cujus prius nunquam fuit) recidere deberet, sequeretur duos de Reifferscheidt rem valentem, plusquam trecenta Marcarum millia, trecentis Marcis (præter servitia Domino impensa) vendidisse, quæ si opus, facile loco & tempore demonstrari possent. 109.

Interim hoc loco subserviat nobis Extractus pervetustarum chartarum &c. Schefridus Anno 1290. &c. Herr Johann von Reifferscheidt hat gemacht das Schloß Bedtbur Lehen des Stifft von Cöllen, darumb ihme verschrieben wardt, acht foder weins bey St. Merten, die abgestalt sein mit einem gutt, geheischen Schiderich, das den wieder zu loesen hat gestanden, mit dreihondert Marck Colnische wehrungh &c. 110.

Johann von Reifferscheidt hatt empfangen das Schloß Bedtbur mit der Wohnburg und allem ihrem zubehoer, und auch die Burg Hackenbroich, so wie die gelegen ist, von Herrn Walraff, Ertzbischoff &c. 111.

Exhibitum est etiam similiter ad acta, sub n. 396. Documentum sigillatum, in quo Archiepiscopus Colon. promisit Anno 1356. ducentos clipiatos cuidam Domino de Milar, quos loco pensionis annuæ, viginti clipiatorum ex propriis suis allodiis pro feudo assignandis, vel emendis, acciperet & haberet. Verum an iste Milar tale Beneficium acceptaverit, quod ipsi non gaudium, ut inquit textus feudalis, sed ingens onus pro parvo emolumento erat allaturum, vehementer dubito. Tali enim artificio sua feuda nundinati videntur Archiepiscopi pro quibus ad Commissum agunt, cum tamen feudum nihil aliud esse deberet, quàm benevola actio, quæ gaudium capientibus tribuat, capiatque tribuendo *cap. 1. in quibus causis feudum amittatur.* 112. 113.

Licet enim facile inducar, ut credam, tempore illius promissionis tractatum fuisse, ut in decimas Elffken, quas Dominus de Milendunck illo tempore possidebat, pensio talis assignaretur, tamen quia literæ promissoriæ illius infeudationis, non sunt promittenti redditæ, sed apud Hæredes Milendunck in Archivo adhuc remanserunt, postmodum verò Successores easdem decimas, cuidam pio loco ac Monasterio C. C. cum geminatis clausulis, eas nulli oneri feudali aut servitio subjacere, pro octingentis aureis vendidisse, invenio, hinc tractatum istum successu caruisse, omnino suspicor. Instrumentum autem illud venditionis, juxta Archivum domus Milendunck, per abbreviationem in effectu sic habet. 114.

Wir Johann von Milar Herr zu Milendunck und Odilia Fraw daselbst &c. han in einer rechten steden erbkauff erflich verkaufft den ersamen geistlichen P. und Conn C. C. unsen Ziehend groß und klein, im Kirffel Elffken vor eine bescheidene summ, mit nahmen achthondert Oberlensche, Reinsche gulden, der Churfursten Müntz: unden ist diß kein Lehengut, Mangut, noch Dienstgut, mar ein frey Rittergut, unbelest und unbeschwerd von schatz, dienst und allen anderen sachen &c. Gegeven in dem Jahr unsers Herren 1467. den 15. tag Monats Septembris. 115.

Quæ clausula cum sæpius in documento reperiatur repetita, satis innuitur Venditorem istius tentati, non autem absoluti tractatus Feudalis ac promissionis conscium, ob non impletionem contractus sese Evictioni, quasi prævisæ, obtulisse, atque ideo libertatis addictionem geminasse, cum & alias de jure res quælibet præsumatur libera, nisi probetur obligata, *l. fluminum §. ultimo*

116. & *l. Proculus*, *ff. de damno infecto l. altius & l. ædibus C. de servit. & aqua.* Et evictionis promissio, quæ tacitè inest *l. non dubitatur C. de Evict.* parum facit, nisi immineat in limine contractus.

Quapropter, quo jure, quave iniuria, Cancellaria Coloniensis post 33. annos, sub Hermanno de Hessia, Emptoribus pro liberatione istarum decimarum adhuc 2397. atque adeò ferè triplum pretii venditionis per transactionem extorquere potuerit, cuilibet justo rerum arbitratori judicandum relinquo: verba transactionis, quibus D. Monasterium depectum est, sic habet &c.

Wir Hermann von Gottes gnaden, Ertzbischoff zu Collen ꝛc. Nach dem wilne Johan von Mirlar Herr zu Meilendunck und Odilien seine ehelige haußfraw, den erbaren, geistlichen unsen lieuen andechtigen N. N. den Zehendt im Kirffel Elfffen im Dinckmael zu Furden, in dem Griestbierlichen gericht in vergangenen zeiten, der sey (vorgem eheleut) noch im leben gewest seind, uffgedragen, gegeven und zu ihren handen gestelt ꝛc. und den darumb gemelte N. N. umb bewilligungen befreyung und befestigung ange. aufftragt ꝛc. sie doch guetlich darmit zu ersehen underthenigst und fleißigst gepetten. So haben wir angesehen und zu hertzen gefuhrt, Traw und Tugend uns und unsers Stifft gedachte N. N. hiebevoren erwiesen, und allermeist, indeme daß sie uff unser fleißig begehren all solche summa gulden 2397. Oberlansche, Reinsche gulden kundlicher schuld quit und ledig gehalten ꝛc. Gegeben Anno 1504.

117. Nunc consideret Lector, Archiepiscopum 200. clipiatis (si tamen pretium numeravit) Feudum non nisi in pensione illius summæ [quæ juste annua decem excedere non poterat] comparasse, Cancellariam tamen seposita quæstione non impleti contractus emptoribus triplo plusquam fuerat pretium liberæ Emptionis, Emptoribus extorsisse. An ne hoc pacto Feuda, ad augendam Principum eminentiam & magnificentiam inventa, hodie in nundinationem & quæstum convertantur? nonne pro 200 clipiatis 1600. aurei lucro Ecclesiæ cesserunt?

Hujus evidentis iniquitatis illustre exemplum simile extat inter consilia Claudii Cantiunculæ, à *VVilhelmo Knutelio* U. I. D. conscriptum, *cujus casum ob argumenti* similitudinem verbatim subjicio, qui habetur ante consilium 35. Cantiunculæ.

Illustris quondam & Generosus Dominus D. Comes à N. præclaræ Nobilitatis virum atque sibi cognatum, proavum Sempronii in Vasallum suum delegit, ac ipsum, ejusque hæredes cum triginta quinque marcis brabanticis annuorum redituum, investivit. Deinde longo tempore post, ex singulari gratia prædicti Domini Comitis H. Nepos, Dominus I. Comes à N. præfato Sempronio suo Vasallo, integram sortem, seu capitale prædictorum annuorum feudalium redituum, numerari, tradi & exsolvi curavit, quo facto, eodem tempore dictus Vasallus Sempronius omnia bona sua in territorio, dicti Domini [I.] existentia, jam d. Domino (I.) in Feudum masculum se assignaturum, atque ab ipso ac ejus hæredibus, renovationem Investituræ prædictorum bonorum nomine, toties quoties opus esset, juxta jus Vasallagii petiturum; ac omnia ea, quæ Vasallo erga Dominum præstanda sunt, officia diligenter & fideliter facturum, promisit.

Postmodum verò prædictus Sempronius, istam assignationem bonorum suorum, illustri Domini I. Comiti à N. faciendam, diu, pœnitentia, haud dubie promissionis factæ inductus, de die in diem differre ac prorogare conatus est. Sed tamen defuncto sæpè dicto Domino I. ipsius Filius ac hæres Dominus H. Comes à N. Ut prædictus Sempronius promissionem quandam Patri suo Domino I. factam adimplere teneretur per sententiam, in A. suæ ditionis Oppido latam, obtinuit. Tum demum Sempronius coram dicti oppidi Judicio, præscripto Domino H. juxta promissionem suam, licet diu dilatam omnia bona sua in districtu ac territorio Domini H. filii ac hæredis Domini I. &c. existentia, certum feudum masculum, pro supra scriptis triginta quinque Marcis annuorum redituum. Anno 1455. per calami traditionem, juxta morem inibi receptum, assignavit, quemadmodum in assignationis instrumento, desuper facto, habetur in vulgari.

Es hat er Sempronio vor sich und seine erben alle hove und gutter in der Herrschafft Graven H. gelegen, nichts davon ausgenommen, vor dem gericht zu A. ihme Herrn H. und seinen rechten erben, vor ein beweist Mannlehen vor funff und dreißig Marck Brabendisch jahrliche gulde und rendt auffgetragen uud uffgelangt, mit handt und mit mundt, also daß allwege der vorgenandter hoff und gut, miteinander fur ein beweiß Mannlehen, vor 35. Marck Brabendisch, jahrlicher gulde und rendt von wolgem. Herren H. und desselben rechten erben, ruren, gehn, und zu allen zeitten, so dick und viel sich des gebuirt und nott sein wurde, durch Sempronium und seine rechte erben empfangen werden sollen.

Atque prædicta omnia Sempronius sæpe nominatus, pro se ac hæredibus suis se facturum, juramento confirmavit.

Post longum verò temporis intervallum, prædicti Sempronii hæredes ac descendentes masculi omnes ad unum, per mortem extincti sunt, tum illustris Dominus G. Comes à N. prædicti Domini H. defuncti Nepos hærede masculo ex familia suprascripti Sempronii deficiente, supra dicta bona, prædecessoribus suis in feudum assignatis [siquidem per ipsius ultimi Vasalli excessum; naturalique possessione ad civilem reversa, ipsi aperta essent apprehendit.

Sed ad multas preces sororis, ultimi Vasalli hæredis masculi, ex Sempronio defuncti, ipsius maritum Lucium Extraneum, atque eorum hæredes masculos, de prædictis bonis, nulla facta mentione triginta quinque Marcarum annuorum redituum, de novo investivit, ac illa Lucio ac ejus hæredibus, in feudum masculum concessit. Sed tempore elapso, ante paucos annos etiam omnes hæredes masculi, ex prædicto Lucio descendentes, ex hac vita emigrarunt. Tum quoque ultimo Vasallo ex familia Lucii descendente defuncto, ejus soror Semphronia, de prædictis bonis, maritum suum Cajum investiri, ab illustribus Dominis Comitibus à N. petiit. At cum illustres Domini à N. hoc facere recusarent, prædicta ultimi Vasalli defuncti soror, ista bona non feudalia sed allodialia esse, & tantum pro triginta quinque Marcis Brabanticis annuorum redituum, Comites sæpe nominatos, in illis hypothecam habere prætendit, præsertim cum valor & æstimatio bonorum controversorum, hodierno die, Capitale de prædictis triginta quinque Marcis Brabanticis annuorum redituum, olim à Domino Comite I. Sempronio exolutum, multum excedat. Hactenus Cantiuncula aut ab eo relatus Knuttelius.

Quamvis autem dictus Wilhelmus Knuttelius apud Cantiunculam d. consilio 55. contra Filiam, & pro commisso, in favorem Domini responderit, tamen, quod illud Responsum, nec nostræ causæ, nec meæ sententiæ officiat, singularum circumstantiarum, quæ in nostris feudis communiter non intervenerunt, diversitas facit. Diversitates enim facti diversitatem juris operantur. *l. aut facta ff. de pœnis.* Menoch. *consil.* 50. *num.* 2. Mynsing. *resp.* 99. *num.* 3. 4. 5. *cent.* 1. Joseph. Ludoic. *decis. Rota Lucens* 44. *n.* 61. 118. 119.

Prima diversitas est, quod Sempronius, primus Vasallus passus est, se condemnari per sententiam Judicis ordinarii, quæ transivit in rem judicatam. Nam si in isto processu, Exceptiones, quas Knuttellius postea pro rationibus dubitandi movet, apposuisset, non est dubitandum, illum aliam sententiam obtenturum fuisse.

Quarum una esse posset, quod obligatio re contrahi nequeat, nisi quatenus datum est *l. si tibi decem & ibi* Bart. Castr. & Alex. *ff. de pactis.* 120.

Iste enim Comes de N. non dedit nisi summam correspondentem pensioni annuæ 35. Marcarum, non debet igitur recidere in manus Domini nisi quantitas data, vel annuus reditus illi correspondens, ut Feudo Commisso, Dominus Feudi illud habeat & percipiat, quod Vasallus durante suo Vasallagio, quasi à Domino receperit, recognovit. Rosenthal. *cap.* 7. *conclus.* 32. *num.* 13. 121.

Si autem computemus sortem istius summæ 35. Marcarum, ad proportionem quincuncem, hoc est, in singula centena annua quinque ascendet pretium à Domino Comite pro feudo data, ad 700. marcas.

Sin verò ad rationem decuntium, secundum exempla infra ex Sandio, & alibi allegata computaverimus, Feudum hoc solis 350. marcis comparatum erit.

Unde manifestum evadit, quanta sit iniquitas & injustitia hujusmodi feuda revocare ad rigores feudorum rectorum & Longobardorum, si Domini pro tanto illo pretio, non tantum servitium feudale, quod Doctores (ut infra docetur) ad mille aureos æstimant: verum etiam proprietatem ac dominium directum bonorum, multa millia valentium, comparare; & de iis tam fortuitam caducitatem affectare voluerint. 122.

Potuisset itaque iste primus Vasallus, aut eo, sine mascula sobole defuncto, prima filia, Dominum Comitem, per Exceptiones doli, & deceptionem plusquam decies ultra dimidium justi pretii submovere *l.* 2. *& l. si voluntate C. de rescind. vendit.* Bart. *in l. fin. ff. de prætoria stipul.* Alex. *in l. si superstite. C. de dolo l. omnes. & l. Lucius ff. quæ in fraud. credit. l. si quis sum aliter ff. de verbor. obligat.* 123.

Præsertim, cum hoc casu, dolus videatur ex tam enormi læsione causam dedisse contractui, qui illum ipso jure reddit inutilem, *l. eleganter ff. de Dolo.*

Idcirco primus Vasallus istum dolum olfaciens, cito pœnituit, sed sibi acceptum ferre debet, quod ad Rescissionem suæ promissionis, juri convenientia non adhibuit remedia, quibus difficultatem evadere potuisset. Quod confirmatur à Rosenthalio *cap.* 4. *concl.* 7. *per tot.* Ubi tradit dantem pecuniam in Feudo, posse Exceptione doli & vitii materiæ repelli. *Idem* Rosenthal. *cap.* 6. *concl.* 68. *n.* 5. *&* 13. *&* 69. *n.* 17. ubi dicit talem Recognitionem non obesse Recognoscenti, sed per errorem vel impressionem factam esse. Item potuisset iste Sempronius pœnitere, Rosenthal. *cap.* 1. *concl.* 4. *num.* 5.

Accedit alia differentia, quod iste primus Vasallus, acquiescens primæ sententiæ contra se latæ, jam sciens prudens, bona sua allodialia coram Judice ordinario, non tam ficte vel imaginarie, quam realiter & solenniter, juxta Consuetudinem Regionis per effestucationem deliberare transtulerit. 124

Quæ certe circumstantia in nostratium feuda & infeudationes non coincidit, & ideo hoc tam inhumanum exemplum, nobis non præjudicat, etiamsi Dominus Knuttelius pro caducitate consuluerit, quibus cessantibus, aliud responsurus fuisse, videri potest.

Quare seposita Domini Knuttelii authoritate, à ratione juris non deviaret, qui calculum pro 125.
Vasallo

Vasallo contra Dominum ferret, si totum Patrimonium, & quod ex eo ultra annuas 35. marcas superest, consideraverimus.

Licet enim totum Vasalli patrimonium pro masculo feudo dicatur, assignatum, vor ein beweist manlehen auffgetragen und uffgelangt hat, attamen feudum non est in ipsis bonis, nec in omnibus proventibus, sed tantum in reditu solarum 35. marcarum constitutum, in verbis, also daß allwege der vorgenandte hoff und gut mit einander vor ein beweist manlehen vor fünff und dreißig marck brabendisch jährlicher rendt von wolbemeltem Herren, und dessen rechten erben ruren, gehn, und zu allen zeiten ꝛc. empfangen werden solle.

126. Quod nihil aliud est dicere, quam Feudum consistere in solo reditu 35. marcarum annuarum, ac istas marcas, uti corpus vel commodum Feudi, recipiendas & recognoscendas à Domino esse, non omnia bona; sed bona ista solum servire pro hypotheca, ut subjecto istius reditus ita, quod reditus sit jus quoddam separatum, ipsis bonis quidem incumbens; sed quasi ad Dominum Feudi spectans, quo jure Vasallus, tanquam à Domino ad ipsum manans, gaudere deleat; & illius solius contemplatione sit habendus pro Vasallo. Sicut subjectio omnium bonorum in feudo ligio non facit omnia bona Vasalli feudalia, Rosent. *cap.* 7. *concl.* 34. *n.* 13.

Nisi enim id dicamus, jam sequeretur verba ista, vor fünff und dreißig marck, frustra adjecta esse, nisi contractum restringerent, ne Recognitiones tam pro reliquis proventibus, quam pro specificata summa, factæ dicantur. Verba autem (maxime ad certum numerum restricta) aliquid debent operari, nec ullum debet superflue positum censeri. *l. si quando in pr. ff. de legatis* 1. *c. si Papa de privileg. in* 6. Jason. *in l. ult. n.* 5. *ff. si certum petatur.* Zas. *consil.* 15. *n.* 49. Tiber. Decianus *Resp.* 30. *n.* 25. *vol.* 1. Bald. *in rubrica l. de contr. empt. quæst.* 9. *& consil.* 343. Cravetta *consil.* 135. *n.* 24. *vol.* 1.

127.

128. Imo nec verbum, nec syllabam in contractu otiosè positam esse oportet, absque singulari mysterio & virtute operandi. Bald. *in d. rubrica C. de contr. emptione quæst.* 9. Surd. *consil.* 325. *n.* 6. Roland. à Valle *consil.* 67. *n.* 24. *vol.* 1. *consil.* 61. *n.* 47. *v.* 2. *& consil.* 61. *n.* 4. *vol.* 3. Cravetta *consil.* 84. *n.* 12. Paris. *consil.* 66. *n.* 9. *vol.* 2. Menoch. *consil.* 373. *num.* 8. Mantica *de conjecturis ultimar. volun. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 1. Joannes Gœdd. *consil.* 24. *n.* 49. *vol.* 1. Rosental. *cap.* 9. *concl.* 18 *n.* 8. *& conclusione* 42. *gl. h.*

129. Anne igitur idem juris erit, sive Feudum constituatur in 35. marcis annuis; an in solis tribus; an in centum? Anne omni casu omnia bona æqualiter ad Dominum devolventur? an nulla consideratio erit, si certus reditus constituatur pro feudo, an autem ipsorum bonorum proprietas? an pro decipula servit adjecta certa quantitas reditus annui, ut eo, facilius incauti Vasalli inducantur ad recognoscendum sua allodialia pro Feudo?

130. Nec sufficit pro justificatione contractus cum Knuttelio allegare Vasallum, casum istum evenire, qui jam evenit, quia frequenter evenire solet; prævidere potuisse: juxta Dynum *in consil.* 32. *n.* 7. *per text. in l. si Titius. ff. de fidejuss. l. si quis domum ff. locati. l. Lucius §. rogatus ff. ad Trebell.* Ut ideo dicatur Vasallus in culpa fuisse, qui in eum casum sibi non prævideri. *Juxta* Alexan. *consil.* 41.
131. *vol.* 3. Bald. *consil.* 31. *pro Domino Dinaldo vol.* 2. Knut. *d. consil.* 35. *num.* 29. *&* 30. Respondetur enim ipsum etiam Dominum eundem casum prævidere potuisse. Si igitur poneremus, Dominum isto casu præviso, nihilominus ejus intentione fuisse, quod voluerit feudum pro tam modica summa in illum casum fieri caducum; jam fuisset in dolo, quasi cogitaverit, Vasallum enormissime lædere & decipere, ut pro tanto illo pretio, sine interventu culpæ, casum tam momentosæ hæreditatis exspectaret.

132. Quia vero delictum & dolus in dubio, maxime in Dominis, præsertim vero Principibus & viris Illustribus non est præsumendum, *l. quoties §. qui dolo ff. de probat.* Riminald. *consil.* 66. *num.* 11. *vol.* 2. efficitur, ne Dominum quidem intentionis ejus fuisse, quod voluerit sibi in casum tam facile contingentem, tot bona, pro tam vili pretio, sine culpa sibi devolvi.

Non etiam moratur nos, quod Knuttelius dicat hypothecæ, in memorata Feudi constitutione nullam mentionem fieri; Licet enim non nominetur hypotheca suo nomine, tamen in effectu per
133. adjectionem bonorum omnium, quæ alias frustra adjiceretur, necessario intelligi & præsupponi debet, cum sit clarum, feudum non in universis bonis, aut in eorum proprietate vel dominio directo, sed in solo reditu annuo 35. marcarum annuarum, constitutum esse: Annui autem isti reditus, cum sint jus quoddam intellectuale, à re ipsa separatum, requirunt aliquam hypothecam aut subsistentiam in re immobili, juxta extravagantes *Martini* 5. *Calixti* 3. *Pii* 5. Frederic. Martini *de Censib. cap.* 1. *n.* 181. 185. 186. *post* Francisc. Sonsbeck *p.* 2. *tract. feudali n.* 7. *& p.* 8. *n.* 24.

134. Sicut enim aliud est, vendere rem, & aliud, vendere censum; sic etiam aliud esse debet, constituere feudum super censum: aliud super fundum vel rem ipsam: Conradus Summerhardt *de contractibus quæst.* 33. *concl.* 6. *&* 7. Binsfeldt *c.* 1. *de usur. quæst.* 2. *cod.* 1.

135. Et sicut, qui emit rem infra dimidium justi pretii, pati debet, ut contractus rescindatur, ita qui emit censum infra justum pretium, pati debet recissionem contractus, ita etiam pati debet, ut ultra æquitatem, soluti census, minuant sortem, & tandem perimant capitale, & contractus resolvatur

solvatur in imaginariam venditionem, & reale mutuum, in fraudem usurarium Fred. Martini *d.c.* 1. *n.*88.*post* Binsfeldt *in c.*1.*de usurariis quæst.*2.*& seq. per text. in l. nuda & imaginaria ff. de contrah. empt.* 136.

Et quia ex iis, quæ infra ex Freder. Sandio & aliis asseruntur exemplis, constat, olim moris fuisse hujusmodi pensiones in Feudis constituere, non ad proportionem vigesimi denarii, pro uno sed ad rationem decem pro uno, & præterea Vasallos adhuc ad gravia servitia & jura investituræ obligari. Facile efficitur, Vasallos plerumque ultra dimidium justi pretii deceptos esse, & hodie gravatos reperiri, adeoque multo iniquius esse eosdem Vasallos, etiam ex solo defectu Sexus, totam hypothecam, quasi ex lege Commissoria, absque ulla sua culpa perdere, cum notissimi juris sit, in pignoribus Pactum Legis Commissoriæ reprobari, etiam in imaginariis & simulatis ac in fraudem legum introductis pactis & contractibus, *tot. tit. C. de lege commissoria in pignoribus rescindenda & tit. de feudo dato in vicem legis commissoria*, ibi feudum enim non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore Domini acquirendum est, cum nec census reservativus extra Emphyteusin, possit in commissum cadere, ut supra tactum. 137. 138. 139.

Et licet committendum esset Feudum; non posset tamen illud Compromissum excedere corpus ipsius Feudi, quod hoc loco est ipsa annua pensio, non autem pignus vel subjectum, quod pro constitutione census assignatum est. Itaque post commissum feudum, etiamsi ex delicto commissum esset, non potest aliud redire ad Dominum, quam jus recipiendi reditum annuum ex istis fundis, non autem ipse fundus, nisi ob defectum solutionis istius pensionis, pignus novo processu excusserit, *text in l.* 1. *C. de pactis pignorum.* Rosental. *c.* 7. *concl.* 32. *n.* 13. *& cap.* 10. *quæst.* 34. *& quæst.* 44. 140.

Expressum enim ideo censetur pignus, quia expressi est consequens, ac illud expressum esse censetur, quod continetur ex vi rationis, & quod tacite ex ipso expresso sequitur. Menoch. *consil.* 253. *num.* 41. *vol.* 1. *ut tradidit* Bald *in l. fin. apposit.* 10 *C. de hæredibus instit & in l.* 1. *C. de his qui ante apert. tab. mor. Anch.* 393. Vultejus *consil.* 14. *n.* 31. *vol.* 4 Rosental. *cap.* 9. *conclus.* 36. *gl h.* 141

Cum enim hoc loco pensio pro corpore feudi ponatur, ad nihilum serviret mentio omnium bonorum, sub jurisdictione Domini Comitis, sitorum, nisi hypothecæ loco accipiantur, cum utraque simul pro corpore Feudi ponere, sit absurdum, unum enim Feudum, non duo, præsupponitur. Nihil autem in contractu redundare debere, jam supra dictum est. 142.

Idcirco quod Knutelius porro subjungit, clausulam illam, uffgetragen mit halm und mund, &c. ad hypothecam non pertinere, sed ad translationem possessionis aut dominii, à veritate & abusu harum provinciarum, alienum esse non dubito.

Constat enim ex documento sub n. 379. ad acta dato, similem clausulam, mit hand und mit mund, usurpatam esse in confirmatione dotis, & ususf uctus Feudi, cum consensu Domini in feudo concessi, his verbis, und herumb, wan dat von recht und von der gewohnheit redlich und zeitlich ist daß man Frawen, ihren wittib nit versagen soll, &c. So handt wir &c. die vorß: Neese, Johans haußfraw, dieselbe entgegenwertig bey uns was und ubermitz gezeugen, unser man hiernach geschrieben, Also: Als das gewohnlich und recht ist (Nota Consuetudinem à Principe attestatam) mit hand und mit munde beleh nt, zu ihrem rechten wissentlichen wedemb, aller der vurß: guter sametlich und sonderlich, und wir handt sie darahn gewedembt, &c. 143.

Hoc autem casu per istam ceremoniam in dotalitio, nec dominium, nec possessionem in uxorem à Marito vel Domino transferri, in propatulo est. Principis autem assertioni omnino creditur. *text. in c.* 1. *de probat. & in can. Nobilissimi* 95. *distinct.* Bart. *in l. ambitiosa n.* 2. *ff. de decret. ab ordine faci.* Natta *consil.* 438. *n.* 59 *v.* 3. Soc. Sen. *consil.* 4. *n* 11. *v.* 3. quod Baldus totius mundi consuetudine receptum esse, testatur, *consil* 227. *&* 420 *v.* 3. Menoch. *consil.* 100. *n.* 26. Vult. *consil.* 23. *n.* 42 *vel.* 4. *& lib.* 2. *de feudis c.* 3. *num.* 21. *supra num.* 20. 144.

Accedit, quod inveniamus in vetustis instrumentis, verba beweist und belagt seyn, hypothecariam assignationem significare, ut possem, si opus esset, probare hujusmodi Extractu, wir Gottschalck auff der Bach, und Gredtgen meine ehelige haußfrau, &c. daß wir uff das newe steinen hauß, &c. zugesagt hondert kauffmans gulden, und die gelagt und beweist auff das vorige. steinen hauß, &c. Anno 1509. &c. Et sic sub talibus terminis continetur hypotheca, & ita nominatur. 145.

Cæterum similes clausulæ, Es hat Sempronius, für 35. marck Brabendts jahrlicher gulde und renthe uffgetragen und uffgelangt mit handt, halm und mundt, &c. usurpantur hodie adhuc, & multo magis olim, in omnibus constitutionibus redituum, tam redimibilium, quam irredimibilium, nec tamen per istas clausulas transfertur possessio hypothecarum, multo minus dominium. Hac fere forma. 146.

Sein auch vorgemelte eheleut verkeuffere, vor sich und erben, vor angezogene rendt, ausser opspecificirten underpfenden jahrlichs zu empfangen, vor uns Vogt und Scheffen obgemelt mit handt / halm und mundt gangen / sich deren entbloeßt und obgemelte Eheleut / geldere und deren Erben daran geerbt und geguett / und denselbigen davon eine redliche pilligmessige erbwerdtschafft, zu thuen zugeredt und versprochen jar und tag, zu ewigen tagen zu, alle vorkommer darvon abzustellen, &c. Sic maribus nostris effestucationes, etiam in constitutione Censuum usurpari, testatur Sandius in tractatu præliminari num. 6.

147. Si nunc diceremus, per tales clausulas, non tantum constitui Jus hypothecæ, sed simul etiam dominium directum ac possessionem transire ad dantem pecuniam, & deinde brevi manu redire ad constituentem reditum annuum, jam sequeretur hodie moribus nostris, nullos inveniri reditus consignativos, sed omnes esse reservativos, tollique differentiam, quam ponit *Reformatio Juliacensis cap.* 107. Von jährlichen zinß oder renthen auß ander leudt guttern, *de qua* Fred. Martini *cap.* 7. *de*
148. *Censib. quæst.* 2. *n.* 111. *& seqq.* Permagni enim refert, Utrum contractus censualis præsumatur Reservativus aut constitutivus *d. c* 7. *n.* 21. *& n.* 104. *& seqq.*

149. Imo omnes reditus judicarentur Emphyteuses, & ob non solutionem Canonis omnia bona ita effecta, devolverentur ad Dominum ementem, quo nihil esset absurdius.

150. In quæstione enim, an in dubio contractus præsumatur esse censualis vel emphyteuticus, eo deventum est, ut potius censeatur esse Emphyteusis, quam census sit frequentior. Martini *d. c.* 7. *n.* 103. *per text. & ibi* Dec. *in l. semper in stipulationibus ff. de Regulis Juris.* Ludov. Molina *de justit. & jure disputat.* 381. *prope finem, ubi idem* Molina *versic. Contractus. p.* 576. testatur, contractum censualem reservativum, esse admodum rarum.

151. Ergo absurdum est, unde hoc sequitur; nempe ponere, per hujusmodi clausulas transferri possessionem, & dominium, tantum eo fine, ut Dominis aperiatur via commissi & devolutionis, etiam sine culpa Vasalli, & præter eorum opinionem ac consensum, quod quantum à deceptione & fraude distet, judicet æquus Lector.

152. Recte itaque faciunt Saxones, qui per talem imaginarium (&, si veritas dicenda esset, subdolum) actum non patiuntur transferri dominium, nisi per annum & diem realiter possessio cedatur; Landrecht *art.* 34. Zobell. *p.* 2. *different.* 46. Colerus *decis.* 80. *&* 219. Besold. *in thesauro practico litera. A.* §. 65. consonat. *Reformatio Juliacensis cap.* 102. von Gifften.

153. Non possunt itaque bona hypothecata cum ipso canone 35. marcarum ad Dominum devolvi,
154. cum naturæ hypothecæ, confessione ipsius Knutelii repugnet, transferre dominium & possessionem *d. consil.* 35. *n.* 38. nec potuit Knutelius causam probabilem allegare, quod aliud operentur verba vor funff und dreißig marck, nisi quod in iis solum constitutum sit feudum, pro cujus reditus constitutione, bona alia vel loco hypothecæ, vel pro servitute, qui ex iis solvendus sit, adjecta fuerunt. Et perinde est, sive dicamus bona esse affecta jure servitutis, ad constituendum in iis reditum annuum, sive habeantur loco hypothecæ, quia neutro casu transmittitur, cum solo reditu in ente rationis vel relatione constante; Conradus Summerhardt *quæst.* 1. *supposito* 1. *&* 2. Joannes Medina, *c. de restitutione tit. de rebus per usuram acquisitis cap.* 11. *in princ.* Ludov. Molina *de contractib. disput.* 383.

155. Emens enim censum non emit pensionem ipsam, seu fructus vel pecuniam, quæ annuæ penditur, sed jus & facultatem illum percipiendi. Sommerhardt *de contr. quæst.* 72. Fred. Martini *c.* 1. *de censib. n.* 28. Ergo per ejus juris aperturam, vel Commissum non transit res & dominium rei, cui
156. jus illud incumbit, nisi quo ad usum illius juris, ad certam summam 35. marcarum restrictum cum limitata causa limitatum etiam producat effectum *l.* 2. *ff. de servis exportandis.*

157. Cum autem annua pensio quatuor modis constitui possit: aut super persona sine hypotheca, aut super persona cum hypotheca; aut super re cum hypotheca, aut etiam super re sine hypotheca. Molina *d. Disp.* 383. Freder. Martini *c. ult. de Censib. n.* 108. Non est necessarium, in casu supra narrato, præsupponere hypothecam, sed possunt immobilia bona Vasalli, servitute solvendi annui census, esse obligata, sine hypotheca, & sic surgit ex isto contractu Serviana Fred. Martini *d. c. vet. n.* 104. *& seqq.*

158. Quare etiamsi poneremus Feudum illius Sempronii per defectum masculi sexus esse Domino apertum; tamen per hoc non devolventur omnia illa bona servituti solvendarum 35. marcarum subjecta ad Dominum, sed sola pensio annua, in qua radicatum, & posset Vasallus bona ista retinere, ac deinceps Domino, loco servitii pensionem solvere, uti ex re allodiali, quia per ipsam servitutem illa bona & non aliter, sunt Domino Feudi affecta.

159. Nec huic opinioni obstat, quod dici solet, rem suam nemini servire. Ulpian. *l. uti frui ff. si usus fr. petatur, &* Paul. *in l. in re ff. de servit. urban. præd.*

160. Quia respondetur primo, admittendo perplexitatem, ex qua sequitur nullitas illius contractus, Cravetta *consil.* 79. Et quod sit mera simulatio & artificium in fraudem Legis & consuetudinis excogitatum, quo Domini, qui rem immobilem non habent, ex sola pecunia & quidem exigua, inducunt ad implicandum divites, ad periculosa servitia, prætextu parvæ pensionis, qui jam deprehenduntur ultra istam pensionem omnibus bonis, in quibus imposita est pensio, inhiare, atque eadem quasi feudalia invadere, de quo Vasalli initio non cogitarunt, ut patet ex isto Sempronio, quem brevi post promissionem, sero pœnituit, ut notavit ipse Knutelius in figuratione casus.

161. Deinde responderi posset, licet durante Vasallitico jure, confundatur jus Crediti & Debiti in eadem persona; tamen feudo isto, in sola pensione constante, commisso, vel aperto; incipit deberi pensio Domino à Vasallo, tanquam possessore rei ac bonorum vel hypothecatorum, vel servituti solvendi reditum, subjectorum; licet alias proprie Feudum non est servitus, sed dominium directum, Rosent. *c.* 1. *concl.* 32. *n.* 7. idcirco hoc Feudum est improprium.

Ex

Ex quibus omnibus manifestum evadit, quanta injuria fiat Vasallis, qui hujusmodi Feuda, ex suis bonis, ob imaginarium reditum recognoverunt, & nunc numerantur, suppresso initio & titulo, inter communia Feuda, quasi ex bonis Dominorum pervenerint; cum ex exemplis ex Sandio, nec non Kyriandro supra & infra inductis, facile sit colligere, nullum ex vicinis Principibus notabile aliquod Feudum, de suo liberaliter largitum, sed omnia ab ipsis Vasallis, ex propriis allodiis esse recognita, nisi forte sit aliqua Jurisdictio, ut in feudo Garßen, de quo alibi, vel acervus lapidum, & rudera castri demoliti, ut Saffig, aut aere alieno gravati, ut Frenß. 162. 163. 169. "

Quid igitur mirum, si negemus Dominis, Principibus Interioribus, ab Imperatore, jus aperiendi & devolvendi Feuda, qui nulla feuda recta & propria acquisiverunt, sed novum modum excogitarunt, quo opes suorum subditorum cum periculo vitae & fortunarum, priusquam negotium intelligerent, ad se traherent? 165.

Quare Syndico Archiepiscopali, & patronis hujus litis cogitandum relinquo, aequumne existiment, si Domini de Reinßheim, in prima constitutione feudi non plus acceperint, quam 200. aut 300. marcas, qua conscientia nunc Feudum illud, quod testibus actis 5500. aureorum pretio venditum est, in Commissum, absque Vasallorum culpa tractum sit, ac etiamnum retinetur? & an ipsi ideo in conscientia tuti sint, si praesupponant sibique imaginentur, Feudum ab Ecclesia praeter communiter accidentia esse profectum? Item dispiciant cujus sit judicare, quae & quatenus ad feudum sine controversia spectent? ne forte pro accessoriis trahantur, quae per se subsistere possunt, *l. 1. & 2. ff. de peculio legat.* Bar. & Dd. *l. sed si plures. §. 1. ubi* Jas. *ff. de vulg. & pupill. substit.* Et quid, si sola arx, vel forte turris major, uti fama est, spectet ad feudum? Reinßheim.

Feuda etiam Trevelstorff, Gelstorff, & similia, non ex bonis Ecclesiae, sed allodiis Vasallorum, originem traxisse, & subjectam materiam suppeditasse, convincunt Documenta sub num. 163. & 166. ad acta exhibita, plura procul dubio deprehendenda forent, si primae Investiturae contra juris rationem, non essent denegatae. 166. Trevelstorff.

Sed istum defectum, ea, quae supra ex Kyriandro de Feudis Trevirensibus allata sunt, tanquam ex vicinia deprompta, supplebunt.

Nec est, quod quis hoc loco tacita cogitatione iterum replicet, haec Feuda brevi manu per imaginariam fictamque venditionem constitui, ita ut dominium plenum, primum erga pretium transferatur in Dominum, & illico à Domino tradatur Vasallo dominium, quod utile vocant Interpretes, atque sic finita generatione, illa ut masculina Feuda reverti ad Dominum, prout non sine aliqua trepidatione ac scrupulo praesupponit Dn. Rosental. *cap. 6. concl. 68 n. 17. & seqq.*

Nam facile occurritur, uti jam dicere coepimus, imaginariam istam venditionem triobulario pretio, praesertim non in foro allodiali factam, non magis transferre dominium in Patronos, ac Dominos, quam olim venditio & manumissio; in emancipatione liberorum, transferebat dominium liberorum, quando ista solennitate emancipabantur, ut liquet *ex Instit. quibus modis ius patria potestatis solvitur §. praeterea.* Quae emancipatio per Justinianum *in l. fin. C. de Emancipat.* tanquam vana observatio, ob circumductiones inextricabiles, ut injuriosa rhapismata, sublata est. 167.

Quam autem nostri majores, in hujusmodi re fuerint ceremoniosi, ex eo videre est, quod etiam in venditionibus, imo & oppignorationibus, non tantùm feudorum, sed etiam allodialium bonorum, prius rem alienantes Domino tradebant, uti emancipatores liberos suos emptori, quam effestucationem vocabant, non ea intentione, quod res apud Dominum esset, sed quia illa via pro superabundante cautela putabant sibi melius consultum; Vendens enim Feudum, illud prius in manus Domini resignare debebat. Hart. Pist. *obs. 230. n. ult.* Matth Berlich. *lib. 1. conclus. 82. 52.* Sande *lib. 2. tit. 2. c 1. n. 6. pag. 306. edit. post. pag. 291.*

Quemadmodum ejus luculentum habemus exemplum in actis, sub n. 404. in instrumento venditionis feudi Godenavv, ubi Dominus Feudi post resignationem venditoris, accurate requisivit decretum Parium Curiae. An Feudum ita sufficienter esset sibi effestucatum.

Quod autem ista ceremonialis venditio, non habeat effectum verae venditionis traditionisve, facile deprehenditur, tum ex modicinate pretii, quando res valens multa milia, emitur centum, ducentis, trecentis, quadringentis, infra tertiam vel mediam partem, justo pretii arbitrio Judicis declarandam juxta Caepollam *in tractatu, de simulatione contractuum n. 111.* & Menoch. *lib. 3. praes. 122. n 8.* 168.

Quod etiam clarissimo textu feudali confirmatur *in tit. de Vasallo decrepita aetatis.* ubi Refutatio patris in manus Domini, in usum filiorum, non excludit fratrem à successione fratris, quod dicendum fuisset, si ceremonialis illa Refutatio realem effectum operata fuisset. 169.

Tum ex celeritate duorum actuum contrariorum, dandi & recipiendi vel retinendi, qui moribus nostris non admittuntur, quibus nemo simul dare & retinere potest, quod & Saxonum moribus congruere supra dictum est *lib.* Landrecht *art. 34* & *Juliacensium*, quibus hujusmodi Cessiones non tenent, nisi duraverint, vel alienans in tali actu perstiterit annum & diem *Reform. Juliac. cap.* 102. von Gifften. Matthias Colerus *decis. German 80. num. 2.* 170.

 Tum

171. Tum, quia, quando intervenit fictus titulus. & ficta traditio (ut hic) tunc non sufficit ad translationem Domini *l. ei à quo ff. de usucap. & qui rem C. locati*, *& ibi.* Lynus *&* Decius Bartol. *in l. si aliquam rem 28. ff. de acquir possess. num. 9.* in verbis, iste Dominus recipit in Emphyteusim (idem in feudo) rem tanquam prius Ecclesiæ esset, quo casu indistinctè dominium non perditur. Castrens. *consil. 161. incip. in causa appellationis.* Decius *Consil. 516.* Rheinhardus *p. 3. different.* 104. Zobelius *p. 2. differ.* 47.

172. Tum ex eo, quod alias sequeretur hoc incommodi, quod uti dictum supra, in omnibus censuum Constitutionibus consignativis seu impositiitiis, quæ in hisce Provinciis, per hujusmodi solennitates & effestucationes, mit handt, halm und mundt, etiam in pignoribus fieri solebant, pœna Commissi similiter subjacerent, quod tamen est contra jura communia, & praxim notoriam harum provinciarum. *gl. in c. constitutus de relig. domibus.* Immola *ad c. audientiam x. de rebus Ecclesiæ non alienand.* Andr. de Isernia *c. 1. §. de controversia inter dom. & empt. feudi.*

173. Quamvis enim Censuarius, mille annis cessaret à solutione canonis, non tamen caderet fundus in commissum; Joannes Wamesius *consil. 335. post.* Decium *consil. 146. & consil. 164.* Socin. *consil. 286. n. 8.* Carol. Molinæus *in consuet.* Paris. *tit 2. ad rubric. n. 12 & n. 43.* Fredericus Martini *olim Præceptor meus colenda memoria*, *tract. de Censib. cap. 7. post* Bart. *in l 1. §. 1. ff. de publican. & vectigalib.* Cravetta *in consil. 204. num. 20.* Menoch. *de præsumpt. lib 3. præsumpt. 107. num. 11.* Imo non valet pactum in contrarium adjectum Covarr. *lib. 3. var. resolut cap. 1. n 1.* Fred Mart. *d c. 7. n. 107.* Et Reverendissimus noster D. Wolterus Strevestorfius Episcopus, in suis floribus justitiæ, *de Censibus*, *disput. quinta Requisito 5.*

174. Concordat *Reformatio Juliacensis* §. wo aber umb bezahlung, &c. *in cap.* 107. von jährlichen zinßen und renthen aus ander leuht gutter &c. quæ distinguit inter jus reservativum, & impositum: Argumentum autem ab Emphyteusi ad Feudum valet. Menoch *consil. 16. n. 2.* Card. Tuscus *Tom. 1. lit. A. concl. 507. n. 34. & plurimi allegati per* Simonem Vas Barbosam *in principiis Juris pag. 55. lit. A. num.* 149.

175. Cum itaque ista differenria habeat magnam rationem, ut qui rem suam in alium transfert, plus juris in ipsa translatione habeat, ita ut legem traditioni dare possit; quæ ipsi placet. *l traditionibus C. de pactis.* non est mirum, quod Dominus, qui Feudum non dat, sed à Vasallo offerente accipit, adeo severus esse non debeat, ut præter servitium, etiam feudum ipsum, (quod offerens sine causa

176. jactare, & suis Posteris & hæredibus auferre velle, non præsumitur) ad se trahere velit. Alias non injuria dici posset, istas clausulas effestucationis, in fraudem legis commissoriæ, esse adjectas; sicuti solent adjici antiquitus, in omnibus constitutivis censibus, in quibus plerumque similes clausulæ inveniuntur, quæ facerent omnes contractus censuales emphiteuses, & idem cum emphyteuticis esse, nempe reservativos, in quibus lex commissoria non est vetita, sed naturalis: uti liquet, ex quotidiana praxi, quia simili modo sonant in iis clausulæ, ist darahn geerbt und geguft, hat solches underpfandt mit hand und mundt auffgetragen, sich darab enterbt. Ut supra clausula ista plene extracta est. *Hucfacit decisio, in terminis terminantibus, apud* Alvarum Valascum *consultat. 35. tomo.* 1.

177. Quamvis autem hoc tempore, quæstionem istam, an talis feudi constitutio valeat, disputare nolim, prout possem, uti constat ex Guidone Papa *decis. 272. & decis. 317.* Hoc tamen loco mihi sufficit, quod translatio dominii, per hujusmodi artifica, moribus nostris, quibus flare simul, & sorbere improbatur, non subsistit, ideo feuda eo recidere, ubi tantum in imaginario puncto fuisse finguntur, non possunt; & sic apertioni & commisso non est locus, Sande: *in suo comment. tract. 1. c. 1. n. 40. pag. 53. ubi allegat* Nicolaum Vallam *de rebus dubiis tract. secundo.*

178. Quapropter admodum rationi vicinum, & humanitati proximum esse puto, quod quidam non infimæ notæ Iuris consultus, Casparus de Pertica, *in causa dominii de* Hemmersbach, *ac Dominorum Scheifarden de* Meyrandt respondit, quod hi, qui pro tutela & mutuo honore, tam insignia bona sua allodialia Principibus in Feuda offerunt, non sint pari ratione cum aliis Vasallis, qui feuda sua ex mera liberalitate perceperunt, tractandi, neque ob sexus defectum in descendentibus, ex eorum corpore hæredibus, de quo casu neuter contrahentium tempore submissionis cogitavit, bonis a se profectis privandi, sed salvo feudali servitio, tanquam liberos habendos, & honorandos, cum videantur, se potius gratiæ Principis submisisse, quam libertati & dominio bonorum

179. suorum renunciasse. Videmus enim jure salubriter provisum esse, quod qui se gratiæ alicujus subjicit, non ideo juri suo, quod haberet renunciasse videtur. *text. in c. veniens 13. x. de renunciat.* Atque clientes apud Romanos, quibus Vasalli secundum multorum sententiam (Zasius *in l. 2. ff. de orig. Iuris* Budeus *in l. herrennius ff. de evictio*) successerunt; non ideo minus liberi erant, etiamsi neque autoritate, neque viribus, patronis suis pares essent, *per textum disertum in l. non dubito §. liber autem ff. de captiv. & postlim. revers.* ibi sive æquo fœdere, in amicitiam venit, sive fœdere comprehensum est, ut is populus alterius populi majestatem comiter conservet: hoc enim accipitur, ut intelligatur, alterum populum superiorem esse, non ut intelligatur, alterum populum non esse liberum.

180. Si enim ita de Feudo Contrahentes, tempore contractus fuissent interrogati, num feudum tali modo a libero homine oblatum, deficiente masculo ad Dominum potius, quam ad filiam devolvendum

vendum esset, nimis inverecunda fuisset Domini intentio, si filiam tam devoti Vasalli, excludere cogitaret, qui videlicet sciebat, quemlibet, qui initium cotractui facit, & a quo materia pervenit &c. sibi & hæredibus cujuscunque sexus prospicere censeri, *l. tale pactum* §. *fin. ff. de pactis c. 1. tit. de duobus fratribus.*

Neque enim præsumendum, quod Vasallus rem suam allodialem, tali oblatione, in qua se tantum officio certi ministerii subjecit, etiam in proprietate donare voluerit, quandoquidem donatio nunquam præsumitur, quamdiu alia conjectura capi potest, Decius *in l. cujus ff. de reg. juris* Menoch. *lib. 2. de arbitrar. judic quæstion. casu* 88. *l. eleganter.* § *qui reprobos ff. de pignor. act. l. si cum aurum ff. de solut.* Bal. *in l. generaliter C. de non num. pecun. l. cum de indebito ff. de probat l. 7. ff. de donat.* Donare enim est perdere *l. filius famil. 7. ff. de donat. l. 1.* §. *sed etsi non mortis ff. de tutel. & ration. distrahen.* Mascard. *de probat. concl.* 554. *n. 2. & 3.* 181. 182.

Perdere autem non est virtutis, sed vitii, quod jura interpretando nequaquam augent, sed potius cohibent. Goddæus *consil. 26. vol. 3. n. 66.* Imo fatuitas potius, quam donatio præsumenda est. Bald. *in d. l. generaliter C. de. non num. pecun.* Wesenb. *ad tit. de donat. n. 6.* Vel etiam error Iason *in l. juris gentium* § *sed cum nulla num. 28. ff. de pactis.* Menoch. *d. casu 88. in pr. & n. pr. & n. 3.* Creavetta *consil. 77. n.* 14. Curt. Iun. *consil. 56. n. 5.* Ruin. *consil 215. n. 22. lib.* 1. Valentin. Forsterus *consil. 10. n. 70. volum. consiliorum Marpurg.* 4 183.

Hinc est, quod quamvis Clericus ex spontanea sua oblatione, potest super titulum sui Patrimonii ordines accipere. *c. Episcopus 4. &c. tuis. 23. x. de præbendis, ubi gl.* dicit, talem tam in bonis quam persona Clericali privilegio gaudere, *in d. c. Episcopus. in verbo subsidium,* per hoc tamen non transfert dominium bonorum suorum in Ecclesiam, quia per hoc non præsumitur illa donasse. 184.

Quamvis itaque per oblationem hujusmodi, quo se futurus Vasallus ad fidelitatem, & ad obsequia communia cæterorum Vasallorum, obligat, per hoc tamen non subjicit, sua bona caducitate tam facile, cui subsunt alii Vasalli, qui bona feudalia ea lege a Dominio acceperunt, ut propterea in causa dispari & ex variis circumstantiis compositi, & mixti feudi, hi Vasalli ad deterrimam feudorum conditionem, videlicet feudi recti redigantur. 185.

Nunquam enim negotium mixtum concludit ad suum simplex, quando illud sui simplicis notissimos terminos egreditur, *argumento l. Lucius ff. depositi, l. Aristo 18. ff. de donat.* §. *adeo Instit. locati. l. cum in venditione 36. de contrah. empt. l. 1. C. de jure Emphyteut.* Sed illa videtur esse complexio rigidorum Feudistarum, quæ est, vel aranearum, vel vasis acetarii, ut quodcunque in fundis acescat, vel in telas ac retia convertatur. 186.

Fredericus Sandius refert, Zelandos habere duo feudorum genera, bona ac mala, *tit. 3. cap. 1.* §. 5. *pag.* 101. *edit. post pag.* 94. Ex quibus mala dicuntur, quibus soli succedunt masculi, mitiori tamen malitia, quam noster Adversarius prætendit, possunt enim fœminæ certo tempore feuda redimere: Iam miror, si per nostros Feudistas in malis generalis regula firmabitur; bonis vero probationis laqueus injiciatur; an dicent omnia feuda esse mala;

Sed litem hanc non infeliciter dirimere videtur Dn. Vultejus *in lib. 1. c. 5. de Feudis in fine.* ubi tandem ex Bursato *consil. 46. n. 17. vol. 1.* tradit, ad hoc, ut res propria ab alio in feudum recognosci possit; hæc tria requiri. Primum, ut Dominus sciens rem suam propriam, uti alienam recognoscat ab alio, qui similiter sciat, dictam rem alienam, ut suam recognosci. Secundum, ut recognoscens id agat animo alienandi, donandi & subjiciendi rem dictam alieno dominio, non animo simpliciter recognoscendi rem suam. Tertium, ut hoc constet, non per verba confessionalia, seu enunciativa alicujus Instrumenti, sed verba dispositiva & inductiva translationis alicujus dominii, alioquin vero uno ex his deficiente, non transfertur jus in alium, ne in Imperatorem quidem. Bald. ad speculatorem *de feudis in fine* Socin. jun *consil. 65. n 3. & 4. vol. 1.* Ruinus *consil. 40. n. 12. vol. 1.* Roland. a Valle *consil. 1. n. 109.* Cephal. *consil. 168. n. 71.* Burs. *d. consil. 46. num.* 14. 187. 188. 189. 190.

Cum vero nulli dubium esse possit, nisi quis majores nostros plane cœcos & fatuos præsupponeret, in omnibus nostratium infeudationibus oblatitiis, duo posteriora requisita deficere; Certe caute magis, quam juste, cum Evangelico Villico facit Syndicus Metropoliticus, quod curet, ne primæ investituræ Paribus Curiæ edantur, ne Castrum Reinsheim restituere, & a reliquorum concupiscentia abstinere, compellatur. Nam juxta *Rosenthalium* recognoscens rem propriam, in feudum tanquam Domini; errore potius, quam animo transferendi dominium fuisse, præsumitur. *cap. 6. concl. 68. num.* 19.

In summa, non est difficile probatu, Feuda in universum posterioribus his seculis creata, præsertim vero Ecclesiastica, toto genere a Feudis antiquis & Longobardicis rectis dissidere, ideo iisdem regulis in puncto successionis & devolutionis constringi non posse, quod aperte testatur Knichen *de vestitur. paction. p. 1. c. 4. n. 40.* nec multum refragatur Claudius Cantiuncul *in fine consil 18. & consil. 19. num.* 20. 191.

Nam frequentius in sententiam glossæ *in c. unico, si de feudo Vasallus ab aliquo interp. fuer lib. 2. tit.* 25. itum est, in mera pecunia, vel re mobili quæ usu consumitur, feudum consistere non posse, ut 192.

ut

ut ex definitione supra allata, manifestum est, nisi subsit aliquid, quod vicem rei immobilis suppleat, ut in Feudo Cameræ (Mangelt) vel Cavenæ, ac Soldatæ cernitur, ubi Dominus Feudi constituit Vasallo reditum annuum ex Camera Domini, & reditibus ad illam spectantibus, solvendum, Schrad. *p. 2. c. 3. n. 81. & seqq.*

193. Ad constitutionem vero Feudorum recentiorum, maxime Ecclesiasticorum confertur Vasallo pecunia, ob quam Vasallus ex propriis suis allodialibus bonis, certum reditum annuum, & quidem plerumque ad proportionem decuncem, & sic in medietate ultra justum pretium, & respectu ejusmodi reditus, Vasallus homagium & obsequium præstat, assignat; atque sic fictitium reditum constituit sibi à se ipso, ex bonis propriis debendum, ac fit simul debitor ac Creditor, ejusdem rei nomine, intolerabili contrarietate, & concursu plurium fictionum contra jura, *l. cum post. §. gener. juncta glossa ff. de jure dotium l. 1. & ibi gl. in verbo dotis. C. de dot. promiss. Can. singula distinct.* 89.

194. Hoc probatur inprimis ex documentis, supra hoc eodem capite allegatis, præsertim ex documento sub dicto num. *396.* exhibito, in quo Archiepiscopus Coloniensis promisit Joanni de Milar, ducentos clipiatos, si constitueret reditum viginti clipiatorum, vel in suis bonis propriis, vel inde tot bona emeret, quæ istum reditum pendere possent (quod tamen impossibile videtur) cum tamen isti 200. clipiati, justa constitione, non possent, nisi decem pendere. Ejus rei vestigium

Backenhoff. reperitur etiam in actis hujus causæ, sub n. *392.* in terminis des Backenhoffs, ubi permittitur assignatio reditus, ex propriis Vasalli bonis, in casu, si reditus à Domino assignatus, relueretur.

Deinde probatur ex pluribus Kiriandri Extractibus, in secundo Archiepiscopali fundamento late recensitis, quos brevitatis studio hic non repeto, sed eo Lectorem remitto.

195. Tertio probatur ex multis exemplis à *Sandio*, ex Curia Gelriensi, in suo tractatu Feudali allatis *tit. 1. de primis acquirendi feudi causis n. 6. fol. 35. (edit. post. fol. 33.)* ubi tale adducitur exemplum.

196. Universis præsentes literas visuris & audituris, ego Wernerus dictus Rode, de Altsheim miles, cupio esse notum, quod cum Nobilis & Vir potens, Reinaldus Comes Gelriæ & Zutphaniæ me suum fecit fidelem & Vasallum, & mihi dedit & assignavit centum marcas Brabantinorum denariorum, tribus hallenis pro denario computatis, ego vicissim ipsi propter hoc demonstravi annuos reditus, decem marcarum monetæ prædictæ, in bonis meis propriis, sitis in Parochia Ecclesiæ de Dornheim, quos quidem reditus supra dictos, ego Wernerus Miles prædictus, vel mei hæredes & successores, ab ipso Dn. Comite Gelriense, & ab hæredibus & successoribus, Comitibus Gelriæ, in feudum habebimus, & exinde sui & suorum hæredum Comitum Gelriæ, fideles erimus, & perpetui Vasalli, & de his debebimus, sicut alii fideles & Vasalli, Comitatus Gelriæ fideliter deservire, harum testimonio literarum, meo sigillo proprio, una cum sigillo discretorum virorum, Domini Hermanni de Dille, Tulemanno de Arckheim, militum fidelium, & Vasallorum Domini Comitis Gelriæ, ad preces meas, & in testimonium præmissorum, præsentibus appensis firmiter munitarum: Nos ergo Hermannus & Tulemannus milites prædicti, fatemur sigilla nostra, ad preces Dni Werneri militis, in testimonium, præmissorum, præsentibus appendisse: Datum Anno Domini 1335. Dominica proxima post ascensionem Domini.

197. Idem Sande *d. loco num.* 10, *pag.* 34. aliud ponit exemplum, in quo alius ab eodem Comite, ducentas accepit marcas, assignaturus pro iisdem, non nisi similes decem marcas, subsequente verborum serie.

Universis præsentes literas visuris & etiam audituris, nos Joannes de Rymburg, Advocatus Provincialis, per Sperogiam, volumus esse notum præsentibus, recognoscentes, quod ducentas marcas denariorum Coloniensium, pro quibus Nobilis Vir, Reinaldus Comes Gelriensis, nos in fidelem suum acquisivit, intra spatium futuri anni, in allodium, valens decem marcarum reditum, convertemus, vel saltem ipsi de bonis nostris propriis, decem marcarum reditum assignando, reddemus & designabimus, ac dictos reditus, nos & nostri hæredes, legitime à Domino nostro Reinoldo prænominato Comite, ac suis successoribus perpetuo habebimus & possidebimus titulo Feudali, in cujus rei Testimonium, præsentes literas tradidimus, nostro sigillo communitas, Datum Coloniæ, Feria sexta ante Pentecostes, Anno Domini 1297.

198. Aliud sub num. 12. sic sonat. Nos Otto de Kuich, Dominus de Zelheim, miles, universis ad quos præsentes pervenient, cupimus esse notum, quod nos ab excellenti viro, Domino nostro Comite Gelriensi, trecentas libras, titulo feudi recepimus & levavimus in parato loco, quarum trecentarum librarum, dicto Domino nostro, annuos reditus triginta librarum, dicto Domino nostro, annuos reditus triginta librarum, in Multura nostra, dicta teutonice Gemalß apud Malsen assignavimus, ita videlicet, quod nos & nostri hæredes, annuos reditus triginta librarum, à prædicto Domino nostro Comite Gelriense, & à suis hæredibus in prænotata multaria, jure feudali erimus perpetuo servati, in cujus rei testimonium, sigillum nostrum præsentibus est appensum, Datum anno Domini 1311. Dominica ante conversionem Pauli Apostoli.

199. Similis investituræ exemplum, adducit & recenset Andreas Knichen *de vestitur. pactionibus p. 2. c. 5. n.* 156. Ego Eligerus de Hecker miles, universis hanc literam visuris, cupio esse notum,

quod

quod Nobili viro Domino Theodorico Luif de Cleve, facta eidem fidejussoria cautione, promisi, quod sibi in meo allodio & meis bonis, ad valorem sexaginta marcarum Coloniensium, demonstrabo & assignabo, in loco ei bene competenti; indeque homo legius, quod vulgariter dicitur Ledig Mann, contra quoslibet, & ei contra quoslibet, adsistere & servare promisi, sic facient mei hæredes, hæredibusque ipsius Domini Theodorici supradicti, præsentem literam ei donanti, eidem promissorum evidens Testimonium, sigilli mei munimine roboratum; Datum Anno Domini 1270. In vigilia ascensionis Domini.

Quæ quidem infeudandi consuetudo, licet cum Feudis Cameræ quandam similitudinem habeat, tamen quoad devolutionem & aperturam, evidentem secum fert differentiam; quandoquidem reditus Feudi de Camera, non ex bonis Vasalli, sed à Camera Domini levantur, & sic feudo aperto, tantum arcentur successores à perceptione; In hisce vero recenter inventis Feudorum generibus, non posset Dominus Feudi agere ad Commissum contra hypothecam, quia in pignoribus & hypothecis, lex Commissoria jure est prohibita, *toto titulo de feudo dato invicem Legis Commissoriæ c. significat x. de pignor. l. fin. in princ. ff. de contrah. emptione*, ut sæpe allegatum fuit. Etsi 200. 201.
quid ad Dominum reverti deberet, vel in Commissum cadere, hoc non posset excedere id, quod à Domino profectum, vel illud, quod à Domino, feudi titulo emptum vel constitutum est, nempe sors, vel pensio ipsa, ne pro 300. libris. 3000. & forte plura (præter servitia impensa) repetat, quod esset absurdissimum, ut supra sæpe diximus, *& docet* Rosenthal. *cap. 2. concl. 32. n. 13. & cap. 10. concl. 43. n. 16. & seqq.*

Imo inveniuntur etiam clausulæ modernorum Feudorum, in quibus Vasallus ad paucorum 202.
nummorum receptionem, profitetur, se factum hominem ligium, nulla hypotheca, vel fundo designato, ut est apud *d.* Sand. *exemplum sub num. 9. pag. 34.*

Ego Joannes de Malesburg, notum facio universis, quod factus sim homo ligius Nobilissimi viri, Gelriæ & Zutphaniæ Comitis, nomine ducentarum marcarum, tribus halleris, pro denario computatis, mihi daturum & soluturum, quas ego ipsi acceptos fero, literis præsentibus, in ejusque rei notitiam, hisce literis meum addidi sigillum. Datum die Saturni, post festum S. Urbani.

Aliud, sed per exemplum, suppeditat supra citatus Andr. Knichen. *d. pag. 2. cap. 5. num.* 158.

Ego Everhardus de Harcker miles, de præsenti scripto protestor, me esse ligium hominem Comitis Clivensis, contra quoslibet, Domino Archiepiscopo Coloniensi & Comite Gelriensi exceptis, Datum Anno Domini 1270. feria quarta post palmas. 203.

Quæ forma, quia solum in personam dirigitur, Feudum facere non potest, *toto titulo, Feudum sine Investitura non consistere,* & tantum eo fine adducitur, ut pateseat, Feudorum mores posterioribus, temporibus ita esse immutatos, ut jura feudalia Longobardica, ante inspectionem Consuetudinum Curiarum hujus seculi, inutiliter allegentur, atque ideo Syndicum Archiepiscopalem per histeron-proteron, omissis Investituris, & stylo moderno, in solo jure feudali scripto spem suam perperam collocasse, ac Serenissimum Principem, per suos Consiliarios in avia & præcipitium seductum esse. 204.

Quandoquidem igitur hujusmodi modernorum Feudorum species Jure Longobardico, non tantum non sunt cognitæ, sed etiam reprobatæ: in vanum in illo jure se fundat Syndicus, quod jus feudale, tales species non vidit, nec agnoscit, & in quibus diversissima militat ratio.

Cum Consuetudines feudales nihil sint nisi Consuetudines, & non obtinent, nisi sint in sua 205.
specie receptæ, *c. 1. de feudi cognitione*, sintque tam odiosæ, ut facile reducantur ad jus commune, Vultejus *consil. 33. n. 54. vol. 1. per vulgatam l. in bello §. facta ff. de captiv. & postlimin. reverf. l. denique ff. ex quibus causis major l. si emancipati. C. de collat. l. 2. C. de donat. inter vir. & uxor.* Joseph. Ludowic. *Dec. Perusin. 62. n. 25.* Mynsing. *obs. 96. cent. 5. n. 1.* Geil. *observ. 36. lib. 1.* quæ quidem plane probanda est. Mascard. *de probat. concl. 423. n. 10. 20. & 26.*

Et quamvis alias Consuetudines Feudales Longobardicæ, ex eo, quod jam in foro & Scholis communiter receptæ sunt, speciali probatione non indigeant, Isernia *& omnes Dd. in præludiis feudorum.* Schrader. *part. 1. quæst. 1. n. 6.* Tamen ex eo jure non probantur hujusmodi noviter inventæ formulæ, & naturalia novorum feudorum in reditibus, in ipsorum Vasallorum bonis constitutis, ac generaliter leges Feudorum Ecclesiasticorum, Krumbstabische Lehen; quæ ideo particulare nomen, ex post facto sortitæ sunt, quia natura & proprietate ab aliis differunt, ut supra dictum est, cum constitutio feudorum in reditibus annuis, in tempore introductarum Feudalium Consuetudinum Mediolanensium, nec dum cognitis, vel saltem non frequentatis; ad antiquas Feudorum Regulas, tota origine & genere differentes, & in longe diversis rationibus fundatas, sine populi consensu trahi non possunt. Idcirco per acceptationem librorum feudalium, hæc longe diversa feuda; illo tempore ignota, non potuerunt esse acceptata, sed recidunt ad Successiones Juris communis, idque eo magis, quod *Isernia*, Feudistarum Evangelista, fateatur jus feudale esse asininum, carens ratione, & ideo non servari ubilibet. *tit. de notis feudorum. §. finali in fine.* 206. 207. 208. 209.

Quamvis autem negari non possit, Episcopos & Abbates, quando Imperatores ad bella comitabantur, etiam recta feuda probabiliter, forte collatorum dono, possedisse, ut claret *ex titulis Episcopum vel Abbatem & ex tit. de cont. inter Episcop. & Vasallum.* Tamen quia multo major est 210.
nume-

numerus eorum Feudorum, quæ ex oblatione habent, imo vix talia his locis inveniuntur, ita ut à majore parte, hodie sumenda sit denominatio; admodum veritati est simile, quod Ecclesiastici, ex eo, quod in suis feudis à secularium rigore recesserint, & Fœminas eorumque liberos ad Feuda admiserint, pios Christianos ad offerendum propria allodialia, pro decore Ecclesiæ, ubi pericula expeditionum militarium non ita, ut apud Laicos erant frequentia, ad feuda invitaverint & pelle-
211. xerint; in quem finem proverbium, ex usu & observantia ortum, Krumbstab schleust niemand auß/rc. multum contulisse probabile est.

212. Successio itaque feudi regulatur secundum jus commune feudale, in expresse determinatis, ac feudistico jure cognitis, & in sua specie acceptatis, Præpositus *in c. 1. de gradibus succed. in feudo* Rubeus *consil. 63. n. 2.* Menoch. *consil. 498. n. 9.* ideoque ad nova, incognita & ignorata non est producenda.

213. Ineptum autem est, Feudistas Consuetudines Curiæ feudalis, quæ in mero facto consistunt, & de novo recenter emerserunt, ex solis Scholis, & reliquiis Longobardici Juris reformare, regulare & deformare conari.

Hinc specialis decisio, hoc loco ex Jure Mediolanensi, quod talem novam speciem ignorat, frustra exspectatur, ubi ignorati nulla potest esse decisio.

214. Quæ ratio in Feudis Ecclesiasticis fortius militat, in quibus præ aliis secularibus, curvum baculum Episcoporum, der Krumbstab, potestatem coarctatam Prælatorum designare, testatur Thomas Purpurat. *in l. Imperium n. 91. de Jurisdict.* Crusius *annal. Sueviæ. pag. 1. lib. 10. c. 14. & lib. 12. c. 4.* Knichen. *de pactis vestiturar. cap. 4. num. 33. & num. 40. fol. 257. & c. 3 n. 6.* Philippus Matthæi *Marpurgens. consil. 26. lib. 2. n. 56. 62. & 117.* Gœdd. *consil. 37. n. 754. 845. 46. 1067.* Vultejus *consil. 12. n. 43. vol. 4.*

215. Hinc concludo, Feuda hujusmodi imposititia, quæ ab aliis tota origine longe differunt, præcipue in Feudis Ecclesiasticis, & nihilominus etiam in secularibus, atque adeo Imperatoriis, nunquam Domino aperiri, juxta Responsum Alciati *supra sæpius allegati, consil. 106. consil. 1. lib. 3.* lex enim vel dispositio generalis, restringitur ex ratione paticulari *l. cum Pater §. dulcissimus. ff. de legat. 3. l. si decerta C. de transact.* & ubi eadem militat ratio, par inferanda Iuris decisio. *c. unico §. 1. de allodiis.*

SUMMARIA TERTII FUNDAMENTI PARIUM CURIÆ.

1. *Post Investituras & stylum* Curiæ, *prius vicinorum usus, quam jus scriptum respiciendum.*
2. 6. 38 *In dubio consvetudo vicinæ consideranda, quæ communicationem consvetudinis operatur.*
3. *Vicini Coloniensium recensentur.*
4. *Monasterienses circa feuda humani & discreti.*
5. *Deploma Monasteriensium, ac declaratio discretionis circa feuda.*
7. 9. *Trevirenses vicini, an conformentur ad* Krumbstab? *quod sic.*
8. *Trevirenses privilegia magis exorbitantia, quam* Coloniensis *prætendunt.*
10. *Episcopatuum finis præcipuus, animarum ad pascua, non armatorum ad prælia, deductio.*
11. *Ubi par ratio, ibi æqualis juris dispositio.*
12. 15. 19. *Feuda Trevirensia constant ex allodiis Vasallorum.*
13. *Iniquum est, Vasallos sangvinem & vitam pro Domino ponere, & eorum liberos ac filias bonis exui.*
14. *Exclusio fœminarum, conservationem filiarum magis, quam emolumentum* Domini *respicere.*
16. *Rariora non attenduntur.*
17. *A potentiori fit denominatio.*
18. Feuda *Trevirensia imaginarie empta.*
20. 27. *Colonienses cum Trevirensibus aliisq; vicinis, ab antiqua Lotharingia avulsi, mores feudales retinuerunt.*
21. *Historicis Testibus.*
22. 24. 26. *Bruno Archiep. Colon. factus Dux Lotharingiæ.*
23. Krumbstab ein Kruick.
25. *Comites Arensbergii dederunt Archiepiscopo Colon. jus gladii in urbe Colon.*
28. 30. 31. 32. *An a Regula Curvi Baculi Moguntini & Herbipolensis eximendi.*
29. *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
33. *Moguntini & Herbipolenses a* Carolo *Magno originem ducunt.*
34. *Sigillum Herbipolense.*
35. *Lex Salica derivatur a Seligenstat, aliis a Sala.*
36. 37. *Erlongus Episcopus Herbip. primus gladium sibi anteferri curavit, quod alii imitati.*
39. *Qualitas Feudalis magis à consvetudine facti quam scripta dependens facile mutatur.*
40. *Investituræ & concessiones dubiæ, ab observantia interpretationem accipiunt.*
41. 42. *Observantia non debet necessario esse præscripta, quia est interpretativa.*
43 *Nec requirit scientiam superioris.*
44. 45 46. *Probaturque per famam & documenta, quæ designantur.*
47. *Feuda per viam successionis translata*
48. 52. 53. *Per alienationem, ubi mulieres sæpe concurrunt in acquisitione, & cum clausulis hæreditariis.*

49. Per

49. *Per viam Retractus etiam fœmineos.*
50. *Per pacta dotalia.*
51. 60. *Dominus investiendo mulieres, aliquid de suo jure remittit.*
54. *Feudum alienabile transit ad quemcunque hæredem.*
55. 56. *Semel alienabile semper alienabile.*
57. 58. *Fœminæ in prioribus Investituris vocatæ, veniunt, ex posterioribus sine earum nominatione.*
59. 60. *Qualitas adveniens Enti, mutat ejus naturam.*
61. *Qualitatis feudi mutatio, facit, fœminam succedere.*
62. *Notorium consvetudinis, probatur exhibitione plurium documentorum.*
63. *Unius famosi Doctoris testimonio, de consvetudine suæ Provinciæ attestantis, creditur secundum plerosq;.*
64. *Referuntur Doctores, de consvetudine Coloniensi testantes.*
65. *Archiepiscopi Ernesti solius testimonio, sine pudoris læsione contradici nequit.*
66. 67. *Solemnitas tanta, non requiritur in probatione consuetudinis jam introductæ, quam introducendæ.*
68. *Consvetudines feudales, excludentes fœminas in defectu masculæ sobolis, sunt odiosæ.*
69. 70. *Favor Exclusionis non Dominum, sed familiam respicit.*
71. *In dubio interpretatio contra Principem latissime facienda.*
72. 73. *Res qualibet facile ad primævam naturam relabitur & ad jus commune.*
74. *Finis feudalitatis non est impinguatio Domini, sed fidele servitium, & defensio vasalli.*
75. *Feudi Definitio.*
76. *Ad introducendam consvetudinem quatuor requiruntur.*
77. *Titulo & bona fide in ea opus non est.*

Tertium Fundamentum, Parium Curiæ, Consuetudines Vicinorum, concordare cum Coloniensi, & observantiam pro Vasallis stare.

PORRO, quod si etiam adhuc Curiæ nostræ Stylus, nos in hac causa deficeret; prout certissimis argumentis non deficere, jam probatum est, tamen necdum ad rigidam illam dispositionem Iuris feudalis Longobardici, deveniendum esset, sed prius adhuc inspiciendum veniret, quid in Vicinis Provinciis, usu receptum esset, vel quid longa observantia obtinuisset, Vultejus *sæpe citato consilio 47. n. 31. late* Gœddæus *consil. 37. n 753. vol 4.* 1.

Quando enim est dubium, an de Consvetudine alicujus Provinciæ, in recipiendis ad Feuda fœminis, appareat, videndum est, quid in Vicinia usu observetur *c. cum super eod. &c cum olim x. de Censibus.* Castrens *consil. 437 n. 2. vol. 2.* Bursat. *consil. 161. n. 20.* Menoch. *consil 228. num. 55.* Boër. *decis. 263. n. 9.* Cravet. *de antiquit. tempor. par. 4. num 53. & seqq l venditor. §. si constat ff. communia prædiorum.* Cravet. *consil. 94. n. 5. & consil. 118. n. 3.* Knichen *de vestiturar. pact. p. 1. c. 1. n. 50* Quales Coloniensium vicini sunt hoc loco Episcopatus Leodiensis, & Monasteriensis, ex Secularibus Ducatibus, Lutzenburgicus, Limburgicus, Iuliacensis, Gelricus, Clivicus & Montensis; de quibus, quod in iis Fœminæ a Feudis regulariter non arceantur, supra liquide doctum est, testis est in his terminis Iohannes Gœddæus *consil. 37. num. 794. 795. & n. 858. vol. 4.* 2. 3.

Monasterienses Episcopi discretionem & humanitatem suam, expresso diplomate, Vasallos suos cohonestarunt, ut refert Fredericus a Sande *dicto Comment. cap 3 §. 7. n 7.* cui adstipulatur Paulus Wehenerus *in suis observationib. sub lit. F. in verbo* Guldische Lehen / Erb oder Weiber-Lehen / *rc.* Schrad. *tom. 1. consil. 12. & consil. 14. n. 129.* Illud diploma refertur his verbis. 4.

Bona, quæ a nostra Ecclesia recognoscuntur in feudum masculinum, vel ministeriale per successionem hæreditariam, permittimus ad filias, si non fuerint alii, sicut ad filios, nec aliqua hujusmodi bona occupabimus, nisi ea primitus nobis a Paribus nostris ac Vasallis fuerint adjudicata, nec ea tunc ultra annum & diem retinebimus, & si infra illud tempus, nec masculini nec fœminini sexus hæredes compareant, tunc illa bona alicui personæ ad hoc habili conferemus, & nequaquam nobis reservabimus, vel mensæ nostræ applicabimus, Anno 1555. Dominica esto mihi. 5.

Vicinitas autem operatur communicationem, & Consuetudinis extensionem, text *in cap. super eod. x. de. Censibus.* Gœddæus *d. consil. 37. vol. 4. n. 753. & 1150.* Knichen. *d. c. 1. n. 50.* Castrens. *consil. 437. sup. dictis n. 2. vol. 4.* Cravetta *consil. 118. n. 3.* Bursat. *consil. 161. n. 20. Idem* Cravetta *de antiquit. tempor. q. 4 n. 53. & seqq.* Menoch. *consil. 228. n. 55.* Boerius *decis. 263. n. 9* 6.

Et quia sola inter omnes Vicinas Provincias, Diœcesis Trivirensis, quæ ab Austro attingit Coloniensem, restat; de qua dubium esse possit, utrum in illa proverbium, krumbstab schleust niemand aus, obtineat; quamvis ego, sentinam istam, in hoc loco invitus moveo, tamen ne vel tantillus scrupulus rei maneat, ac etiam, quia Trevirensis simile, imo multo exorbitantius privilegium prætendit: hoc loco vicinos istos præterire nequeo, quin quid sentiam, ad scribam, aliorum tamen judicio salvo. 7. 8.

9. Et non video, quare à tam celebri communique dicto, Trevirensis Ecclesia excipi debeat, in
10. qua eadem ratio, quæ & in cæteris, militat, scilicet, quod Episcopatuum præcipuus finis spirituale
11. regimen animarum, & ovium ad pascua; non armatorum ad prælia deductio spectetur. Gœddæus *d. consil.* 37. *n.* 40. *& seqq.* idcirco videtur eadem juris dispositio obtinere debere, per jura vulgata *l. illud. ff. ad l. Aquil. l. si postulaverit.* §. 2. *ff. ad l. Jul. de adulter l. quidam nummularios ff. de edendo.* Cravetta *consil.* 183. *n.* 3. Quia eadem ratio decidit omnes casus, qui veniunt sub ratione, non per extensionem, sed per comprehensionem, Petr. & Cyn. *in l. jura* C. *de legibus.* Alex. *consil.* 75. *vol.* 1. *in l. si non sortem. ff. si certum petatur.* Petr. Surd. *consil.* 302. *n.* 22. *& consil.* 301. *n.* 20. *& consil.* 443. *n.* 26.

Altera ratio etiam in Trevirensi Diœcesi locum invenit, quod scilicet Feuda, non ex propriis allodiis Archiepiscoporum, sed ipsis allodiis Subditorum, & sæpe numero ex oblatione spontanea
12. fidelium Petromannorum (uti se indigitare solebant) aut certe dato pretio constituta sunt. Idcirco iniquissimum esset, ut deficientibus masculis, iis qui sæpe vitam & sanguinem pro Domino fude-
13. runt, & indies fundere parati esse debuerunt; Filiæ ex eorum corpore natæ, absque sua culpa Feudis privarentur, eaque ad Archiepiscopatum, cujus nunquam fuerunt, devolverentur. Cum tamen tota ratio exclusionis fœminarum, in favore agnationis magis; quam Dominorum Feudi consistat, Gœdd. *d. consil* 34. *num.* 1014. *per text. c. unico si de feudo defunct. inter Dominum & Vasallum.*
14. §. *inter filiam &* §. *defuncto*, Raphaël Cumanus *in l. pure per illum text. ff. de jure fisci*, Angel. Aretin. *in l. sciendum ff. de appellat. recip.* Henrichman. *consil.* 1. *num.* 29. *lib.* 2. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 92. Brunus *consil.* 117. *num.* 132 Regner. Sixtin. *consil.* 12. *n.* 83. *lib.* 2. *Marp.*

15. Feuda Trevirensia cum reliquis feudis Ecclesiasticis, Krumbstabische Lehen, parem originem habere, probatur ex Kyriandro (*quem* Magerus, Gœddæus *& alii boni authores sæpe citant*) *in Commentario de Augusta Trevirorum, par* 15 *fol.* 124. *& seqq.* Ubi dicit Henricum Palentinum Comitem Rheni (Palenß) resignasse beato Petro & Venerabili Trevirorum Archiepiscopo Joanni, die Paschæ, in Curia Episcopali apud Trevirim, Advocatiam illius Civitatis, cum omnibus appertinentiis, tam feudatis, quam non feudatis, nec non omnia annualia, servitia, quæ Prædecessor suus supradictus habuit in Villis Archiepiscopatis.

Item acquisivit Castrum Sein, à Comitibus Henrico & Fratre, &c Coloniæ in Palatio Episcopali eodem die, quo venerabilis Episcopus Joannes, Dominum Brunonem in Coloniensem Archiepiscopum consecravit sub hac forma &c. Archiepiscopus vero & omnes sui Successores in Feudum concedent, idem Castrum viciniori hæredi, sive sit masculus sive Fœmina & pag. seq. Idem
» Archiepiscopus acquisivit Castrum Starckenburg, Hauptvhren ꝛc. Wervall ꝛc. decem mansos in
» Lambach, quæ omnia ipse Ecclesiæ Trevirensi contulit, & ab Archiepiscopo in beneficio recepit &c. cætera à dicto Kyriandro, quæ transcribere longum nimis esset, peti possunt. Et licet inter reliqua, nonnulla allodialia emerit prius d. Archiepiscopus, ac postea forte in feudum dederit, tamen ea tam sunt pauca, ut inde regula formari nequeat, neque in considerationem trahenda sint;
16. Textus *in l.* 6. *τὸ γὰρ ἅπαξ ff. de legibus.* Rosental. *cap.* 7. *concl.* 43. *n* 15.

Quod semel aut bis fit, prætermittunt Nomothetæ.

17. Et denominatio fit à potentiore *l. si is qui in aliena ff. de acquir. rer. domin. l. quæritur ff. de statu hom. l.* 1. *in princ. ubi Gloss. ff. de verb. obligat.*
18. Plurima enim & pleraque Feuda, imaginaria emptione, pecunia comparata sunt, prout fol. 42. narrat, Balduinum ultra triginta Feuda emisse, item pag. 145. Feuda etiam & homagia plurima comparavit Ecclesiæ, Dno. Duidelendorff contulit 200. lib. Domino Frederico de Novo Castro 200. lib. Wernero Reingravio 200. lib. Domino de Blanckenheim 250. lib. Meilberg 200. lib. Bruberg 150. lib. Keil. 400. lib. Meisenberg 300. lib. Domino Jefrido de Ballicht & Dn. Cunoni 1000. lib. Turon. Dn. Conrado & Wernero de Wormsberg 300. lib. Turon. Dn. Isenbardo de Heiss 300. lib. Turon. Domino Friderico de Tettingen 200. lib. Dn. Boemundo de Saraponte 400. lib. ut Castrum Daginstull, alias Daginstein, ligium esset Ecclesiæ Trevirensi. Item Comiti Geminipontis & Domino Kirckell 1000. lib. Domino de Manderscheidt 150. lib. Domicillio de Brandenburg, 140. lib. Domino Henrico de Helffenstein 200. marcas, Comiti de Dietze 200. marcas, Multa denique comparavit homagia, pro quibus 100. libras paulo plus vel minus singulis contulit, pro reditibus comparandis vel assignandis &c. quæ tædii vitandi causa omittuntur Hæc ille, quorum similia Vasalli Colonienses facile prodituri creduntur, si sua Reverendissima Serenitas petitas editiones Jurium fecisset, prout ad hoc de Jure tenetur. Wesenb. *consil.* 224. *n.* 67. *&* 68.
19. Remanet itaque Diœcesis Treverensis sub Regula Feudorum Ecclesiasticorum, & sub pedo Pastorali ac Curvo Baculo, ita, ut Syndicus Archiepiscopalis Coloniensis, nullum vicinum Principem Secularem vel Ecclesiasticum in orbem nominare possit, qui Fœminas in defectum masculini sexus excludere præsumat. Quæ vicinitatis præsumptio, non minus in Trevirensi ac Coloniensi, quam
20. in Leodiensi Diœcesi militat, quod omnes hæ Regiones ab antiqua Lotharingia, in qua feuda ad modum allodiorum redacta & mitigata reperiuntur, sint avulsa, atque ita facilius pristinam na-

turam

turam præ omnibus aliis Feudis Ecclesiasticis, Krumbstabische lehen, retinuerint, teste *locupletissimo*
Joanne Gœddæo *citato consil.* 37. *n* 754. 755. 857. *& seqq. ac alibi passim.*

Nec dissentiunt Historici, nam inprimis Chronicon Coloniense (sub Wigfrido 24. Episcopo 21.
Coloniensi, & sub Ottone Primo fol. 128. §. wie Lottringen das hertzogthumb, und durch wen an
das Bisthumb von Cöllen ist kommen, quo loco narrat, quod Imperator Otto Magnus, devicto
Gilberto, ultimo Lotharingiæ Duce, cum consensu Principum Imperii Ducatum Lotharingiæ,
Germano suo Brunoni Archiepiscopo, der vorhin pflag zu gebrauchen einen stab mit einer krucken, 22.
deinceps judicaret & pugnaret gladio, & sese Archiepiscopum simul & Ducem Lotharingiæ indigi- 23.
taret.

Sic Petrus quoque *Divæus*, eundem Brunonem inter Duces Lotharingiæ numerat *lib.* 6. *rerum Brabanticarum* circa finem.

Nec abnuit Kyriander *in d. commentario par.* 13. *pag.* 106. quando dicit, tales præfectos, habuisse omnes pene liberas & regales urbes, præsertim Regni Lotharii: Coloniæ Agrippinæ Comites erant
Aresburgii vel Arnsbergii; nam in ipsius Urbis Annalibus proditur, gladii potestatem & Præfectu- 25.
ram Justitiæ, sicut adhuc per Episcopos ibidem amplissime exercetur, &c. cessione Comitum, ad
Archiepiscopos venisse, & *part.* 10. *pag.* 55. Brunonem Archiepiscopum mox ab interitu Conradi,
Universæ Lotharingiæ Ducatum accepisse, nisi verius sit, quod Regino annotat in Anno Christi 953. 26.
Brunonem, tunc Archiepiscopum Coloniensem, & totius Regni Lothariensis Ducem factum, Regnum una cum Episcopatu suscepisse.

Huc etiam Dn *Rosentalium* in suo consilio feudali pro hæredibus de Reinßheim respexisse non 27.
ambigo, quando in prima ratione decidendi *n.* 7. auguratur ex historicis, Feuda quæ infra Mosellam
sunt, & olim ad Regnum Austrasiæ & Lothariæ pertinuerunt, rigorosæ masculinitatis Consuetudini non esse subjecta.

Quod si vero quis ab hac Regula proverbiali, Krumbstab schleust niemand auß, Archiepisco- 28.
patum Moguntinum & Herbipolensem Episcopatum excipere voluerit, id ei per me licet, nec multum repugnabo, quia talis exceptio, Regulam in non exceptis firmiorem ac catholicam reddet
l. nam quod liquide §. fin. primo responso ff. de pœnu legat. l. quæsitum §. idem respondit & ibi gl. in verbo
non potest ff. de feudo Inst. legato c. 2. *x. de conjugio leprosorum.* 29.

Maxime, quando illud ipsum singularibus, atque reliquis non ita communibus rationibus niti 30.
videtur, quarum una esse potest, quod isti Principatus in Jura Laicorum Principum, Juri com- 31.
muni Feudali assuetorum, nempe Regum & Ducum Franciæ orientalis, vel Franconiæ successerunt:
altera, quod isti Episcopatus non tantum jura Feudalia Imperii & Mediolanensia recepisse, sed &
tenacius continuasse videntur, ideoque non est in disparitate rationis, ab aliis trahendum ad consequentiam & in argumentum. 32.

Nam Petrus Bertius in Commentariis rerum Germanicarum refert, in Herbipoli Sanctum Bo- 33.
nifacium Archiepiscopum Moguntiacensem, ope Pipini & Caroli Magni, Ecclesiæ junxisse Ducatum Franciæ, eoque fieri, ut utrumque sit Præsul Herbipolensis, Episcopus, inquam, & Dux Civilis. Itaque in sigillo suo illum habere, Herbipolensis Stola & ense judicat sola, vel ut ponit Sebastianus Munster *lib.* 5. *Cosmographiæ cap.* 331. Herbipolis sola, judicat ense & Stola. Andr. Knichen *de sublimi territorii Jure cap.* 4. *n.* 243. *alias* 206. Unde & lex Salica à Selingstat, originem 35.
& nomen traxisse, nonnullis creditur, licet alii diversum sentiant, & ab aula quam Saal vocamus,
derivari velint. Hondius autem in parvo Atlante, à quodam Salgasto, ex Regni Proceribus deduci
vult, mihi *pag.* 190. *in Descriptione Galliæ.*

Et quamvis posterioribus temporibus, tam Colonienses Archiepiscopi, quam Episcopi Leodienses, gladii potestatem & ceremoniam quoque nacti sunt, tamen quia illi Lotharingis, ut dictum, successerunt, non est mirum, si eorum etiam mores in successione feudi retinuerunt.

Primus enim Erlongus Wirtsburgensis Episcopus, evaginatum gladium sibi præferri curavit, quod cum æmularetur Bremensis, Adrianus Pontifex, Abbati Campodunensi privilegium dedit, ante meridiem missas celebrandi, post meridiem juridicundo præsidendi. Knichen *dicto loco n.* 254. *&* 262. Attamen Herbipolenses Vasalli fruuntur aliquibus singularibus gratiis, qualis est, quod Feuda dimidiotenus, sine Domini consensu alienare possint. Rosental. *cap.* 3. *conclus.* 58. *n.* 46.

Observantiam itaque atque Consuetudinem, tam hujus quam Vicinarum Provinciarum, in 38.
materia feudali spectandam esse tradunt. Bald. *in l.* 2. *ff. de fideicom libertat.* Alexand. *consil.* 35. *n.*
5. *vol.* 2. Menoch. *præsumpt.* 98. *n* 8. *lib.* 3. *& consil.* 65. *n.* 6. Purpur. *consilio* 367 *n.* 77. *text. in c.* 1.
ubi Dd. de feudi cognit. c. 1. §. *& quia videmus, de his qui feud. dare poss.* Wesenb. *consil.* 74. *n.* 25.
Menoch. *consil.* 104. *num.* 13.

Cum enim omnis qualitas & natura Feudorum à Consuetudine potissimum dependeat, non 39.
mirum, Feudi naturam generalem, à Jure feudali scriptam, sæpius mutari, per tradita à Bald.
dict. §. *& quia videmus.* Natta *consil.* 35. *n.* 3. *& consil.* 600. *n.* 19. Corn. *consil.* 97. *n.* 7. *vol.* 1. Paris.
consil. 13. *n.* 75. *vol.* 1. Decius *consil.* 218. *n.* 9. *& consil.* 614. *n.* 8.

Investituræ enim & concessiones dubiæ, ab observantia accipiunt interpretationem & decla- 40.

 rationem

rationem Bald. *in d. l. 2. §. quibus C. de fideicom. libertat.* Menoch. *consil.* 65. *n.* 60. *& consil.* 598. *n.* 2. Parif. *consil.* 22. *n.* 24. Franciscus Betius *consil.* 101. *n.* 47. Purpur. *consil.* 367. *n.* 77.

41. Quæ observantia tam est privilegiata, ut non requiratur eam esse præscriptam, quia non est
42. inductiva, sed interpretativa actus præcedentis, unde dicitur, quod in Consuetudine interpretativa, non requiritur præscriptio, sed sufficit sic aliquo tempore esse observatum: Castrens. *consil.* 174. *in fin. vol.* 1. Aretin. *consil* 11. *n* 5. Corneus *consil.* 133. *in fin. vol.* 1. Natta *consil.* 106. *n.* 26. *vol.* 2 Cravetta *consil.* 118. *n.* 2. *vol.* 1. Menoch. *consil.* 49 *n.* 21. *& consil.* 165. *n.* 7. Hermannus Vultejus *consil.* 16. *n.* 46 *vol.* 4.

43. Nec opus, ut superior hanc observantiam sciat, modo non contradicat, Bart. *in l. de quibus ff. de legibus. ubi* Jason *n.* 30. Vultejus *consil.* 33. *n.* 78.

44. Et probatur per solam famam, Regner. Sixtinus *consil.* 11. *vol.* 2. *n.* 28. huc facit *l. quis sit fugitivus §. ego puto, & l. quod si nolit. §. quia assidua ff. de ædilit. edicto. c. nisi essent x. de prabend.*

Quod autem in hac Diœcesi à 300. Annis in feudorum successionibus (de quibus hoc loco
45. potissimum disputatur) observatum fuerit, id pluribus Documentis, ad acta productis, & amotis impedimentis ex adverso causatis, porro producendis, tam in genere, quam in singulis individuis, ulterius in posteriore parte sub calcem (si divinitas vitam & gratiam largiri dignata fuerit) clarescet.

46. Interea vero Extractus, in usum posteritatis, & hujus causæ, sub proverbio, Krumbstab schleust niemand aus, typis publicatus in Indice & Catalogo, supra, in secundo Parium fundamento expressim prolixius specificatis, tota serie demonstrant, quo pacto, & quoties feuda Colo-
47. niensia, partim via successionis muliebris, ut sub n. 1. 2. 3. 5. 6. 11. 12. 15 17. 20. 21. 22. 23. 28. 29 31. 32. 33. 34. 35. 36. 39 44. 46. 47. 48. 49. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 58 59. 61. 63. 66. 69. 72.
48. 74. 76 78. 79. 80. 81. 82. 85. 86. 87 89. 91. 93. 95. 106. partim via alienationis (sæpe inscio Domino factis, tamen postea confirmatis) n. 13. 14 17. 18. 19. (ubi expressim vigore Consuetudinis) 37. 42. 45 47. 60. (ubi iterum in vim Consuetudinis) 62. 64. 66. 68. 69. 71 77. 78 100.
49. Item in centuria secunda num. 47. in actis verò num. 339. & num. 40. in actis 332 imo etiam per viam Retractus per cognatos ex linea fœminina conjunctos, sciente & patiente Principe, n. 45. In
50. actis num. 72 & 73. Item num. 334. partim via Pactorum Nuptialium, Dotium ac Donationum propter nuptias n. 3. 5. 6. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 61. 67. 68. 69. 72. cum approbatione Domini, uff ein Morgengaab cum transfixis Principis. Item 73. 74. 92. 93. 94. 96. 97. 98. & ex centuria secunda num. 47. in actis n. 335. &c. in alias familias translata sint, ac Dominum Feudi ab apertione
51. ejusdem excluserint. Dominus enim investiendo mulieres, & ab iis causam habentes, de jure suo, si quod habuit, remisisse videtur. *Feudistæ in cap.* 1. *quæ fuit prima causa ben. amitt & c.* 1. *quo tempore miles*, Hypolit Riminald. *consil.* 355 *n* 13. *lib.* 4. *& consil* 513. *n.* 81.

Aliis enim feudum in dotem sine Domini consensu datum committitur, nisi per Consuetudinem salvetur. D. Rosent. *c.* 9. *concl.* 8. *n.* 1. *& seqq*

Quo loco singulariter notandum, quod licet alias Pater, in Castrensi peculio, (quale est Feudum maternum Filii) usum fructum non habeat, in Ducatibus tamen Juliacensi, Clivensi, Montensi & Archiepiscopatu Coloniensi, teste locupletissimo *Rosentalio*, illum habeat. Rosent. *de feud. cap.* 10. *concl.* 6. *n.* 4. Item notat *Referens Testamenti feudalis Syntagmate* 4. *decis. Cameræ in* 2 *responso. n.* 239. Ususfructum feudorum, ad demortuorum fratrum relictas viduas, ex Curiæ Consuetudine devolvi, quod est evidentissimum argumentum, Feuda Nostratia, procul omni dubio esse promiscua.

Quod confirmatur ex actis hujus causæ ex articulo 61. Elisivorum, junctis articulis 124. & 125. Deductionalium, ubi Mater Rutgeri Velbrucken, Maria von Lutzenradt, post mortem filii sui, feudum Hæreditarii Camerarii obtinuit, quæ ex possessorio à Syndico Archiepiscopali allegato, nullum colorem prætexere potuisset, nisi Consuetudo promiscuæ successionis fuisset notoria.

52. In hisce itaque Feudis etiam plurima reperiuntur, in quibus fœminæ concurrunt, in acquisitione & emptione, atque sic illarum personæ ad successionem qualificantur. Wesenbecius *consil.* 281. *n.* 36. 71. *&* 94. Vultejus *de feud. c* 9. *n.* 40. *noviss.* 46. *c.* 1. *de feudo fœminæ.* Mantica *lib.* 23. *de tacit. & ambig. convent. tit.* 15. *num.* 14. *&c.*

53. Plurima enim habent expressim, clausulas potestatis alienandi, & similes, quæ important qualitatem feudorum hæreditariorum *in c. de feud. non habente propr. nat.* Decian. *consil.* 58. *n.* 36 *&* 55. *lib.* 1. Feudum enim rectum & alienabile esse, sunt contraria. Hieronymus Gigas *consil.* 5. *n.* 9. Menoch. *consil.* 61. *n.* 24. Knichen *de vestit. pact. p.* 1. *c.* 2. *n* 93.

54. Quinimo Feudum, quod pacto vel Consuetudine est alienabile, transit ad quemcunque Successorem etiam singularem, Guilhelm. Benedict. *in cap. Raynutius in verbo, uxor. vers.* 5. *decis. §. de Testamentis.* Roland. à Valle *consil.* 2. *n.* 19. *& consil.* 41. *n.* 26. Burs. *consil.* 40 *n.* 13. Guido Papæ *consil.* 214. *n.* 7 Goddæus *d. consil.* 37. *n.* 1168. *& n.* 1174. Intriglio lus *quæst* 39 *n.* 107. Flamin. de Rubris *consil.* 20. *n.* 73. Cavalcan. de Brachio Regio *p.* 1. *n.* 237. *& seqq* Rosent. *c.* 9. *concl.* 39. Zuchard. *consil.* 75. *num.* 53. Nam feudum concessum pro se, & quibus dederit, etiam absque consensu Domini alienari potest. Fachinæus *lib.* 7. *controvers. c.* 82.

Res

Res autem semel alienabilis, perpetuo præsumitur alienabilis. *c. 2. de feudis.* Caldas *de renovat. Emphyt. quæst.* 11. *n.* 30 Cævallos *communes contra communes quæst.* 897. Scaccia *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 47. *memb.* 1. *num.* 111. Gozadin. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 6. *n.* 194. Joannes Franciscus Leo *in Thesauro fori Eccles. part.* 1. *c.* 18. *num.* 3. Intrigl. *de feud. cent.* 1. *quæst.* 39 *num.* 14. Alvarott. *c.* 1. *num.* 2. *versic. sed aliam, &c. de beneficio fœmin.* Schraderus *consil.* 14. *n.* 193. *vol.* 1. *c.* 1. *de his qui sibi & hæred &c.* Thesaurus *decis.* 227. *n* 8. Ferret. *consil.* 87. *n.* 18. *vol.* 1. Anchor. *consil.* 174. *n.* 1. Isernia *c.* 1 *n.* 8. *Episcop. vel Abbat. &c.* Surdus *consil.* 317. *num.* 23. *lib.* 3. 55.

Et Feudum semel transmissibile, semper manet transmissibile, Zuchardus *consil.* 35 *num.* 55. 56. etiam per unum actum. Andreas Knichen *de vestit. pact. par.* 1. *c.* 3. *n.* 337. *& seqq. & p.* 1. *cap.* 5. *num.* 44. *&* 48. Vultejus *consil.* 12. *num.* 20. *&* 22. *vol.* 4.

Fœminæ enim in antiqua investitura specialiter comprehensæ, admittuntur, etiamsi in posterioribus earum non fiat mentio. *cap.* 1. *de success. feudi.* Mantica *de tacit & ambig. convent. lib.* 23. *tit.* 15. *n.* 14. 57.

Ac Fœminæ Feudorum sunt capaces, quando inveniuntur aliquando investitæ (uti in prima centuria Krumbstab, sæpissime constat) nam tunc alteratur Feudi natura, & fit Feudum anomalum. *d. c.* 1. *de feudo non habente propriam feudi naturam.* Wesenb. *d. consil.* 281. *n.* 93. Garzonius *de fœminis ad feuda recipiend. n.* 121. Joannes Gœddæus *consil.* 37. *n.* 734. *& seqq. & n.* 1143. *versic. Sexto refutantur.* 58.

Qualitas enim adveniens enti, mutat illud in diversam naturam & speciem, licet non mutet substantiam *c. cum Martha §. quæsivisti x. de celebratione missarum c. statuimus de elexione in* 6. Menoch. *consil.* 35 *n.* 15. Hypolytus *sing.* 520. *qualitas, &c.* Surdus *decis.* 2. *& consil.* 321. *n.* 12. Menoch. *remed recuper.* 6. *n.* 8. Brunus *de augmento* 3. *quæst. princip. n.* 7. Card. Tulchus *tomo* 1. *lit. A. concl* 82. *num.* 12. *&c.* 59.

Dominus vero consentiens Vasallo dotanti filiam de feudo, mutat feudi naturam, & fit novum feudum, Mantica *de tacit. & ambig. conventionibus lib.* 23. *tit.* 3. *n.* 25. Et Dominus ad benevolentiam, qua semel usus est, astringitur, de quo infra videnda, quæ 5. fundamento, numeris 15. 16. & multis sequentibus adferuntur. 60.

In tali enim alteratione succedit Fœmina in feudo, contra primævas Investituras, quandoquidem investitura prior declaratur per investituram posteriorem. Decian. *consil.* 58. *n.* 60. *vol.* 2. 61.

Quamvis autem stante hac observantia, non sit magnopere laborandum de probanda Consuetudine, tamen sat superque eadem hactenus est probata, quia notorietas Consuetudinis, probatur inspectione plurium instrumentorum, Tiberius Decian. *responso* 48. *n.* 132. *& responso* 51. *n.* 88. *vol.* 2. Vultejus *consil* 46. *n.* 26. *vol.* 4. Cravetta *de antiq tempor. par.* 1. *§. ampliatur n.* 16. *Idem* Cravetta *d. consil.* 134. *n.* 9. Curtius Junior *consil.* 106. *num* 5. *in fine.* Angel. *in l. vetustissimam C de jure Dominii impetrando.* Wesenb. *in parat. ff. de legibus n.* 9. Socin. Jun *consil.* 93 *vol.* 1. Bart. & Jalon. *in l. de quibus ff. de legibus.* Bald. *ad l. fin. C. ad Vellejanum.* Marantha *disput.* 2. *num.* 30. 62.

Etsi unius famosi de provinciæ, in qua versatur, Consuetudine attestantis Doctoris testimonio creditur. Gabrielius *lib.* 1. *de probat. concl.* 4. *n.* 4. Vivius *commun. opin. lit. D. opin.* 20. Mynsinger *observat.* 96. *centur.* 5. Mascard. *de probat. concl.* 426. *n.* 19. *vol.* 1. Curt. Jun. *cons* 60 *n.* 5. *vol.* 1. Bursat. *cons.* 43. *n.* 13. *vol* 1. Grat. *cons.* 17. *n.* 18. *& plures quos allegat.* Vult. *d. cons* 46. *n.* 32. *vol.* 4. *Item* Knichen *de vestit. pact. p.* 1. *c.* 1. *n.* 51. *&* 52. *alias n.* 45. licet sint etiam, quibus hoc non satis arrideat, nisi sub distinctione, quæ huic particulari non nocet. Rosental. *cap.* 9. *concl.* 7. *n.* 6. Quanto magis creditur *Rosentalio, Sandio, Gœddæo, Fichardo, Wehenero, Knichenio & toti Facultati Juridicæ, in Metropolitana Colonia,* atque ipsi demum Archiepiscopo Ernesto, qui annis 29. eundem hunc Archiepiscopatum gubernavit, cui in tam solemni legatione, notorietatem alleganti, credendum est, cujus testimonio sine pudore ac læsione verecundiæ, contradici non potest, sicuti nec Syndicus quidem Archiepiscopalis hactenus contra illud publice & aperte hiscere ausus fuit. 64. 65.

Maxime cum tanta solennitas non requiratur in Consuetudine jam introducta, probanda, quanta in introductione requiritur, Aymo Cravetta, *consil.* 73. *n.* 32. Gœddæus *d. consil.* 37. *n.* 844. Jas. *consil.* 46. *vol.* 1. Decianus *responso* 96. *num.* 8. *vol.* 3. 66.

Nam cum Consuetudo jam introducta & formata, sit jus, alia probatione opus non habet, quam quod jus jamdudum est. At si de introductione; qua, an jus fieri incepit, aut jus fieri possit, quæstio fuerit: quia Consuetudo est facti, *c.* 1. *in verbo, quia in facto consistit, de confess. in* 6. *gl. in l.* 1. *quæ sit longa Consuetudo.* Burs. *consil.* 360 *n.* 29. Decianus *resp.* 5. *n* 42. *vol.* 1. *& resp.* 62. *num* 24. *vol.* 2. Zal. *in d. l. de quibus ff. de legibus n.* 3. tunc merito plene probanda est. 67.

Unde sequitur meras illas ratiocinatiunculas, quas Syndicus Archiepiscopalis, suis Deductionalibus articulis, sub articulo 135. de actibus ad introducendam Consuetudinem, & animo illam inducendi, movere nititur, in ventum abire & evanescere; cum hoc loco de Consuetudine jam dudum introducta, & 300. annis usu recepta, & usque ad invasionem vel occupationem Castri Reinßheim, continuata, agamus,

M 3 Acce-

68. 69. Accedit his, quod Constitutiones Feudales, excludentes fœminas à paterna feudi successione, maxime in defectu masculæ prolis, in quam omnis favor, magis quam in Dominum inclinat, sunt mere odiosæ & nullo favore asperſæ. *text. in d. l. maximum vitium* C. *de liberis præteritis & l. 1. C. unde vir & uxor.*

70. In dubio enim inter Dominum & Vasallum, pro Vasallo potius, quam pro Domino pronunciandum, Raphaël Cumanus *in l. puto, per illum textum ff. de jure fisci* Ang. Aretin. *in l sciendum ff. de appellat. recipiend.* Henrichman. *consil.* 1. *n.* 29. *lib* 2. *& consil.* 489. Menoch. *præsumpt.* 92. *n* 6. *lib.* 3.

71. Et generaliter juris est, quod concessione aliqua facta, si agatur de præjudicio Principis concedentis, & commodo ejus, cui concessio facta est; in dubio late interpretatio fieri debeat, contra concedentem, qui legem apertius discere potuisset. *l. veteribus ff. de pactis l. inter stipulantem* §. 2. *ff. de verb. oblig. & l. si semper in obscuris ff. de reg. Juris & plures allegati à* Regnero, Sixtino, *conf.* 11. *n* 84. *vol.* 2. *Ubi ex* Cephalo *cons.* 369. *n.* 76. *addit.* liberalitatem Principis tendere ad augendum non diminuendum (minus auferendum) *per leg. finalem C. de præpositis agentium in rebus lib.* 12. Brunus *tr. de diminut. concl. 6. vers. idem etiam.* Cum quælibet res facile ad primævam suam naturam redeat, *c. ab exordio, distinct.* 35. *l. si unus.* §. *pactus ne peteret ff. de pactis.*

72.

73. Facillime itaque introduci potuit Consuetudo Juri communi & rationi naturali conformis, contra rigorem exorbitantis Juris feudalis, in favorem potius fœminæ, à primo acquirente descendentis contra Dominum, in quo omnis ratio conservandæ familiæ masculinæ cessat.

74. Feudalis enim Constitutionis finis non est, impinguatio Domini, sed servitium & fidelitas, à parte Domini, defensio, & conservatio familiarum à parte Vasallorum, ut patet ex definitione feudi, *quam tradit* Schraderus *de feudis.* Quod sit contractus nominatus stricti Juris, in quo Dominus utile dominium rei immobilis, vel æquipollentis, alteri & hæredibus illius masculis, perpetuo & gratis, investitura interveniente, ea conditione, ut is ipsi ad fidelitatem præstandam, & ad servitia honesta & possibilia præstanda, obligetur. concedit Schraderus *p.* 2. *cap.* 2. *in principio*, à qua definitione non multum recedit Rosental. *in suo responso in causa* Reinſheim, *in prima ratione dubitandi, in principio*, & Julius Clarus §. *feudum quæst.* 4. *post* Molin. ibidem allegatum, & fundatur *in cap. unico. In quibus causis feudum amittatur* §. *in primis vers. hujus autem generis.*

75.

Attamen, quia ista Schtaderi definitio est feudo recto, tantum accommodata, & sic angustior definito, idcirco nostræ disputationi magis convenit, quam Dominus Rosentalius suo laudatissimo operi præfixit. Feudum esse beneficium, quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietas rei immobilis beneficiatæ, seu in Feudum datæ, penes dantem remaneat, Ususfructus verò illius ita ad accipientem transeat, ut ad eum, hæredesque ejus masculos aut fœminas, si hoc actum (adderem vel consuetum est) in perpetuum pertineat, ad hoc, ut ille, & ejus hæredes, fideliter Domino serviant, sive servitium sit determinatum, sive non.

76. Ex communiore autem Doctorum sententia, tantum quatuor in præscribenda Consuetudine requiruntur, nimirum, ut sit legitime præscripta, frequentia actuum, ac etiam tacito populi consensu confirmata, & sit rationi consentanea. Mynsing. *obs.* 41. *cent.* 6. Geil. *lib.* 2. *obser.* 31. Hermannus Vultejus *consil.* 33. *n.* 63. *vol.* 1. ubi longum tempus decem annorum sufficere asserit. *per l. diuturna ff. de legibus. institut. de usucap. in princ.*

77. Introducenda autem Consuetudine, nec titulo, nec bona fide opus est. Wesenb. *in paratit. ff. de legibus. n.* 9. *ubi* Jason *n.* 84. Vultejus *d. consil.* 33. *n.* 67. Nec opus, ut superior sciat, modo non contradicat. Bal. *in d. l. de quibus* Jason & Vultejus *dd. locis.* quæ omnia hoc loco demonstrata esse, ex superioribus constat.

Quia igitur ex dictis manifestum evadit, observantiam Curiæ Coloniensis, Consuetudini omnium Vicinarum Curiarum præsumi, ac esse persimilem, cum nihil in contrarium adferri possit, in quo hac in parte discrepent. At verò in Provinciis Vicinis hactenus, ante litem hanc motam, sine contentione regulariter (de quo solo hoc loco disputatur) Fœminæ earumque hæredes, ac filii, ad feuda admitti solitas esse, jam probatum est; Efficitur Pares ac Vasallos hujus Curiæ, intentionem suam, argumento Vicinitatis, sufficienter implevisse.

SUMMARIA QUATRTI FUNDAMENTI.

1. 2. 6 8. Reinſheim *feudum mere hæreditarium esse probatur per sententiam.*

3. *Regulariter alias in feudo nemo succedit, qui ab Acquirente primo non descendit.*

4. *In feudo mere hæreditario succeditur sicut in allodialibus.*

5. *Tam quoad successionem, quam alienationem.*

7. *Sententia contra jus Constitutionis lata, est ipso jure nulla.*

9. *Gubernator Belgii Requisentius judicavit Feuda Coloniensia hæreditaria.*

10. 11. 12. *Quid sit feudum mere hæreditarium?*

13. 14. 36. *De eo potest Vasallus absque Domini consensu testari.*

15. *In eo sine dubio succedunt cujuscunque sexus descendentes.*

16. 21. *Nunquam hodie exclud itur Filia.*

17. 19. *In feudo proprie Fœmineo, tamen masculus*

culus remotior, excludit fœminam proximiorem, secus in Curia hoc

18. 27. *In feudo hæreditario succeditur ultimo defuncto, in recto, primo acquirenti.*

20. *Contrahentes à stylo Curiæ recedentes, sibi non aliis præjudicant.*

22. *Absurdum est, Feuda Coloniensia respectu Agnatorum pro impropriis; Domini vero contemplatione, recta habere velle.*

23. *Res eadem non debet diverso jure censeri.*

24. 25. *Agnatis magis quam Domino in dubiis favendum.*

26. *Jure Longobardico excluderet Patruus Magnus, tam Filium quam Filiam, si primo acquirenti succedendum sit.*

28. 29. *Ergo Feuda Longobardica nobis antiquata vel nunquam recepta sunt.*

30. *Quia hæreditariam successionem non agnoscit Jus Longobardicum.*

31. Erblehen *ad quosvis hæredes transit.*

32. *Moribus Germaniæ Feuda in dubio, præsumuntur hæreditaria, secundum plerosque.*

33. 34. *Facultas testandi convincit Feuda nostra, mera esse hæreditaria.*

35. *Feudum non mere hæreditarium, ne uni filiorum quidem assignari potest.*

37. 39. 40. 41. 42. *Testamenta per Vasallos facta, recensentur.*

38 *Dominus potest ratificare Vasalli testamentum, in præjudicium suum, non autem cognatorum.*

43. 44. 45. 46. *Hæreditariam qualitatem probant tot alienationes adductæ.*

47. 48. *Similiter Dotes & Donationes propter nuptias.*

49. *Quod alias feuda recta non ferunt.*

50. 51. 52. 53. *Coloniensia Feuda ex Vasallorum bonis sunt recognita, ideo hæreditaria & transmissibilia.*

54. 55. *Clausulæ Hæreditariæ, alienationibus insertæ, convincunt qualitatem hæreditariam.*

56. *Idem arguitur inde, quod Vasalli, decessorum debita solvere cogantur.*

57. *Feudum hæreditarium unde nominetur.*

58. 59. 60. 61. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69 70. 71. 76. 78. 79. 80. 81 84. 85. 86. 87. *Quæritur, an in hæreditariis feudis simul cum masculo succedat Fœmina.*

62. *Regulariter Fœmina à pari masculo excluditur.*

75. *Fœmina quamvis per Investituram cum masculo concurrere posset, tamen potest Consuetudine excludi.*

77. *Fœminas, potius concedendum est, ad successionem cum mari concurrere, quam Dominum Fœminam excludere.*

82. *Judex sine exceptionis probatione, contra Regulam judicans, facit litem suam.*

83. *Favori pro se introducto, quilibet potest renunciare.*

Quartum Fundamentum Parium Curiæ, &c. quod Feuda Coloniensia sint mere Hæreditaria.

QUarto possunt se fundare Vasalli, quo ad Successionem Fœmineam in feudis, ad exclusionem Domini (quæ sola in Controversiam venit) ex eo, quod supra ex sententia contra Orsbeck, in causa Reinsheim lata, necessario sequatur, Feuda Coloniensia esse mere hæreditaria, & ad quemcunque hæredem, etiam extraneum devolvi, quando fratri uterino feudum illud adjudicatum fuit, 1. quod alias in feudo recto, vel etiam mixto fieri nequaquam potuisset, ut habet communis opinio, teste Hermanno Vultejo *consil.* 33. *n.* 45. *& seqq. vol.* 1. *consil.* 47. *vol.* 4. *n.* 10. *post.* Marian. Socin. 2. *consil.* 103. *n.* 28. *vol.* 2. Tiberius Decianus *consil.* 58. *n.* 30. *& seqq. n.* 3. *vol.* 2. Mozz. *de substantia feudi n.* 95. Jason *in præludiis feudorum n.* 47. Socin. *consil.* 72. *n.* 13. *vol.* 1. Cravetta *consil.* 756. *n.* 8. *vol.* 2. Julius Clarus §. *feudum quæst.* 9. *n.* 2. Andr. Geil. *obs.* 154. *n.* 9. *lib.* 2. Curt. Jun. *de feudis p.* 3. *membro* 2. *de success. mascul.* Bursat. *consil* 22. *n.* 2. *vol.* 1. *& consil.* 76. *n.* 7. Molineus *in Apostilla ad Alexandrum consil.* 30. *n.* 1. Kirchovius *cent.* 2. *commun. opin. concl.* 34. Borchold. *de feudis c.* 8 *n.* 76. Grassus *receptar. sententiar. &c.* §. *hæreditas, quæst.* 3. *n.* 10. *& in* §. *legatum, quæst.* 26. *n.* 1. Rosenthal. *in Synopsi feudali c.* 7 *n.* 133. Bald. *in c. in præsentia n.* 20. *x. de probat.* Afflictus *in c.* 1. §. *in generali n.* 7. *si de feudo defuncti.* Alex. *consil.* 195. *n.* 4. *vol.* 6. Gozad. *consil.* 6. *n.* 43. *& consil.* 57. *n.* 22. Roland. à Valle, *consil.* 60. *n.* 49. *& consil.* 79. *n.* 43. *vol.* 2. Ruin. *consil.* 25. *n.* 6. *vol.* 1. *& consil.* 18. *in fine vol.* 2. *& consil.* 105. *n.* 7. *vol.* 3. Menoch. *consil.* 129. *num.* 10. Bald. *in l.* 1. *quæst.* 45. *& quæst.* 48. *ff. de rer. divis.* Alex *in l. si patrum in princ. ff. ad Trebell.* Jas. *in l.* 2. *n.* 198. *C. de jure Emphyteutico.* Cacheran. *decis. pedem.* 161. *n.* 9. *& decis.* 169 *n.* 4. Roland. à Val. *consil.* 5. *n.* 45. *& consil.* 54. *n.* 40. *vol.* 3. Et sic in Camera judicatum ostendit Gilmannus *Symphor. tomo* 4. *part.* 1. *vot.* 9. *num.* 135. Rosenthal. *cap.* 2. *concl.* 35. *n.* 3.

Alias regulariter in Feudo nemo succedit, nisi ex primo acquirente descendit *c.* 1. *de Feudo Marchiæ, c.* 1. *de successione feudi.* Alvarot. *ad cap.* 1. *de eo qui sibi vel hœredib. masculis & fœminis, &c.* 3. Goedd. *d. consil.* 37. *n.* 1. 159.

In Feudo vero mere & absolute Hæreditario, judicatur, ut de rebus aliis patrimonialibus hæreditariis, Alex. *consil.* 18. *n.* 19. Cravetta *consil.* 256. *n.* 8. Decius *consil.* 78. *n.* 6. Gigas *de pension. quæst.* 19. *n.* 13. Grass. d. §. *hæreditas. quæst* 12. *n.* 21. Clarus d. *quæst.* 9. Vultejus *d. cosil.* 47. *n.* 11. 4. Curt. Iunior. *de feud.* 62. Iason. *in l. quadam* §. *nihil interest, ff. de edendo.* Paris. *consil.* 23. *n.* 169. Roland.

land. a Valle *consil.* 3. *n.* 65. *consil.* 60. *n.* 49. *consil.* 96. *num.* 37. *vol.* 1. *consil.* 79. *n.* 34. *vol.* 2. Garzonius *de fœmin. ad feud. recip. restrictione* 2. *n.* 79. Geil. *lib.* 2. *observ.* 154. *in fine*, Rosenthal. *cap.* 7. *concl.* 6. *n.* 1. & *concl.* 57. *n.* 2. & 4. *concl.* 6. *num.* 2. *concl.* 60. *n.* 2. 5. *concl.* 16. *n.* 15. & *eod.* 9. *cap. concl.* 42. *n.* 2. *concl.* 72. *n.* 6.

5. Idque tam quo ad successionem quam alienationem. Sylvanus *consil.* 30. *n.* 75. & *seqq.* Cravetta *d. consil.* 285. *n.* 8. Bursat. *d. consil.* 21. *n.* 2. Roland. a Valle *consil.* 3. *n.* 63. & *consil.* 42. *n.* 12. *vol.* 1. Rosenthal. *cap.* 9. *concl.* 40. *n.* 43. Item quoad causam, titulum & onera hæreditaria, & quod repudiata hæreditate recusari non potest.

6. Nisi enim Pares Curiæ, in ista causa, Consvetudinem Curiæ & naturam Feudorum mere hæreditariorum præsupposuissent, & in animo habuissent: Feudum illud, excluso cognato Dißberg, fratri uterino adjudicare non potuissent: maxime, quando id in sententia pro causa adducitur & allegatur, Nae dem rc. Reimar von Reinschem, sein bruder rc. ein rechte Lehens Erb, zu dem vorigen Schloß waß, und nae seinen Todt, Johan. Burß: sein Bruder, sein recht erb ist und solte das vorge. Schloß Reinschem rc. Johan von Reinßheim und seinen erben bleiben, alias illa sententia
7. tanquam contra jus Consvetudinis lata, fuisset ipso jure nulla. *l. si expressim ff. de appellat. l.* 2. *C. quando provoc. non est necesse*, Bart. & Iason. *in l. præses* 27. *l. cum pro latis* 32. *ff. de re judicata.*

8. Quo loco notandum, signanter dici, Reimarum Reinßheim fuisse legitimum feudalem hæredem, ein recht Lehen-Erbe, fratrem autem uterinum Ioannem, istius hæredem esse legitimum, ac ideo uterino adjudicatur: Ergo sequitur Feuda Coloniensia uti mere hæreditaria judicari, instar allo-
9. dialium, vel saltem illo tempore pro mere hæreditariis illa habita fuisse, quo etiam Gubernatoris Requisentii præjudicium apud *Sandium* spectare videtur *tit.* 3. *c.* 1. §. 7. *n.* 5. *pag.* 106. *edit. post. pag.* 99.

10. Absolute autem & mere hæreditarium Feudum illud est, quod datur alicui pro se & quibuscunque hæredibus, Rosenthal. *cap.* 2. *concl.* 35. Cravet. *consil.* 256. *n.* 3. & 8. Burs. *consil.* 22. *n.* 21. Geil. *obs.* 154. *n.* 9. & *seq. lib.* 2. Hoc vero proprie hæreditarium dicitur Grass. §. *fideicomm. quæst.* 50. *num.* 2.

11. Cujus natura est jure hæreditario succedere, non tamen quoad Successores, sed etiam quoad
12. succedendi causam & qualitatem, instar allodialium bonorum, titulo hæredis. Unde hoc feudum etiam pars hæreditatis dicitur, Geil. *d. obs.* 15. 4. *n.* 22. Hartm. *p.* 1. *quæst.* 1. *n.* 37. *lib.* 2. Eberh. Iunior *consil.* 50. *n.* 19. *vol.* 2. Gœdd. *consil.* 26. *n.* 222. *vol.* 4. Rosenthal. *cap.* 9. *concl.* 42. 2. & *cap.* 9. *conclus.* 5. *n.* 4. Et irrequisito Domino potest oppignorari, ita, ut hæc onera etiam soluto jure Vasalli maneant, Rosenthal *cap.* 9. *concl.* 16. *num.* 15. Unde de eo etiam potest Vasallus testari, &
13. Domini consensu non habet opus, Roland. a Valle *consil.* 42. *n.* 13. *vol.* 1. Rosent. *cap.* 7. *concl.* 6. *n.*
14. 1. & 5. Borscholt. *de feud. cap.* 8. *n.* 6. Alienandi enim facultate concessa, includitur alienatio, quæ fit Testamento, Bald. *in c.* 1. *in principio in verbo dederit de feudo non habente propriam nat. feudi*, *ubi* Afflictus *n.* 2. Roland. *consil.* 3. *n.* 11. 12. 60 & *consil.* 42. *n.* 8. *vol.* 1. Alex. *consil.* 189. *n.* 8. *vol.* 2. Curt. Sen. *consil.* 49. *n.* 72. *in fin.* Curt. Iun. *consil.* 4. *n.* 1. *versic. sed difficultas &c* Brunus *consil.* 38. *num.* 3. & *consil.* 39. *n.* 6. *relati a* Surdo *consil.* 213. *n.* 5.

Nec enim quicquam ab allodiali hæreditate differt, quam sola recognitione & fidelitatis præstatione, Rosenthal. *d. concl.* 6. *n.* 5. Ioannes Gœddæus *d. consil.* 26. *n.* 241.

Et quicquid sit de extraneo hærede; saltem satis constat inter Interpretes communiter (licet non desint, qui dissentiant) fœminas ex corpore primi acquirentis natas, in hæreditariis feudis succedere,
15. ut videre est apud Camillum Borellum *in summa decis. tit.* 34. *de feudis n.* 196. *n.* 198. *nec non consil.* 56. *cent.* 2. Clarus §. *feudum quæst.* 9. Tiraq. *in tract. le mort saisit le vif. p.* 4. *declar.* 1. *n.* 21. Cephal. *consil.* 389. *num.* 10. *vol.* 3.

16. Quod nunc porro confirmatur ex alio argumento, quod jam ultra tempus, de cujus initii memoria extare posset, nunquam visum, nunquam quod sciam, auditum sit, ullum agnatum remotiorem exclusisse in successione collaterali Filiam aut Fœminam proximioris gradus, quod tamen ex natura Feudi, non tantum recti & mixti, sed etiam præcise & proprie fœminei, fieri deberet. Nam
17. in Feudo proprie fœminino, masculi excludunt fœminas non tantum pares, sed & propinquiores. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 23. *tit.* 33. *n.* 13. *per text. in cap.* 1. §. *quod etiam Episcopum vel Abbat. c.* 1. §. *fin. de successione feudi c.* 1. *de eo qui sibi vel hæredib.* Zas. *p.* 8. *num.* 44. & *Dd. allegati a* Vultejo *de feudis cap.* 9. *n.* 49. *edit noviss. num.* 66. *post* Menoch. *consil.* 65. *n.* 37. Et indubitatum dicit, Decius *consil.* 53. *n.* 1. *vol.* 2. Adeo ut si Vasallus duos relinquat filios, quorum uni sit filius, alteri filia, utroque filio defuncto, filia remota, solus admittitur superstes filius, *gl. in c.* 1. *similiter de Capitan. qui Curiam vendidit.* Laudens. *in c.* 1. *n.* 9. *de eo qui sibi & hæred.* Sonsbeck *pag.* 9. *num.* 138. *versic rursum*: Vultej. 1. F. 9. *num.* 49. *edit nov. num.* 68.

18. In Feudo autem hæreditario succeditur ultimo morienti, in recto vero primo investito, Borellus *d. t.* 34. *n.* 296. 297. & 298. Tiraq. *de Retract. consang.* §. 2. *gl.* 1. *n.* 19. Ioseph Luduic. *decis.* 29. *n.* 37.

In hac vero Curia, nunquam ullus Vasallus id obtinuisse, doceri potest: de contrario vero constat,

ſtat, Dominos de Stirpe Gymmenich locum feciſſe, Fœminis, in feudis Bornheim & Lufftelberg,
quod certe nec illi, nec alii, in tota Dioceſi facile permiſſuri fuiſſent, ſi ulli in mentem veniſſet,
Feuda Colonienſia eſſe recta, mixta vel proprie etiam fœminea, in quibus maſculus remotior ex-
cluderet fœminam proximiorem, dico facile; alias enim contingere poſſet, quod quandoque in
feudis parvi pretii, nonnulli jure ſuo cederent, quo caſu obtinuit id, quod alias dicitur: Contra- 20.
hentes, a ſtylo Curiæ recedentes, ſibi, non aliis præjudicare, *tot. tit res inter alios actas. l. legem.*
l. bona fide l. potens C. de pactis l. legem. C. de donat. l. 7. §. quinimo ff. de pact. Gœdd. *d. conſil. 37. n.* 1032.

Solus videtur id tentare auſus Ferdinandus Scheiffardt a Bornheim, qui fratris ſui filiam ex- 21.
cludere conatus, oleum & operam perdidit, repulſamque paſſus & nunc Dominus Walpott ab
Olbruicken maritus filiæ, ſine difficultate, de eo inveſtitus reperitur, ut in effectu diſerte fatetur
ipſemet Syndicus Archiepiſcopalis in Deductionali 65.

Ergo nec ipſa Curia vel Cancellaria Colonienſis, Feuda ſua pro rectis, ex pacto & providentia,
nec pro mixtis, nec pro mere fœmineis ſed plane pro mere hæreditariis, in quibus proximior etiam
Fœmina, ultimo defuncto Vaſallo, non autem primo acquirenti ſuccedit, habet & reputat,
alias enim communiter traditum eſt, in feudo recto ſeu ex pacto & providentia, proximorem primi
acquirentis, præferri proximiori ultimi poſſeſſoris, licet is huic ſit remotior, Didac. Covar. *pract.*
quaſt. 38. verſ. ſed ille &c. Rubeus *in l. Gallus. §. quidam. n. 86. ff. de liberis & poſthum.* Thomas de
Marin *tit. 1. de feud. ex pacto n. 25. verſ. ex hoc.* Tiraquel. *de retract. conſan. tit.* 11. *gloſſ.* 1. *num.* 19.
Ruin. *conſil.* 142. *num* 16. *vol.* 3. Pariſ. *conſil.* 23. *num.* 263. *vol* 1. *& conſil.* 121. *num.* 16. *vol.* 1.
Menoch. *c.* 124. *num.* 42. *vol* 2. Cald. *conſil.* 13. *ſub. tit. de feudis.* Ang. *conſil.* 110. Zabarel. *conſil.*
124. Quam ſententiam difficultate carere dixit Surdus *conſil.* 305. *n.* 27. *per textum in c.* 1. *§. fin. Ubi*
Bald. *n.* 2. *de ſucceſſione frat.* Andr. Geil. *obſ.* 154. *lib.* 2. *n.* 3. *notatur in cap.* 1. *§.* 1. *de feud.* March.
Alvarot. *in cap.* 1. *§. & quia vidimus n.* 5. *Ubi etiam* Præpoſ. *n.* 68. *qui feuda dare poſſint*, Corn. *conſil.*
47. *vol.* 4. Decius. *conſil.* 239. *n.* 4. Peregrinus *conſil.* 14 *n.* 4. *& ſeqq. vol.* 1. Herman Vultejus *conſil.*
47. *n.* 2. *& ſeqq v.* 4. Idem juris obtinet in feudo mixto *per text. in cap.* 1. *de eo qui ſibi & hæredib.*
&c. Rolandus a Valle *conſil.* 23. *vol.* 1. Burſat. *conſil.* 49. *n.* 59. Menoch *conſil.* 104. *n.* 15. *& conſil.*
158. *n.* 19. *& conſil.* 226. *n.* 14 *vol.* 3. Decian. *conſ.* 24. *n.* 70. *vol.* 1. Cephal. *conſil.* 224. *n* 25. *v.* 2.
Surd. *conſil.* 104. *n.* 22. *vol.* 1. Leonius *conſil.* 60. *n.* 8. Alex. Raud. *conſil.* 34. *n.* 42. *v.* 1. Vivius
deciſ. 528. *n.* 1.

Quam autem abſurdum ſit, Feuda Colonienſia reſpectu Agnatorum, pro feudis rectis, mix- 22.
tis vel fœmineis, ad excluſionem hæredum ſanguinis: in favorem vero Domini pro maſculinis, ad
inducendam aperturam haberi, judicet qui ſedet in medio, cum una eademque res non deberet di-
verſo jure cenſeri. *l. cum qui ades ff. de uſucap. c. cognovimus* 12. *quaſt.* 2. *c. cum in tua x. de decimis c.*
qui circa n. x. de privileg. Tuſcus *tom.* 3. *concluſ.* 54. Roſent. *c.* 12. *concl.* 15. *n.* 10. *per l.* 3. *§.* 1. *ff.*
de acquir. poſſeſſ.

Et licet diverſo reſpectu diverſimode ſuccedendum eſſet, tunc potius magis cognatis, quam 23.
Domino favendum foret in dubio, non vero contra. Raphael Cumanus *per illum textum in l. puto*
ff. de jure fiſci. Sixtinus *conſil.* 11. *n.* 83. Menoch. *præſumpt.* 92. *n.* 6. *lib* 3.

Generalis enim excluſio fœminarum in feudis, magis in favorem maſculorum iſtius familiæ, 24.
quam Domini inventa & introducta eſt, Cævallos *communes contra communes quaſt.* 905. *n.* 65.
Meieres de Mancorat. *p.* 2. *quaſt.* 60. *n.* 19. Molina *lib.* 3. *n.* 32. *vol.* 1. *& reſponſ.* 31. *vol.* 2. De-
cian. *reſp.* 40. *v.* 1. *& reſponſ.* 31. *vol.* 2.

Alias enim, ſi Domini commodum magis, quam Vaſallorum quærendum eſſent, manſiſſent 25.
potius feuda in prima inventione, quando erant amobilia, deinde ad vitam tantùm unius perſonæ
durarent, *text. in c. de iis, qui feuda dare poſſunt.* Mantica *d. lib.* 23. *tit.* 9. *n.* 9.

Præterea, ſi Sereniſſimus Feuda Colonienſia, ſecundum jus ſucceſſionis Longobardicum, ex Iure 26.
recti feudi metiri volet, efficiet, quod in feudis antiquis, Patruus & Patruus Magnus, excludet,
non tantum filiam, ſed & filium Vaſalli ultimi defuncti.

Nam in feudo recto, ſecundum opinionem Feudiſtarum, ſucceditur primo Acquirenti, ut ſupra 27.
late probatum eſt, non ultimo defuncto, Iaſon. *conſil* 9. *num* 6. Iſernia *c.* 1 *§. hoc quoque num.* 6.
de ſucceſſ. feudi, Carolus Kirchberg. *c.* 3. *diſcurſus n* 51. plures allegans, quam opinionem accu-
rate examinat Sand. *d. tract. cap.* 2. *§.* 3. *n.* 6. *pag.* 224 *& §.* 5. *&* 6 *pag.* 253. 264. 265. *&* 266.
num. 3. *&* 269.

Ex quo facile colligitur, Feuda recta ſecundum conſvetudines Longobardicas, a noſtris mori- 28.
bus, eſſe antiquata, & penitus abolita.

Quare potius talis ſucceſſio in hac Diœceſi nunquam creditur uſurpata, vel admiſſa, ſed e con- 29.
trario, omnis ſucceſſio regulata, ex Iure Civili ſecundum propinquitatem ultimi poſſeſſoris, ideo-
que relinquitur, Feuda noſtra mere eſſe hæreditaria, nulla Longobardica, nulla recta, quia illud
jus feudale hæreditariam ſucceſſionem non agnoſcit, ut notat Matth. de Afflictis *in præludiis feu-* 30.
dorum, n. 97. Hartm. Piſtor. *lib.* 2 *quaſt.* 1. *n.* 2 Berlichius *p.* 2. *concluſ* 57. *num.* 8. Sand. *d. com-*
ment. tit. 3. *c.* 2. *§.* 3. *pag.* 221. *cum ſeqq. nec non §.* 4. *per tot præſertim n.* 12. *& conſequenter §.* 5. *&* 6.

31. Huc facit vox Erblehen, in multis investituris frequentata, ut sub n. 163. 137. juxta Besold. *in thesauro practico sub lit. C. §. 35.* Molina *de Hispanorum primog. vol. 1. c. 8. n. 6. &* Rosenthal. *in suo consilio & in tractatu suo c. 12. concl. 12. n. 3.* (licet non ignorem esse, qui dissentiant (Ut & vox Successores, Nachkommen. Alex. *in l. sed si hac ff. de in jus vocando.* Iason. *in l. si quis num. 25. ff. de jurisdict. omn. Iudic.* Et hinc isti inextricabiles labyrinthi, ut videre est apud Ernestum Cothmannum *respons. 35. & 36. lib. 3. cum consilio 6* Schraderi, *illi opposito*, Knichen *de vestit pastion. p. 1. cap. 5. per tot.* Iason. *in l. apud Iulianum § si quis alteri n. 6. ff. de legatis* 1. Castrens. *in l. si post mortem ff. cod.* Curt. Iun. *consil 3 n. 4. vol. 1.* Roland. a Valle *consil. 28. n. 9. vol. 3.* Milanensis *decis. 1. n. 114. vol. 1.* Et verba Erblich und Ewig, in omnibus plerumque venditionibus usurpata, quosvis hæredes comprehendunt. Ernest. Cothm. *consil. 9. num. 136. lib. 1.* Ingolstadienses *consil. 11. n. 36. inter consil.* Modestini Pistor. *lib. 2.* Rosenthal. *de feud. cap. 12. concl. 14. n. 23. &c.* Vultej. 4. *cons. M. 12. n. 53.*

32. Quare nobis hoc loco sufficit, quod Feuda, hodie moribus Germaniæ, in dubio præsumuntur esse hæreditaria, Hart. Pistor. *lib. 2. quæst. 3. n. 53.* Schrad. *tomo 3. consil. 20. n. 16.* Ioachimus Mauritius *tom. 4. varior. consil. consil. 36. n. 13. &* Ingolstadienses *tomo 5. consil. 22. n. 44. & seqq.* Gœdd. *consil. 37. num. 1149. & num 834. & Dd. allegati a* Vultejo *lib. 1. c. 8. n. 33. edit. noviss. n. 67.* maxime ubi favet subjecta materia, ut hic.

33. Præterea Feuda Coloniensia esse mere hæreditaria; convincit facultas testandi, quæ de jure feudali non conceditur in feudo recto, & ex pacto ac providentia, ut vocant, *c. 1. in princ. ubi omnes Feudistæ, & inter alios* Afflictus *n. 63. de success. feudi. c. 1. §. donare, qualiter olim poterat feudum alienari. & c. 1. de prohibita feudi alienat. per Fredericum* Rosenthal. *cap. 7. conclus. 2. in princ.* Vultejus *de feudis cap. 9. n. 70. edit. noviss n. 150.*

34. Ne in Feudo mixto quidem, Covar. *lib. 2. variar. resolut. c. 18. num. 4.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. jur. par. 7. quæst. 4. n. 84.* Clarus *in §. feudum quæst. 40 n. 2.* Rosenthal *d. concl. 2. littera F.*

35. Imo ne feudum quidem posset uni ex filiis prælegari, Decius *consil. 395. num. 5* Geil. *lib. 2. obs. 135. n. 12. & obs. 154. n. 13.* Zas. *de feudis p. 8. n. 6.* Præpositus *ad c. 1. de prohib. feud alien. per Fredericum n. 7.* Curt. Iun. *de feud. par. 4. n. 131.* Iason. *in l. in. Emphyteuticarius 2. C. de iur. Emph.* Schrad. *p. 7. c. 2. n. 14.*

36. In Feudis vero hæreditariis meris, potest Vasallus testari, non secus ac in reliquis bonis hæreditariis. Hartm. Pistor. *lib. 2. par. 2. q. 1. n. 61.* Zas. *de feudis part. 8. n. 60. vers. sit. hæredit.* Curt. Iun. *par. 4. num. 132.* Menoch. *consil. 104 n. 19. vol. 1.* Vult. *lib. 1. de Feudis. cap. 9. n. 74. edit noviss. 156.* Præposit. *c. 1. tit de prohib. feud. alienat. per Fredericum n. 7.* Decius *consil. 208. ad clariorem n. 8. & consil. 390. quemadmodum ex facto n. 5. & consil. 614. n. 9.* Schrader. *de feudis par. 7. c. 2. n. 44.* Rosenthal. *cap. 7. conclus. 6. n. 173.* Matth. Berlich. *lib. 2. concl. 55. n. 11.* Bald. *consil. 56. n. 1. & 2. vol. 2.* Paris. *consil. 23. n. 55. vol. 1.* Roland. a Valle *consil. 42. n. 27. vol. 1.* Knichen *de vestit. pact. p. 2. c. 5. n. 44.* Cephal. *consil. 13. n. 115. vol. 1.* Vult. *consil. 12. n. 20. vol. 4.*

37. At vero in hac Curia, testamenta in feudis valere, probatum est in actis per Testamentum Honseler sub n. 365. in 2. cent vero n. 71. ubi Honseler Testamento instituit eique substituit Cunigundam Weeß, inscio Domino Feudi Anno 1568. qui illam postmodum ut legitimam hæredem admisit.

38. Licet enim Dominus posset ratificare Testamentum ex post facto, in suum præjudicium; tamen in præjudicium Agnatorum hoc non posset, Rosenthal. *d. c. 7. concl. 4. n. 2. & 7.*

39. Deinde idem probatur in testamentaria cessione Krummel von Weyer in actis n. 339. in secunda centuria n. 47. qui in favorem fratris testatus est valide.

40. Tertio per Testamentum Validi Konnicks in actis n. 386. in 2. Centuria n. 87. quo loco disposuit, testator de tribus diversis feudis, diversarum Curiarum, nulla Domini facta mentione, quodque absque approbatione valuit, ab Anno 1463. quod elucescit ex eo, quia hæredes instituti, inveniuntur possessione feudorum illorum.

41. Quarto probatur per dispositionem Margarethæ von Gymmenich de Dominio Lufftelberg n. 97. & in centuria prima Krumbstab n. 67. ubi mulier cessit Ioanni Schall von Bell, in gestalt einer freien unwiderrufflichen gifft unter den Lebendigen, oder umb thodtswegen, inter vivos vel causa mortis, in meliori forma Iuris, quod etiam controversiam non est passum ab Anno 1548.

42. Notorium etiam est, Dominum de Milendunck instituisse Comitem de Anholt, in 3. Feudis, Milendunck, Drachenfelß & Meyderich, etc. a tribus diversis Curiis, Coloniensi Clivensi & Geldriæ, dependentibus, licet ibi intervenerint consensus Dominorum.

Hanc qualitatem hæreditariam probant alienationes venditionesque Feudorum, quarum quadraginta quinque recensentur cum suis demonstrationibus infra, in quinto fundamento Parium
43. Curiæ sub n. 95. quæ hoc loco pro repetitis sint.

Velmeringen. Quibus singulari suffragatur Exemplo Feudum, Velmeringen, quod cum attinentiis in Gartzweiler & Goestorff, a familia Scholer, longa serie, feudali titulo possessum, tandem absque ulla
45. mentione feudalitatis, inscio Domino venditum fuit, confirmationemque ex post facto, ad honorabilem requisitionem meruit, ut ex adjunctis tam investiturarum quam contractus venditionis exemplis, haud difficulter probatur.

Wir

WIr Philips von Gottes Gnaden, der heiliger kirchen zu Collen Ertzbischoff, thun kund und bekennen offentlich in diesem brieff, daß wir unserem getrewen Wilhelmen von Scholer / in gegenwertigkeit unser Manne hernach geschrieven, mit dem Hove genand Velmaringen, mit den guetteren und ardtlandt zu Gartzweiler und Goeslorff, im Grafflichen gericht, gelegen, mit allen seinen inn- und zubehorungen, gnädig belehnt haben, und belehnen ihnen damit, in krafft und macht dieses brieffs, in aller massen / Johan von Scholer, ermelten Wilhelms bruder, und darvor Wilhelm von Scholer, ihrer beider vatter sehliger, und unseren vorfahren zu lehen empfangen und getragen, und solche gueter von uns und unserem Stifft zu lehen ruren. Und wir haben auch von gemeltem Wilhelmen, gewohnliche hulde, globt und aide empfangen, solch lehen getreulich zu verdienen, zu vermannen, und so dick es nöht geben wurdt zu embfangen, unser, unser nachkommen und Stifft bestes zu werffen, ärgst zu warnen und zu kehren, nach aller seiner macht und fort alle das zu thuen, daß ein getreuer seinem Herren, von solchem Lehens wegen / zu thun schuldig und pflichtig ist, als uns der gemelter Wilhelm, das alles, mit uffgerichten fingeren, gestiffs aidts, leiblichen zu GOtt, und den Heiligen geschworen hat, uns steht und unverbreuchlich, zu halten, oder zu volnführen, doch behetlich uns, unseren nachkommen und Stifft, und fort jederman seines rechten ahn den vurs lehenen: Sonder alle gefehrdt, hierober und an sein geweßt, als unser und unsers Stiffts Manne, unsere Räht und liebe getrewe, Paulus vom Breidtbach, Ritter / unser Marschalck, Peter von Leenstein und Werner Haaß, unser Erb Durwerter, Diß zu urkundt haben wir unser siegel an diesen brieff thun hangen, der geben ist in unser stadt Colln, am freitag nach S. Bartholomai tag, im Jahr funffzehen hondert zwölff.

Contractus venditionis hæreditariæ, absque ulla memoria Domini vel feudalitatis sic habet.

WIr Wilhelm Scholer von Belmern und Elisabeth meine eheliche haußfrau thuen kundt allen denjenigen, die diesen offen brieff sollen sehen oder hoeren lesen, und bekennen vor uns und unsere erben, so, als wir, in der zeit do wir deß mechtig und megig waren, zu thuen, und mit recht wohl thuen mogen (nota potestatem alienandi in persona venditorum sitam) in einem fasten stetigen erbkauff, erblichen verkaufft und angeerbt haben, dem ehrnvesten und frommen Edwarten von Nierhoven, und Catharinen eheleuten, **vor sich und ihre erben** (ubi nota venditionem factam a conjugibus, ac sic simul a muliere pro eorum hæredibus (**unse eigen erb und gut**) ubi iterum nota, hodie proprietatem & Dominium feudalium, manere apud Vasallos) hauß, hoff, landt und sand, zehenden, bungardten, benden, weiden und holtzgewachs, auß und eingulden zu Belmen gelegen, in aller dermassen, wie das in dem Erbkauff, übermitz die weinkauff leudt hervon geschrieben, gelent hat, mit erbung und unterbung auß: und einganck, so sich das alles zu rechte eigten und gebuirden, so bekennen wir Wilhelm und Elisabeth Eheleudt vorß: vor uns und unsere erben / daß wir den erbkauff bey unsen ehren, trawen und glauben vestlich gelobt haben, und gloven mit in krafft dieses brieffs, alle vorworten und puncten des vorgemelten erbkauffs, vest, stehet, und unverbrüchlich zu halten und darwieder nit zu thuen, noch schaffen gethaen zu werden, in einiger weisse, dan Inne darvon gantze vollkommene werschafft zu thuen, nae dem landtrecht, **als erffrecht und landts gewohnheit ist.** Und were sach, daß den ermelten eheleuten, Edwardt und Catharinen, oder ihren Erben, in diesem erbkauff eingetragen wurde, mit einiger kunne recht, geistlich oder weltlich: mit gericht, oder sonder gericht, oder in einiger anderen manieren, einig last, hinder: oder beschwernuß, unserent halben uberqueme; solches globen wir Wilhelm und Elisabeth eheleudt vorschrieben, vor uns und unsere erben, allzumal zu ihrem gesinnen, uff unsere kost und muthnusse abzustellen, und wan wir das also nit theten, und sie deßhalben schaden, kost theten oder lieden, groß oder klein, so sollen und mögen sie sich das allzumahl an uns, unseren erven und guttern, gereidt und ungereidt, wie und wo wir die in einigen Herrn landen hetten, oder noch kriegen mochten, erholen und bekommen, bauffen einigen widerstandt unser erben, oder jemandt anderen, von unserent wegen; alle arglist hierin ausgescheiden, diß alles zu gezeuge der wahrheit, und gantzer vester stedigkeit, so hab ich Wilhelm Scholer vorß: vor mich Elisabeth meine ehelige haußfrau vorß: und unser beider erben, mein insigel voran als Principal der sachen, unden an diesen brieff gehangen, desselben insiegel ich Elisabeth vorß: mit meinem wissen und guten willen gebrauchen, und zu mehrer kunden aller vurß: sachen, so haben wir Wilhelm und Elisabeth eheleut vurß: sammen gebeden und bitten, den ehrnvest, ersamen und frommen unsere liebe Freundt, nachbar und weinkauffsleuth, als mit nahmen Juncker Jan, von Hochsteden, Johan von Broch Vogt, und Dahmen Schauff, beide Scheffen zu des Greevenbroich, so sie den vorgnt. erbkauff haben helffen machen, thetigen und beschliessen, daß sie das, oder ein von ihnen, zu mehrerer kunden aller vorß: sachen, ihre eigene insiegel, mit unden an diesen brieff hangen wollen, uns den, oder damit zu überzeugen, daß wir Johan von Hochsteden, Johan von Broich Vogt, und Dahm Schauff, beide Scheffen, zu des Grievenbroich vorß: also gestehen wahr zu sein, und umb

N 2 beden

beden willen, wir vurß, so haben wir, oder ein von uns, sein eigen insiegel zu mehrer kunden aller vurß: sachen mit unden an diesen brieff gehangen, vorbeheltlich doch hierinnen, unseren gnedigen lieben Landtherren [nota non Lehenherren] und ein jederman seines rechten, gegeben in dem Jahr unsers HErren, do man schreib 1526. uff Sontag nach S. Andreß tag Apostoli.

Quod autem ob hanc absolutam, & tam severe & tam secure celebratam venditionem Feudi antiqui, confirmatio, absque ullo scrupulo ullius Commissi, aut etiam remissionis ullius culpæ, ex intervallo sit secuta, apparet ex subsequente Investitura hujus contextus.

WIr Herman von Gottes Gnaden 2c. thuen kund allermenniglich/ als hiebevoren unser lieber getrewer Wilhelm von Scholer und seine voreltern den hoff genand Velmeringen, sampt den guttern und Artland zu Gartzweiler und Goestorff, im grafflichen land gelegen, mit allen ihren zu- und eingehörungen, von unseren vorfahren, Ertzbischoffen zu Collen, zu lehen getragen, und nunmehr denselbigen hoff und guteren, unserem lieben getrewen Edwartz von Nierhoven verkaufft Denselben mit solchen gutteren, vor uns und unsere Lehenmannen hernach geschrieben, geerbt; sich und seine erben der enterbt mit handt und mundt, ausgangen, welcher uns den Lehenherrn solchen kauff, enterbung und erbung zu bewilligen und zu bekräfftigen, vast underthenig gebeden. Demnach bekennen wir Ertzbischoff obged. vor unser nachkommen und stifft, daß wir uff fleißig pitten bemelten Wilhelms, solchen obberurten verkauf. enderbung und erbung, bewilliget und zugelassen, bewilligen und zulassen demselben, in krafft dieses brieffs, und haben darauff numahls unseren lieben getrewen Edwartz von Nierhoven, mit obgnt. hoff und lehengut vurß: sampt allen und jeglichen ihrem zu und ingehörung, in allermassen, wie die von uns. unserem stifft zu lehen ruhren, und ger. Wilhelm von Scholer, samt seinen voreltern, von unseren vorfahren zu lehen getragen, gnedlich belehnt haben & quæ sequuntur &c. montag nach Apollonia, im jahr unsers HErrn 1527.

46. Postmodum idem feudum à Nierhoven transivit successione fœminina ad Pfortz, & alias familias sub f. r. Ernesto, Anno 1608. in persona Ludolffen zu Dick, als vollmechtigen seines Schwagers, ut sonant verba, in aller massen wie etwan Meynart von Nierhoven vor, und Arnholdt von der Pfortzen, als jetzigen lehen tragers respective sohn und bruder 2c. darnach, zu lehen empfangen und getragen 2c. wir haben auch gewohnlich globt und aidt von ermeltem Ludolffen, Ambtman zur Dick, vor sich und im nahmen obged. seines Schwagers und dessen zustandt empfangen, 2c

47. Pari modo hæreditariam indolem evincunt tot dotes & donationes propter nuptias, sparsim in actis allegatæ, & quidem in prima Centuria, Krumbstab, Saffig n. 3. 5. 6. 31. Bornheim *n.* 32. 33. 34. 35. 36. Knichenheim n. 6 Bachumb n. 72. 73. 74. Saffenberg. n. 92. 93. 94. 96. 97. 98.

48. Ex Centuria secunda, Bedtbur n. 13. Forst bey Frechen n. 15: 17. Ehrenstein n. 18 Zehendt zu Metternich n. 22. Aldendern, n. 29. Weyer num. 47. Hoeningen n. 64. Hulßdunck n. 71. Greibswaldt n. 72. Godenaw n. 89. Vischel n. 96. & numeris in actis correspondentibus

Jam autem constat jure feudali scripto, Feudum rectum (qualia Serenis. Princeps sustinet esse

49. Feuda Coloniensia) non posse sine consensu Domini in dotem dari, *ut est textus expressus in c.* 1. § *donare, qualiter olim poterat Feudum alienari*, ibi, donare autem aut judicare pro anima, aut in dotem pro filia dari, nulli Curiæ poterat Consuetudine, de quo videndus Andreas Fachinæus *lib.* 7. *controvers. cap.* 78.

Huc facit id, quod sæpe passim inculcatur, Feuda hæc è bonis ipsorum Vasallorum recognita,

50. non ex bonis Ecclesiæ (quæ ab omni ævo & ante feudorum originem, tam à tempore Justiniani fuerunt alienabilia, *tota novella non alienandis nec permutandis rebus Ecclesiasticis*) profecta, & sic tantum isti servituti subjecta. Unde non mirum, quod permanserint hæreditaria, & sint ad quoscunque hæredes, maxime ad filias transmissibilia, Vult. *consil.* 11. *n* 78 *vol.* 4. Ripa *respons.* 1. *c.* 1. *n.* 51. Purpurat. *consil.* 402. *n.* 52. Garzon *de fœminis ad feuda recip. vel non n.* 165. *& seq.* Rolenthal *cap* 12. *concl.* 14. *n.* 3. 5. 6. 7. *& seqq.*

51. Nec enim est probabile, quod quis sanguinem suum etiam in sexu fœmineo, adeo odeo habeat, ut illi Dominum feudalem, ab ipso honoris gratia dicto, præferre voluerit, Curt. Junior *de feudis memb.* 1. *n.* 16. Gœdd. *consil.* 37. *n.* 720. *vol.* 4. *Marpurg.* Alciat. *consil.* 1. *n.* 47. *lib.* 3. [*in Lugduna editione est consil.* 160.]

52. Idcirco ista feuda nunquam Domino aperiuntur, vel ad illum devolvuntur, quia inde nunquam processerunt nec est verisimile, Recognoscentem eum finem in mente habuisse, aut ad sui, & suorum privationem contractum fecisse, Joannes Gœddæus *d. consil.* 37. *n.* 722. *&c.*

Unde patet, quo jure quave injuria, Illustre ac venerabile Capitulum Metropolitanum, tanta contentione per hunc processum, bonis alienis, & quidem suorum fidelium Vasallorum, sine qui-

53. bus vix Statum suum insolito splendore ac magnificentiis tueri posset, immineat, cum facile ex tot Instrumentis ad acta editis videat, Antecessores benevolentia & humanitate gloriosius, quam affectato isto rigore floruisse.

Similiter Feuda nostra esse hæreditaria, concludunt tot clausulæ in omnibus & singulis venditionum

tionum

tionum Instrumentis inseri solitis, uti sunt, Tibi & cui dederis &c. pro quibuscunque hæredibus &c. forthin und ewiglich zu halten, nutzen und niessen ꝛc. damit handelen, schaffen, thuen und lassen nach ihrem willen und wolgefallen ꝛc. unverhindert, mein, meiner erben und sonsten menniglich ꝛc. ut est videre in Instrumentis emptionis Grachthoff, infra n. 199. in sexto fundamento Parium Curiæ, *per text. in c. 2. de feudo non habente propriam feudi naturam.* 54.

Pares omnino clausulæ coadcervantur, ac à Domino Feudi approbantur, in venditione dominii, Kendenich, in verbis approbiren, confirmiren und bestettigen, in allen seinen puncten und articulen, de quo infra in quinto Fundamento Parium Curiæ num. 22. & 23. nec non in venditione Reinßheim in Krumbstab, n. 37. in actis vero n. 62. Item in utriusque Kuichenheim n. 19. in actis 39. Item in secunda Centuria Morenhoven n. 40. in actis 332. Hoeningen n. 64. in actis 357. Ehrnstein n. 70. in actis 363. Buschfelt n. 57. in actis 349. 55.

Quod certe Principes nequaquam facturi creduntur, nisi notiore illis constitisset, Feuda Coloniensia, & hæreditaria, & allodialibus bonis, quoad successionem & alienationem, similia esse.

Idem suadet, quod de Consuetudine videamus, successores feudales urgeri ad solutionem æris alieni, quod alias non facile fieret, ut videre est late apud Matthiam Berlich. *p. 2. concl. 55. & sequente.* Exempla, ut odiosa, non profero, sed tacitis cogitationibus committo &c. 56.

Feudum enim hæreditarium inde nomen accepit, quod prorsus suam naturam mutet, & in eo jure hæreditario succedatur, eo plane modo, quo in meris allodialibus, si servitium feudale & renovationem cognitionis excipias Barthol. Camerar. *ad c. Imperialem §. præter Ducat. tit. de prohib. feudi alienat. per Fredericum.* Hartm. Pistor. *quæst. 1. num. 57. & 58. & seqq. num. 82. & seqq. Et quæst. feud. 2. n. 31. 32. 33. 34. & seqq.* Item *quæst. 14. n. 34. &* Joannes Campegius *inter consilia Bruni 11. incip. viso themate transmisso num. 4.* Matthæus de Afflict. *tit. de success. feudi. n. 71.* Jac de Belvis *c. 1. tit. an agnat. vel filius &c. Ubi* Hernia *n. 3.* Præpositus *in d. c. Imperialem tit. de prohib. feud. alienat. per Freder. &c. n. 8.* Curt. Jun. *de feud. p. 4. n. 132. versic. 10. addito &c. & consil. 1. n. 23.* Alex. *in l. quædam §. nihil interest. ff. de edendo versic. considerat tamen &c. & consil. 13. incipiente perspectis his, quæ in themate narrantur &c. n. 9. & seqq. & consil. 18. incip. causa & lite super feudo &c. n. 10. & seqq. & consil. 19. incip. perspectis consideratisque his omnibus &c. n. 2. n. 15. & seqq.* Ubi dicit, hanc esse communem sententiam, *& consil. 28. n. 19. vol. 5.* Didac. Covar. *lib. 2. variar. resolut. cap. 18. incipiente, frequenter contingit &c. n. 4.* Parisius *consil. 1. incip. veri facti narratione &c n. 6. & seqq. & consil. 16. incip. si attendimus tenorem &c. n. 44. & 23. incipiente prima hujusmodi consultatione &c. n. 192. & seqq.* Gratus *consil. 4. n. 45. & 50. vol. 1.* Thomas de Marinis *tit. 5. de feudo hæreditario,* Jason *in l. Emphypteuticariis 2. C. de jure Emphyt. n. 213.* Bart. *in l. ut jusjurandum §. si liberi ff. de operis libertorum n. 4 vers. sed si accepisset pro se suisque hæredibus,* Henricus Bocer. *tractatu de qualitate & differentia feudorum c. 5. n. 4. versic. atque has etiam &c.* Carolus Kirchberg *in suo discursu feudali, c. 3. n. 42. 44. 45. 47. 52. 54. 56. 58. 59. 60. 62. 67. 70. 71. &c.* 57.

An autem qualitas illa recentior Feudorum hæreditariorum, eo etiam vires suas extendat, ut etiam in hisce feudis hæreditariis fœminæ cum masculis paris gradus succedant? hanc quæstionem hoc loco movere & disputare non intendo, utpote quæ ad negotium præsentis controversiæ, an filia ob defectum masculi, Dominum excludat? non pertinet? 58.

Ex præjudicio enim & sententia in causa Reinßheim contra Orßbach, ad acta producta patet, moribus nostris feudum, potius ad extraneum hæredem devolvi, quam ad Dominum feudi, si autem hæres extraneus Dominum excludit, quanto magis eum excludit Cognatus? 59.

Et si enim sint nonulli JCti, qui velint, ne feudem quidem mere hæreditarium, aut quibuscunque hæredibus concessum, transire ad extraneos, à primo Acquirente non descendentes, quos refert & refutat Vultejus *vol. 4. consil. 47. n. 10.* Contraria tamen sententia communiter obtinuit And. Geil *obs. 154. n. 9.* Rosental. *& ab illo allegati cap. 2. concl. 35. n. 3. lit. C.* Marian. Socin. *consil. 103. n. 28. vol. 2.* Decian. *consil. 58. n. 30. 1. 2.* Mozz. *de subst. feudi, num. 59.* Jason. *in prælud. feudorum n. 47. & in l. Gallus, §. etiamsi. n. 17. & 19. ff. de liber. & posthum.* Cravet. *consil. 756. n. 8. vol. 2.* Bursat. *consil. 22. n. 2. vol. 1.* Clarus *§. feudum, quæst. 9. n. 2.* Kirchoff *secunda Centuria commun. opinion. concl. 34. Symphorema.* Gilman. *tom. 4. p. 1. voto 9. n. 135.* Curt. Jun. *de feud. par. 3. membr. 2. de success. mascul. n. 62.* Grassus *§. hæreditas quæst. 3 n. 10. & in § legatum. quæst. 26. n. 1.* Alex *consil. 28. n. 19. vol. 5.* Decius *consil. 78. n. 6.* Gigas *de pensionibus quæst. 19. n. 13.* Cravetta *consil. 256. n. 8.* Roland à Valle *consil. 3. n. 63. & consil. 42. n. 11. vol. 1.* Rosental. *de feud. c. 9. membro. 1. concl. 40. n. 13.* Vultejus *d. consil. 47 n 10. 11. & seqq. vol. 4.*

Attamen, si quis Judicium meum requirere volet, licet Garzonius in suo tractatu de fœminis ad feuda recipiend. hunc articulum adeo dubium esse, ut quo quis magis legat eo magis se confundat confiteatur; dico sub peritorum Censura, quid sentiam. Videlicet Fœminam hoc casu cum masculo non concurrere, sed successive tantum admitti, ut quam potest minimum à jure communi feudali, quod masculos regulariter fœminis præfert, recedatur; juxta receptam regulam *in c. 1. vers. sed qualitercunque de feudo non habente propriam naturam feudi &c.* Vultejus *de fudis cap. 9. num. 49.* 60.

edit noviss. n. 66. c. cum dilectus x. de consuet. not. in l. 2. C. de noxal. act. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 95. n. 2. cæteri Dd. magno numero accumulati à* Rosentalio *cap. 2. concl. 94. lit. E.* Carolus Kirchberg *in discursu feudali cap. 4. n. 82.* Sandius *in comm. consuet. Gelriæ cap. 3. §. 7. n. 38. & seqq. mihi pag. 122. edit. post. pag. 119.*

61. Idque sub limitatione, nisi illud vel privilegio, vel Statuto aut certa specialique Consuetudine, receptum sit, quod haud dubie fieri potest, *c. significavit, & ibi Canonistæ de Rescriptis,* Card. *in consil. 64.* Campegius *consi. 2. n. 53.* Specul. *tit de feudis, §. quoniam vers. 23. notatur in c. 1. de natura successionis feudi.*

62. Regula enim est, quod Fœminæ, quotiescunque feudum ad eas pertinet, non admittantur una cum masculis, sed si masculi ex primo acquirente nulli supersint, seu quando nulli masculi ad successionem concurrunt: per *textum expressum in c. 1. § quin etiam &c Episcopum vel Abbatem c. 1. §. fin. de success. feudi c. 1. de eo qui sibi vel hæredibus,* Zasius *p. 8. de feud. n. 44* Decius *ad l. 2. n. 55. ff. de Regulis Juris & in l. discretis n. 28. C. qui testam. facere possunt.* Roland. à Valle *consil. 68. n. 4. v. 1. & cons. 41. n. 4. vol. 2. consil. 59. n. 65. vol. 3.* Hypolitus de Marsiliis *sing. 411.* Schneidevv. *de feud. par. 6. de success. ab intestato n. 38.* Tiberius Decianus *resp. 7. n. 29. & resp. 24. n. 10. vol. 1. responso 59. n. 1. vol. 1.* Bursat. *consil. 63. n. 7.* Wesenb. *consil. 74. n. 21.* Menoch. *consil. 65. n. 27.*

63. Hanc sententiam late tuetur Dominus Joannes Gœddæus Marpurgensis *consilio ante 30 annos, nempe 1603. Grimbergensi conscripto, quod in impressis Marpurgensib consiliis lib. 1. cons 25. n. 99. & seqq tandem reperi, eamque n. 110. extendit,* quamvis maris & fœminæ in statuto vel privilegio per copulam, manliche und weibliche erben/ aut sohn und Dochter conjungerentur, non ideo tamen magis in successiones concurrent, quia hoc casu feudorum regularis natura faceret, quod copula, non sensum, sed verba tantum copularet, Alvarottus, Laudensis, Isernia, Ardizo, Teutenberg, & communiter Feudistæ *in d. c. 1. Episcopum vel. Abbat. Eadem tradit idem vol. 4 consil. 26. num. 147. & seq.*

64. Et secundum Mynsingerum *cent. 5. obs. 74. n. 3.* talis hoc loco copula, ordinem succedendi & admittendi fœminas post masculos insinuat, quod etiam antea nomine totius Facultatis consuluit, *sequitur* Philippus Matthæi *consil. 31. lib. 1. Marp. n. 6.* Alvar. *in c. unico, §. quin etiam Episcop. vel Abbat.* Bart. *in l. ut jurisjurandi §. si liberi n. 5. ff. de operis libert.* Baldus *in l. liberti n. 24. C. eod* Ferrar. *in collect. feud. lib 3. c. 8.* Mynsing. *d. obs. 74. cent. 5.* Borch. *in com. feud. cap. 7 n. 35.* Alex. *consil. 9. n. 6. & seqq. vol. 5.* Roland à Valle *consil. 58. n. 67. vol. 3.* Decius *consil. 193 n. 5.* Tiber. Decian. *resp. 7. n. 29. vol. 5. res. 30. n. 39 vol. 3.* Wesenb. *consil. 74. n. 2.* Rosental. *cap 7. concl. 4. n. 7. ubi rejicit opinionem contrariam & d. cap. 7. concl. 42. n. 33.* ubi dicit Statutum vel Consuetudinem Fœminas ad feudum admittentem, stricte & post masculos accipiendum, tam quo ad admissionem, quam successionem; & confirmat pluribus aliis Doctoribus Zas *d. p. 8. n. 45. & 52.* Roland. à Valle *consil. 58. n. 67. vol. 3. Ibi* Borcholden *cap. 7. p. 2. n. 36.* Nicol. Mozzius *de substantia feudi n. 87. & 89. quod etiam* Wesenbecio *consil. 74 n. 18 & de feud. cap. 6. num. 22. in fin placuisse videmus.*

Non obstat, quod Hottomannus *ex l. sæpe 53. & l. triplici 142 ff. de verbor signif.* ex puritate latini sermonis in contrarium disputat, quandoquidem hoc loco magis veritatum intellectus, quam sermonis puritatem consideramus.

65. Hanc Regulam amplificant Doctores, etiam obtinere, si quis Feudum pro se & utriusque sexus hæredibus acceperit, tamen Fœminam non prius, quam deficientibus masculis admitti, Roland. à Valle *consil. 84. n. 15. vol. 4.* Schneidew. *d. p. 6. n. 4.* Burs. *consil. 63. n 9.* Paris. *consil. 12. num. 14. vol 1.* Menoch. *consil. 40. n. 11. & consil. 443. n. 62.* Borch *cap. 6. de feud. n. 61.* Rosental. *de feud. cap. 7 concl. 85.* Et hæc est communis sententia, quam etiam sequitur Jacob. de S. Georgio *in verbis & fœminis, &c. n. 10. & novissime* Frederic. à Sande *in commentario in consuet. Gelriæ, tit. 3. cap. 1. §. 7. n. 13. mihi pag. 106. & seqq.*

66. Sed an eadem Regula in iis casibus applicanda sit, si simul pro masculis & fœminis acceptum sit Feudum, uff manlich und weibliche erben zugleich; vel sicut masculis succedant, cum fœminis, me-
67. rito ambigitur? Et quamvis sint qui affirment, ut Decius *consil. 209. vers. & licet ista &c.* Attamen istis adhærere non ausim, sed magis placet opinio Curtii Jun. *p. 3 n. 18. de feud. versic. & hanc limita, &c.* Zal. *d. par. 8. n. 40.*

Idque propter textum *in c. 1. casus quibus fœmina in feuda succedat, §. item si quis &c.* (*ibi*) *ut in eo succedant fœminæ sicut masculi.* Sande *in d. §. 7. n. 14.* Jacobus de S. Georgio *in verbo & fœminis,* Mozzius *de substant. feud. n. 87.* Roland. à Valle *consil. 34. n. 10.*

68. Nisi aliæ adfuerint circumstantiæ, ex quibus pateat, dispositionem de ordine successivo esse accipiendam, prout patet ex diplomate Manasteriensi, in verbis, sein dan keine mans erben / so sollen die lehen / vermittelst erblicher folgung auff die frawen fallen / als uff die männer, quasi dicat, deficientibus demum masculis, feuda per successionem hæreditariam devolvi ad filias sicut ad filios, Sand. *d. § 7. n. 13.* Zal. *d. p. 8. num. 49.* Hartm. Pistor. *d. quæst. 35. n. 28.*

69. Quod tanto minus mirum est, cum etiam juxta communiorem & receptissimam sententiam, hæc Regula in feudo verò ac mere fœmineo, locum accipiat, juxta mentem Oberti *de Ordo &* Gerhardi

hardi *in c.* 1. *de feudo fœmina*, *per c.* 1. *de natura successionis feudi &c. uti docuerunt* Jacobus de Belviso, Alvarottus, Præpos. *&c.* Clarus §. *feudum quæst.* 73. *n.* 4. Ferrarius Papien. *in forma libelli*, *de revocat. feudi n.* 2. *in fin.* Jac. S. Georgio *in d. verbo*, *& fœminis &c. n.* 3. Wesenb. *consil.* 74. *n.* 13. Schrader. *p.* 7. *cap.* 4. *de success. fœminar.* 34. *&* 40. Hartm. Pistor. *lib.* 2. *quæst.* 34. *n.* 18. *&* 27. Curt. Jun. *d. p.* 3 *membro* 1. *n.* 3. Nicol. Mozzius *de substant. feudi cap.* 9. *n.* 49. Quo loco *Cujacius* textum supra citatum *in d. c.* 1. *de feudo fœmina &c.* falsis, & rubricæ non convenientibus præsuppositis, & inanibus conjecturis torquentem, refutat, ut & Gœddæus *in supra citato consilio* 25. *causa Gimbergensis n.* 10. *fecit.*

Fallit autem supra adducta Regula, si vel expresse in privilegio, consuetudine, vel Investitura dictum sit, ut mares cum fœminis simul conjunctim succedant, daß die dochter zugleich mit den söhnen oder mänlichen erben, sollen erben, *c.* 1. §. *item si quis &c. casus quibus fœmina in feudo succed. &c.* Zas. *d.* §. 8. *de feud. n.* 49. *versic.* 3. *fallit &c.* Hart. Pistor. *lib.* 2. *quæst.* 35. *n.* 25. 70.

Vel etiam tacite, ut est in feud. Franco *d. c.* 1. *casus quibus fœm. in feud. succed. &c.* Hartm. Pistor. *d. l.* 2. *quæst.* 34. *n* 36. Julius Clarus *d. quæst.* 77 *n.* 7. *in d.* §. *feudum &c.* 71.

Item fallit in Feudo ad certum servitium, quod decenter à fœmina expediri potest, *text. in d. extraordinario cap. casus &c.* Jacobus de Belviso, Alvarot. Bald. Laud. *d. c.* 1. §. *quin etiam Episcop. vel. Abbat.* Jacob. S. Georgio *in d. verb. & fœminis &c. n.* 10. Hartm. Pistor. *d. lib.* 2. *quæst.* 34. *&* 37. Cornæus *consil.* 17. *n.* 9. *& consil.* 239. *n.* 4. *vol* 1. Paris. *consil.* 4. *n.* 18. *vol.* 1. 72.

Denique fallit, ut supra dicere incepi, quando expresse tale adest Statutum, vel Consuetudo, ut fœminæ simul cum maribus succedant, Zas. *d. p.* 8. *num.* 42. Jacobus S. Georg. *sæpe citato verbo & fœmina n.* 9. Duarenus *de feudo cap.* 10. *num.* 9. 73.

An vero in specie Consuetudine in hoc Archiepiscopatu sit receptum, ut Fœminæ cum maribus ad divisionem concurrant, quia directe ad controversiam nostram non pertinet, hoc loco diffinire meum non est, sed istam quæstionem in dieta provinciali per Sereniss. Principem ac Status patriæ decidendam remitto. Interea Lectorem *ad consil.* 23. Vultej. *lib.* 4. *Marp. ubi illam quæstionem n.* 65. *attigit*, ablego; Ubi dicit Consuetudinem, ut dotatæ filiæ à successione etiam allodiali excludatur, in Germania esse usitatissimam, & in omnibus fere Regnis, Nationibus & Provinciis esse receptam, teste Fichardo *consil.* 3. *num.* 8. *&* 20. *vol.* 1. Zasius *consil.* 1. *n.* 51. *vol.* 2. Verum de hoc consulatur Claudius Cantiuncula *consil.* 5 *maxime in* 6. *ratione.* Etiamsi enim Fœmina etiam in Investitura cum masculo ad simultaneam successionem vocetur, tamen potest Consuetudine vel Statuto excludi, Brunus *in tract. Statut. excludend. fœmin. in* 8. *art. princip. quæst.* 23. *n.* 114. Surdus *consil.* 63. *n* 26. 74.

Et quamvis multa suppetant tam exempla, quam argumenta, quæ istam divisionem inferre videantur, qualiter in his actis reperiri datur, &c. in feud. halber zehendt Metternich, n. 153. Vogelsang n. 157. & 4. seqq. Vettelhoven n. 167. Dickhoff, Herbuschhoff n. 359. Meckinckhoven n. 362. Gribswaldt n. 372. die Koull n. 373. Drachenfelß n. 377. Jan die Graffenveste, in fine probationum. 75.

Quibus accedit Responsum *Testamento feudale* à Tilmanno de Benignis *Apospasmati Syndromo adjectum*, *& Cameræ Spirensis Observantionibus insertum*, quod late deducit in terra Juliacensi, nobis vicinissima, mulieres non tantum esse Feudorum capaces; sed etiam cum masculis in pari gradu ad successionem vocari & admitti, ad quod me remitto. 76.

Quæ adeo nos movere non debent, ut potius credamus vero propius accedere, si sustinemus citius Fœminas ad parem & simultaneam successionem admittendas, quam Domino feudum, stantibus fœminis ex corpore primi acquirentis natis, uti devolutum adjudicandum esse, quod & ante me, Rosenthalio visum fuit *cap.* 7 *concl.* 44. *n.* 7. qui dicit, hanc Contrahentium mentem fuisse. Nullum enim Dominum aut Vasallum ductu rationis, nisi aliqua tali singulari ratione imbutus aut præoccupatus sit, interrogatum, responsurum, sed hoc pactum aliter intelligere Sonsbeck *p.* 9. *num.* 131. *cum seqq. & num.* 137. Hartm. Pistor. *lib.* 2. *p.* 2. *quæst.* 36. *n.* 18. *&* 22. Vultejus *lib.* 1. *de feud. cap* 9. *n.* 92. *vers. tertio quod si &c.* 77.

His tamen non obstantibus, adduci non possum, ut credam, hæreditariam hujus Curiæ qualitatem, eo vires suas porrigere, ut in descendenti linea, sorores & fœminas ad parem success. invitent, uti alias in Gallia usurpari videmus, ubi Feuda, quo ad successionem omnino redacta sunt ad similitudinem patrimoniorum, Guido Papa *decis.* 59. *& decis.* 297. Faber *in* §. *item Serviana*, *Instit. de act.* Gulielm. Bened. *in repetit. c. Reynutius in verbo duas habens filias x. de testam.* Chass. *in Consuet. Burgundiæ*, *rubrica* 3. *de feudis* §. 5. *num.* 1. *&* 7. adeo, ut pro libito vendant & alienent. Nec enim Gallos in totum in hoc puncto imitamur, sed manemus in hoc tractu, proxime penes communem Regulam, ut quam minus à Jure Feudali recedamus, quandoquidem id suadet causa finalis, nempe Familiæ Conservatio. 78. 79.

Quæ quidem ratio præcipue inter Nobiles, de quibus, hoc loco ut plurimum agimus, militat, in quibus major familiæ propagandæ ardor viget, quos Nobiles Civibus in hoc loco præferri, in Germania vulgatissimum est, *d. resp. Testam. feud. in* 1. *ratione n.* 54. Bart. *in l.* 1. *C. de dignit. lib.* 12. 80.

Baldus

Baldus *in l. Nobilioribus C. de Commerciis & mercatoribus l. Providendum ubi* Gyn: *de postulando.*

81. Quare tamdiu insistendum est Regulæ juris feudalis, quod regulariter masculi in concursu fœminis præferantur, uti dictum est, donec de exceptione in specie aliud probetur, cui regulæ Judex inhærere tenetur, Bald. *in c.* 1. *n.* 2. *&* 6. *x. de alien judicii mut. causa facta l. si tutor in fin. C de servo pignori dato manumisso c.* 2. *de feudo in vicem legis commiss.* Decius *in l.* 1. *n.* 8. *ff. de reg. juris.* Felin. *in c. quoniam n.* 4. x. *Vt lite non contestat.* Welenb. *consil.* 7. *n.* 7.

82. In tantum, ut Judex, sine probatione exceptionis, contra regulam judicans, litem suam faciat Cacher. *decis. Pedem.* 12. *n.* 6. Schrad. *de feud. p.* 10. *tit. de personis mino.* Regula enim habet jus probatum & intentionem fundatam, Jason *in l.* 2. 23. *si quis in jus voc.* Zas. *consil.* 22 *vol.* 1. Schurf. *consil.* 59. Præses Everhardi, *loco legali* 9. *n.* 17.

83. Nec obstant Exempla supra ex Actis allegata, quia illa pleraque ex voluntario consensu, & pactis partium processerunt, quilibet enim favori pro se introducto renunciare potest *l. factum & l. pen. C. de pactis*, vel in Collaterali tantum successione militant, de qua loquitur Gubernatoris Requisen-
84. tii Judicium, Ea enim plus habent dubii, & minus ad nostrum propositum faciunt. Quia extant etiam Exempla in contrarium, ut in feudo Lufftelberg, ubi soror bis à fratribus exclusa, tertio demum masculo mortuo, admissa fuit, in actis suo n. 93. & 94. Huc facit privilegium Caroli V. & maximiliani Secundi Principi nostro Clementissimo felicis recordationis, Wilhelmo Duci Juliac. datum, in quo quamvis filiabus successio in Feudis Ducatuum indulgeatur: Filii tamen ex filiabus, aliis filiabus præferuntur. Quo argumento Princeps Palatinus Neoburgicus, contra Adversarios maxime se tuetur, ideoque quod in se, ut capite, æquum putat, in membris repudiare non poterit. Verba formalia ex impresso exemplari subjicio.

Wir Maximilian der ander / von Gottes Gnaden / erwöhlter Römischer Kaiser ꝛc. bekennen offentlich mit diesem brieff, und thun kundt allermänniglich, daß uns der hochgeborn Wilhelm Hertzog zu Julich ꝛc. privilegium, so S. Ld von weilandt dem allerdurchleuchtigsten Carln den Fünften erworben, gehorsamblich vorbringen lassen, darin Ihr Kaiſ. Mayt. unserm lieben Ohemen, Schwager und Fürsten, Hertzog Wilhelm zu Gulich, diese besondere Gnad sitz, freiheit gethan, und geben, also wie es sich feugen wurde, daß S. Ld. mit der durchleuchtigen, hochgebohrnen Fürstin, fraw Maria, geborne Königin zu Ungarn, und Böheimb ꝛc. keine eheliche manliche leibserben erzeugte, oder gleichwohl ehlige leibserben mit ihrer Lieb erwurbe, die aber folgents uber kurtz oder lang ohn ehelige manliche leibserben abgiengen, daß alsdan, so keiner eheliger manlicher leibserb, von sein Hertzogs Wilhelms leib geboren, mehr vorhanden ist, seiner Lieb Fürstenthumb, landt und leut, so von Ihrer Mayt. als damals Römischen Kaiser, und dem römischen reich zu lehen ruren, uff sein Hertzog Wilhelms eheliche dochter, mit bemelter unser lieber Schwester Königin Maria, seiner lieb gemahl ehelich erworben, oder was derselben dazumahl keine im leben / und aber von einer oder mehr ehelich geborne leibserben vorhanden weren, alsdan uff derselben / seiner Lieb döchteren / nachgelassen eheliche manliche leibserben / so derselben Zeit im leben sein / fallen und kommen und eigen folgen und zustehen sollen / und in solchem Fall inne und ihren eheligen manlichen leibserben, wo sie deren einige hinder ihnen verliessen, von ihrer Kay. Mayt. oder ehrer nachkommen am reich, zu lehen gnädiglich verliehen werden sollen ꝛc.

85. Non etiam movet allegatum Responsum Testamento feudale: quia illud se fundat in feudis Civium, non autem Nobilium, ut constat ex casu illi præfixo & num. 119. Ubi distinguitur inter Nobiles, qui dotando filias illas excludunt, & inter Cives. Deinde fundat se illud Responsum in feudis mixtis, ex quibus solvitur Canon Emphyteuticus *concl.* 1. *n.* 6. *& seqq.* Et quod in illo Responso allegata Exempla, conniventia partium magis nitantur, quam ratione juris, patet ex eodem Responso prima parte n. 239. Ubi refert etiam admissas ad Feuda, defunctorum Vasallorum viduas, quæ certe etiam in Allodialibus post mortem maritorum suorum, usum fructum, soluto matrimonio ad proprietatem reversum non possent prætendere cap. 95. Gülischer Reformation von leibszucht ꝛc.

SUMMARIA QUINTI FUNDAMENTI.

1. 2. *Vasalli exemplis se fundantes, sustinent tres tantum familias in primævis feudis durare.*

3. *Periculosum est Vasallis, alibi, quam coram Paribus, cum Domino litigare.*

4. 5. 9. 10. *Feudum, quod alienatur; etiam cum consensu Domini, judicatur quasi allodium.*

7. 8. *Rectum, & alienabile, in eodem subjecto non consistunt.*

11. 12. 13. 33. 34. 35. *Res in odiosis facile ad suam naturam revertitur.*

14. *Feudum semel alienabile, semper tale præsumitur, & transmissibile, etiam ex unico actu, vel aliqua parte.*

15. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 25. *&* 26. 29. *Dominus, qui consuevit assensum dare, consentire tenetur, alias injuriam Vasallis faceret.*

18. *An*

18. *An in Feudo alienabili Domini consensus iterum requirendus?*

24. *In alienabili feudo etiam hæredes Extranei succedunt.*

27. *Qui vult antecedens, vult & consequens.*

30. *Limitatio Regulæ, quid feudo in uno mutato, in reliquis maneat, a mutatis non dependentibus.*

31. *Qui vult genus, vult speciem, sub genere comprehensam.*

32 61. 62. 63 64. & seqq usque 85. *Consuetudo alienandi, extendit se etiam ad feuda nunquam alienata.*

36. 38. 39. 40 41 43. *Fœmina an in feudis emptitiis succedant?*

37. *Regula, non Exemplis, sed legibus judicandum esse, limitatur, quando fit in vim Consuetudinis, legi contraria.*

42. *Actus omnes justificantur per scientiam & patientiam superiorum.*

44. *Determinatio una respiciens plura, eandem eis tribuit qualitatem.*

45. *Instrumentum* Kendenich *à sorore pro medietate emptum, & ex parte, per successionem devolutum, dicit contrahentes hæredes necessarios & legitimos.*

46. 47. 48. *Clausula* vor getrewer briefs inhabere, *indicare Feudum mere hæreditarium.*

50. *Feuda Coloniensia coram solis Paribus alienantur, & oppignorantur, inscio Domino.*

51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. *Feudum datum pro omnibus hæredibus transmittitur ad extraneos.*

58. 59. 60. *Item clausula, ut habeant, cui ipse dederit.*

an. 86. & 113. *usque ad* 203. *Feuda tribus modis fiunt alienationis capacia, in quibus fœmina succedunt.*

86. *Fœminas in Feudis emptitiis succedere, probatur.*

86. *Regulæ fœminarum exclusiva, procedunt in feudis rectis & impropriis, non autem impropriis.*

87. 88. *Fœminarum successio non est odiosa, sed earum exclusio, quando reditur ad jus commune.*

89 90. *Transferens Dominium rei suæ, plus juris habet, quam obligans rem alienam.*

91. *Venditionis natura est creare jus perpetuum.*

92. 93. *Dispositio generalis restringitur juxta rationem, & causam.*

94. 95. 102. *Qualitas adveniens Enti, illud in aliam speciem & naturam mutat.*

95. 96. 97. 100. *Non semper requiritur expressus textus feudalis, ubi res alteri Regulæ fortiori includitur.*

98. 99. 101. *Anomala feuda, licet in separatis punctis maneant regularia, non tamen in punctis cognatis.*

103. *Dominus consentiens impignorationi sibi præjudicat, non obstante clausula, salvo jure Domini.*

104. *A disparatis & pluribus particularibus perperam infertur.*

105. 107. *Textus Feudales sæpe discordant.*

106. *Divisio feudorum in hæreditariam, & non hær. non à textibus sed Doctoribus est inventa.*

108. 109. 111. *Emptio ac datio pecuniæ in feudis, eorum naturam in successione mutat.*

110 *Dictio Nisi, est adversativa præcedentium.*

112. *Omnia nostra facimus, quibus nostram autoritatem impertimur.*

114. *Stultum esse dixit Natta, in emptitiis feudis attendere velle Regulas.*

115. *Emptitium Feudum improprium esse fatentur omnes Doctores præter unum Sonsbeck.*

118. 144. *Emptitium feudum datur, quando pecunia præponderat gratiæ.*

122. 123. 124. 125. 126 & 127. *Proprium feudum duplici respectu dici potest.*

128 *Pecuniæ interventio plures effectus operatur, quam quod non dicatur feudum gratuitum.*

129. 130. *Feudi natura est, esse gratuitum.*

131. *Sonsbeck notatur, quod dicat feudum justo pretio emptum, esse proprium.*

132. 133. *In omni dispositione valet argumentum à verisimili mente disponentium.*

134. 135. 136. *Feudum magis debet sequi naturam Contractus, quam juris feudalis scripti.*

137. 142. *In Contractibus requiritur concursus consensus utriusque.*

138. 139. *Legisperitus, absq; calumnia, in casibus consuetudine feudali non comprehensis, uti potest legibus scriptis.*

140 141. *Consuetudo feudalis non vincit legem generalem extra illam speciem.*

143. *Minus gratiæ Domino debet, qui minus beneficii tenet.*

145. 146. *Doctoribus legentibus magis, quam consulentibus, credendum, nisi contra partem respondeant.*

147. 148. 151. *Feudi natura per personam ementis mutatur.*

149 150. 156. *Vultejus sibi contrarius videtur.*

152. 153 *Materia æque ac forma consideranda, quia ex nihilo nihil fit.*

154. *Forma sæpe cedit materiæ.*

155. 156. 157. *Res feudales sunt vendibiles, etiam mulieribus.*

158. *Fœminea successio non adeo est odiosa, ut emens ideo præsumatur pretium velle perdere.*

159. *Feuda emptitia, pro allodiis respectu successionis & alienationis habentur, non ultra.*

160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 169. 170. 171. 172. 178. 180. 181. 182. 183. 184. 185. *Refutantur argumenta contrariæ opinionis, ratione feudi Emptitii.* 187. 189. 191. 192. 194. 195 196.

197. *Lex prospexit. ff. qui & a quibus, obtinet tantum in decisis expresso textu.*

168. *Advocatus quidam, se ob legem Aurelius, damnatum est attestatus.*

173. 174. *Cerebrinus Feudistarum rigor potius rejiciendus, quam æquitas Cerebrina.*

175. 176. 177. 179 *Æquitas scripta in genere, rigori scripto etiam in genere præferenda.*

188. *Expressum dicitur, quod in necessarium consequens vel antecedens venit.*

190. *Quod non mutatur, quare stare prohibetur.*

193. *Regula, imputandum esse ei, qui legem apertius potuit dicere, limitatur inter privatos non autem Principes in beneficiis.*

195. *Ex natura Contractus emptionis est, ut succedant non tantum Fœminæ, sed etiam extranei.*

198. *Regula rigorosorum Feudistarum*, Fœminam semel exclusam, semper excludi, absurdissima.

199. *Servitium feudale*, Ritterdienst, *æstimatur mille florenis.*

200. 201. *Vasallo liberum est servire, vel solvendo medietatem fructuum, se liberare pro illo anno.*

202. *Generaliter in servitiis ad hæredes transitoriis, non censetur electa industria personæ.*

203. *Emptitiorum Feudorum Catalogus, expenditur per singularia exempla plurium alienationum.*

204. Saffig. 205. Bornseim. 206. Sultzhoff. 209. Kuchenheim. 235. 215. Lufftelberg. 232. Krey. 234. Tonberg, Kreutzberg. 340. Halterberg. 353. Eickerhoff. 242. Merhoff. 245. Lonen Hoff. 246. Veulenbach. 336. Schwoppenberg. 240. Luisch. 259. Karst. 265. Buschfelt. 267. Nerß. 269. Hoeningen. 343. Frechen. 344. von der Fischel. 230. Ehrenstein. 263. Meill, 243. Haußheller. 294. Odenkirchen 264 Saltzfey. 329. Etgenhoff. 330. Bedbur, Bock. 333. Reineck. 215. Vorst. 207 Vogelsanck. 339. Trevvelsdorff. 351. Wenig Alendorff. 274. Gelstorff. 217. Goestorff 219. Roedt. 229. Saffenberg 236 Lovenich. 237. Bachheimb. 355. Dreuen. 238. Saffenberg. 234. Metternich. 241. Mangelter. 360. Alenderen 221. 326. Cardorff Zehendt. 247. Kaull. 248. Nordenbach. 342 Zehendt Kell. 365. Meidersheim. 365. Gleen. 251. Morenhoven. 253. Weyere 257. 250. Hulßdunck. 363. Graaffenv. 277. Dickhoff. 278. Mackinhoven. 279. Ehreshoven. 230. Grachhoff. 232. Mull zu Geyg. 233. Godenaw. 299. Buttelhoven. 310. Torn Arweiler. 321. Newenar. 336. 322. Alffter. 323. Bacheimb. 328. Kendenich. 345. Dyrmarscheim. 284. Drachenfelß. 332. Luttighoff. 335. Bergenhauß. 347. Kochenheim. 250. Sentia Virmundt. 249. Schonberg.

228. *Septem Comitissæ una die simul investitæ in Curia Coloniensi.*

231. *Matrem filio succedere, est contra naturam Feudi Longobardici.*

233. 303. 304. *Clausula* zum rechten Lehen, *non impedire successionem fœmineam.*

243. *Cancellaria Coloniensis affectat clausulas gratiosas.*

244. *Census gravis alterat naturam feudi.*

252. *Archiepiscopus fatetur, filias esse veras feudi hæredes.*

253. Weyer *feudum per retractum fœmineum receptum.*

254. *Consiliarius Archiepiscopi* Buchel, *testatur de Consuetudine fœmineæ successionis.*

256. 257. 258. 259. *Testamenta enumerantur Feudalia.*

260. 261. 262. 263. 264. 265. 203. 204. 131. Mannlehen und Lehen *idem. A proprietate verborum receditur propter usum.*

266. *Fœminarum Renunciationes in Feudis masculinis otiosæ, quæ duo extrema requirit.*

267. Nerß *Castrum.*

268. *Is possidet, cujus nomine possidetur.* 270. 271. 272. 295. 331. *Syndicus sibi contrarius.*

272. 349. 350. *Consensus in ipso actu intervenire, non sequi debet.*

273. *Clausula*, Helder des Brieffs, *est more hæreditaria.*

275. 276. *Non sufficit caput feudi esse feudale, ut ergo etiam reliqua membra habentur feudalia.*

281. *Gratia exigua est, moram a defuncto commissam remittere.*

286. *Archiepiscopus denegat copias, contra oblationem in Comitiis factam.*

287. 252. *Verba assentativa, complementi, & gratiæ in feudis nihil operantur.*

288. *Consuetudo dotandi filias ex feudo:*

289. *Vasallus* Dominum *ad aperturam admittens, non tenetur ipse abire a domo feudali.*

290. *Vasalli non tenentur propriis sumptibus suas arces defendere.*

291. *Domini tenentur amissum castrum feudale restituere.*

292. Feudum *ob simplex homicidium nequit confiscari.*

297. 301. *Clausula feudi Castrensis* Burg-Lehen.

298. Dominus *in suum præjudicium potest mutare feudum masculinum in fœmininum.*

300. *De futuris contingentibus non est determinata veritas.*

302. 303. *Dominus non potest mutare Feudum promiscuum in masculinum, invitis interessentibus.*

305. *Quilibet fundamentum suæ intentionis probare tenetur.*

306. *Angeli*, Fœminæ *non tantum Regnum, sed etiam Pontificatum detulerunt.*

307. 308. *Feuda officiorum hæreditariorum ad* Fœminas *transierunt.*

309. *Cæsar dat officia hæreditaria Ducatibus, exemplum in Duce Iuliacensi & Geldriæ.*

313. 314. 317. 318. *Fœmina virtute antiquarum Investiturarum, non obstantibus intermediis, succedit.*

315. *Princeps Investituram mutans in pejus, videtur deceptus.*

316. *Poste-*

316. *Posteriores Investituræ a prioribus dependent, non contra.*
324. *Feuda alienata per agnatos, a cognato suo; revocari possunt.*
325. *Dicens speciale & non probans, confunditur.*
326. *Filius, ergo hæres.*
327. *Usus fructus in feudis, moribus nostris, superstiti conjugi competit.*
328. *Patri etiam competit in feudis filii adventitiis, in Archiepiscopatu Colon. Ducat. Juliac. Montensi, usus fructus.*
334. Leibs Lehns Erben.
336. *Multa tractantur, quæ non perficiuntur.*
337. 338. *Privilegium per actum privilegio contrarium tollitur, quod limitatur & declaratur.*
343. 344. *In feudis* Fischel & Frechen, *investitæ reperiuntur fœminæ, immediate in persona fœminea.*
348. Erbnehme *verbum quid* Nachkommen?
353. *Cancellaria favoritis mutat stylum.*
354. *Emptitium vel cessum feudum, in persona ementis vel cessionarii, fit novum.*
356. *Recta feuda nec in divisionem, nec collationem, nec in legitimam* Fœminarum *veniunt.*
357. 359. *Verba mere Enunciativa nihil operantur, maxime contra tertium.*
358. *Vasalli sine consensu Domini feudum dividere possunt.*
362. *Consuetudo alienandi feuda. ligat Domini manus, quod teneatur investire idoneum invitus.*
364. *In feudis, masculi, fœminas, etiam propinquiores excludunt.*
365. *Contractus feudalis in curia celebratus, fundat ibidem jurisdictionem.*
366. *An causa feudalis sit in* Curia *vel sub Iudice rei sita, agitanda.*
367. 363. *Universalis & indefinita Enunciatio nihil excludit.*
369. *Recognitio feudalis non tribuit jurisdictionem.*
370. *Iuramentum feudale, & Iuramentum territorii, longe differunt.*
371. 372. *Concedens castrum in feudum, etiam altam Iurisdictionem, quam habuit, concessisse videtur.*
374. 375. 376. *Secus est, e converso, quod cognoscens Castrum in feudum, non cognoscit jurisdictionem, nisi hoc dicatur expresse &c.*

Quintum Fundamentum, &c. Quod Feuda Coloniensia sint alienabilia.

PRo Quinto Fundamento sæpe inculcarunt Vasalli, non reclamante Syndico, in tota Diœcesi nulla feuda, tribus tantum exceptis, nempe Gymnich, Westerholt & Schlickumb, adhuc ad primævam stirpem, usque in hodiernum diem permansisse, in reliquis vero omnibus, mutationes & translationes creberrimas, tam successionibus fœmininis, quam per donationes propter nuptias, filiarum dotes, ac venditiones, donationes, denique etiam Testamenta factas esse, ut supra late probatum, & objectionibus de prætensa singulari gratia, obviatum est. 1.

Et tamen illæ eædem residuæ familiæ, diversis feudis, quæ olim possederunt, per fœmineas successiones exutæ, & exclusæ fuerunt, ut exempla paulo ante de Lufftelberg, Bornheim, Schlickumb, & similia allata, & infra adferenda demonstrant, ac latius demonstratum fuisset, si Investituræ, specifice per annos & nomina, in secunda designatione sub n. 67. ad acta registrata, nominatimque petitæ, per Dominum Feudi editæ fuissent, ita ut hoc loco iterum ad Regulam juris, cum non stat, &c. supra allegatam, &c. recurrere sit opus. Sed sic fieri solet, cum infirmior cum potentiore, & Vasallus contra Dominum, alibi quam coram Paribus Curiæ contendere cogitur. 2. 3.

Nihilominus frequentiam actuum & Consuetudinem alienationum Judices & Catalogi supra diversis locis inserti, ac totus insuper discursus demonstrant.

Feudum autem, quod alienatur, etiam cum consensu Domini, judicatur tanquam allodium, Raphael. Cumanus *consil.* 163. *versic. ad* 3. Frandus *decis.* 340. *n.* 20. Camillus Borellus *tomo* I. *decis. tit.* 34. *de feudis n.* 310. Geil. *lib.* 2. *observ.* 149. *n.* 10. *&c.* 4.

Item Feudum, quod de Consuetudine est alienabile, ad quemcunque successorem, adeoque & ad fœminam, ac successorem etiam singularem, transit, Ancharan. *cons.* 125. *n.* 7. Herm. Vult. *consil.* 33. *n.* 50. *vol.* I. Guilhelmus Benedicti *in d. c Raynutius in verbo uxorem, &c. quinta decisio x. de testamentis*, Roland, à Valle *consil.* 2. *n.* 19. *& consil.* 42 *n.* 27. *vol.* I. Bursatus *consil.* 40. *n.* 13. Guido Papæ *consil.* 224. *n.* 7. Gœdd. *d. consil.* 37. *n.* 1159. *&* 1168. 1172. Ernestus Cothm. *qui plures allegat resp.* 75. *n.* 34. *cum seqq. lib.* I. Alias secundum quosdam Feuda sui natura, etiam hæreditaria, non transeunt ad Extraneos, *c.* I. §. *etsi Clientulis de alienat. feudi.* Roland. *consil.* 60. *n.* 49. *vol.* I. Magan. *decis.* 54. *n.* 14. Borell. *in suprema decis tit.* 34. *n.* 516. 5.

Rectum enim esse, & alienabile esse, in eodem subjecto non subsistunt, Andr. Knichen *de vestit. pactionibus c.* 2. *n.* 93. Hieron. Gigas *consil.* 57. *n.* 9. Menoch. *consil.* 61. *n.* 24. 6.

Talis autem Consuetudo, ut Feudum sit alienabile, valet: Modestinus Pistor. *consil.* II *lib.* I. *n.* 34 Jacobus de S. Georgio, *verbo etiam pacto de non alienando, &c. n.* 16. Rebuffus *in arbore Feudorum* 7.

dorum in 4. col. versic. quando, &c. Joannes Raynir. *in c. Imperialem §. habito, &c. de prohibita feudi alienat. per Freder. &c.* Et facile amplectenda, Decian. *resp.* 44. *n.* 22. *vol.* 2. Gemin. *in cap. accedens in fine distinct.* 50. Curt. *cap. fin. n.* 207. *x. de Consuetudine.*

8. Res enim quælibet facile ad primævam suam naturam reducitur. *Can. ab exordio dist.* 35. *l. si unus §. pactus ne peteret ff. de pactis.* Quia Constitutiones Feudales, uti juris communis derogatoriæ, sunt odiosæ, ut notant omnes *in d. l. maximum vitium C. de lib. præter & in l.* 1. *C. unde vir & uxor, &c.*

9. Et tunc possunt, sine Domini consensu, alienari, salva tamen fidelitate & reverentia, Domino debita, Bald. *in c.* 1. *vers. sed quod si &c. de prohib. feudi alienat. per Frederic. &c.* Curt. Iun. *pag.* 4. *reg.* 2. *quæst.* 5. Clarus §. *feudum quæst.* 31. *n.* 8. Cagnollus *in l. fin. n.* 12. *ff de reg. juris*, Sande *lib.* 2. *comment. tit.* 2. *c.* 1. *n.* 7. Fachinæus *d. lib.* 7. *controvers. cap.* 82.

10. Item Vasallus de eo potest testari, quod alias non posset. *c.* 1. *de success. feudi c* 1 *§. donare qualiter olim feud. alien.* Wesenb. *consil* 47. *n.* 11. *vol.* 4. Mozz. *de natura feud n.* 33. Menoch. *consil.* 504. *n.* 4. *& seqq.* Graff. §. *legatum quæst.* 14. *n.* 21. Rosenthal. *cap.* 7. *concl.* 11. *n* 8. Sande *d. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 12. *& part.* 1. *c.* 2. *per tot.* Clarus §. *feudum quæst.* 40 Zasius *part.* 8. *n.* 64. Curt. *par.* 4 *n.* 132. Paris. *consil.* 16. *n.* 43. *vol.* 3 Vivius *commun. opin.* 117. *lib.* 1. Suarez *thesaur. recept. sen.* §. *feudum n.* 70. Reusner. *decis.* 1. *n.* 4. *lib.* 2. Borell. *in summa decis. tit* 34 *n.* 213. *lib.* 1. Geil. *observ.* 154. *n.* 13. Freccia *de subfeudis Baron. lib.* 2. *capite incipiente, superest, &c.* Garsias Mastrillus *decis.* 54. *n.* 25.

11. Feudum autem semel alienatum, præsumitur alienabile, & transmissibile, Intriglio. *cent.* 1.
12. *quæst.* 39. *n.* 11. Zuchard. *consil.* 71. *n.* 55. Etiam ex unico actu. Knichen. *de vestitur. pactionibus cap.* 5. *n.* 178. *par.* 1. Vultejus *consil.* 12. *n.* 17. *&* Gœdd. *consil.* 37. *n* 734. *&* 1143. *vol.* 4. Garzonius *de fœm. ad feuda admittend. &c. n.* 121. *& est textus in c.* 2. *extra de feudis* Francisc. de Caldas *de renovatione Emphyteusis quæst.* 11. *num.* 30. Cævallos *communes contra communes, quæstione* 897. Scaccia *de Appell. quæst.* 17. *limitat.* 47. *membro* 1. *n.* 111. Gonzal. *ad regulam* 8. *Cancellar. glossa* 6. *n.* 164. Joannes Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici par.* 1. *cap.* 13. *n.* 3. Etiamsi pars tantum alienata esset, Bursat. *consil.* 49. *num.* 63. *vol.* 1. *Symphoremat. tomo* 4 *part.* 1. *voto* 9. *n.* 74. 78. 79.

13. Et Dominus, qui consuevit assensum concedere alienandi, Vasallo vendere volenti, consen-
14. tire tenetur, alias illi dicitur facere injuriam, Corn. *consil.* 230. *vol.* 3. Bursat. *consil.* 45. *n.* 12. *vol.* 1. Surd. *decis.* 220. *n.* 54. Borell. *in summa decis. tit. de feudis n.* 623. *Idem tit.* 36. *n.* 48. *modo subsit causa legitima.* Afflict. *decis.* 265. *n.* 73. Freccia *de subfeud. Baronat. lib.* 2. *n.* 7. Menoch. *de arbitrar. Judic. casu* 182. Sed, quia Dominus Hermannus Vultejus *in consil.* 14. *voluminis* 4. *Marpurg. Consiliorum*, supra relatam sententiam in generali licentia data alienandi; specialem Domini
15 consensum non requirere, accurate, præ aliis, non tantum in utramque partem discutit, sed consensum etiam, contra communem, requiri, concludit; cujus tamen contrarium videtur tenuisse *in consil.* 33 *n.* 51. *vol.* 1. Istius vero quæstionis resolutio, plurimum ad causam nostram, in qua tot alienationes, cum clausulis ad habendum, tenendum, possidendum, & quidquid sibi & suis placuerit, faciendum. Item cum clausula cui dederit, &c. in argumentum trahuntur; plurimum facit: argumenta ista Vulteji, hoc loco referre, &, qua ratione, ab ejus opinione recedendo; communiori adhærendum putem; paulo latius deducere non gravabor; hac tamen adjecta protestatione, quod per hoc, Domini Vulteji judicio, in causa, in qua ipse ibi consuluit, ob singu-
16. larem clausulam restrictivam, und damit als mit anderen seinen Lehengutteren zu thuen und zu lassen, aut etiam aliis, præjudicare non intendam, &c.

17. Primum argumentum pro communi, fundatur *in cap.* 1. *de feudo non habente propriam naturam feudi*, ubi feudum concessum pro se, & cui ipse dederit, ut is, cui ita concessum est Feudum, poterit illud vendere, vel donare, vel aliter si sibi placuerit, etiam sine voluntate Domini alienare, *Quo facit & cap.* 1. §. *si feudum, si de feudo defuncti contrroversi. fuerit inter Domin. & agn. ubi* Bald. & Alvarott. *Zas. de Feudis p. ultima num.* 25. Schenck *in c.* 1. §. *rursus n.* 5. *quibus modis feudum amitt. &c.* Kirchov. *in comm. opin. lit. F. feudum concessum pro se &c.* Sonsbeck *de feudis p.* 5. *n.* 8. Rosenthal. *de feud. cap.* 9. *concl.* 40. *n.* 3. Curt. Iun. *communem dicens par. n.* 141. Riminal. Iun. *consil.* 55. *n.* 15. *vol.* 1. *& consil.* 3. *n.* 5. *eod. vol.* Schrad. *p.* 8. §. 2 *n.* 57 Decius *consil* 171. *n.* 2 *& consil.* 614. *n.* 6. Roland. a Valle *consil.* 42. *n.* 16. Alex. *consil.* 228. *n.* 6. *vol.* 6. Pacian. *consil.* 40. *n.* 31.

18. *Quibus in consil.* 12. ejusdem libri adjicit idem Vultejus, Rolandum a Valle *consil.* 96. *n.* 36. *vol.* 1. Manent. *consil* 42. *n.* 47. *& consil.* 41. *n.* 17. *vol.* 1. Imo hoc casu, etiam hæredes Extraneos venire, intrigli. *de feudis quæst.* 50. *n.* 158. Cævall. *in speculo quæst.* 184. *n.* 21. Bocer *in tract. de qualit. & different. feud. c.* 5. *n.* 27. Steph. Grat. *discept. forens.* 481. *n.* 27. Curt. Iun. *consil.* 4. *per tot. vol.* 1. Decius *consil.* 293. *n.* 3. Roland a Valle *consil* 3. *num.* 64. *vol.* 1. Menoch. *consil.* 1276. *n.* 3.

Nec huic argumento postea. n. 81. in responsione ad contraria satisfacit, Vultejus, dum dicit in ista Investitura, de qua ibi agebatur, feudum non fuisse pro iis, quibus ipse dederit, sed vor sich und seine Leibslehens erben concessum, sondern vor seine rechte Nachkommen, tales enim spe-
19. ciales circumstantiæ, non infringunt communem sententiam, quæ se fundat in clausulis, & cui ipse dederit, quæ verba spectant ad principalem dispositionem, & non ad solam Executionem, ut

sine

ſine fundamento & re præſupponit, & ſic ei non ſuffragatur diſtinctio Doctorum ex Decio, Socin. Menoch. Mantica, Franchis, *Zaſio*, Intrigliolo adducta, ſicut in noſtro caſu verba venditionibus & Emptionibus inſerta, non poſſunt ad ſolam Executionem reſtringi, cum faciant ipſam principalem diſpoſitionem. 20.

Secundo, pro argumento adfert Vultejus, ex communi ſententia, quia alias alienandi poteſtas, 21. ſi a Domini nova conceſſione penderet, redderetur inutilis, quam rationem ad hoc ponderarunt. Immola *in c. potuit x. locati.* Albericus, Salic. & Iaſon. *in l. 3. C. de jure Emphyt.* In feudalibus vero 22. nulla debere eſſe verba otioſa. *c. ſi Papa, de privilegiis in 6.* Curt. *Sen. conſil.* 49. *n.* 73. Natta *conſil.* 667. *n.* 24. *vol.* 4. Cravetta *conſil.* 173. *n.* 18. *vol.* 2. *& Conſilio* 965. *n.* 4. *vol.* 4 Tanto magis, quia Doctoribus placuit, datam alienandi licentiam, nulla limitatione conſtrictam intelligi, Angelus Aretin. *de reſtitutione fideicommiſſi* §. *nobis igitur &c.* Socin. *in l. Marcellus* §. *res quæ, verſ.* 3. *ff. ad SCtum Trebellian. & conſil.* 123. *n.* 3. *v.* 3. Gratus *conſil* 81. *n.* 17. Berous *conſil.* 94. *n.* 24. *& conſil* 133. *n.* 3. *vol.* 2. Natta *conſil.* 530. *n.* 7. *&* 9. Surd. *conſil.* 382. *n.* 16. *vol.* 3.

Nec huic argumento, ſalva pace tanti Iuriſconſulti, Dominus Vultejus videtur ſatisfacere, quod 23. inter licentiam alienandi habitam, & ejus interpretationem vult diſtinguere, & quaſi, ut eſt in proverbio.

Geminas ſecernere Thebas &c.

Quaſi vero, qui vult antecedens, non velit etiam conſequens? & quaſi Dominus, qui voluit Vaſallum liberam habere alienandi poteſtatem; non velit etiam ea prius gaudere poſſe, niſi eandem denuo impetraverit? Alexand. *conſil.* 157. *n.* 14. *lib* 2. *& conſ.* 158. *in princip. lib.* 5.

Taceo, quod ipſe Vultejus alibi, nempe *conſil.* 12. *n.* 16 pro communi ſententia allegat *d. c.* 1. de feudo non habente propriam feudi naturam *&c. & ſi de feudo def. contentio*, Decium *conſil* 163. 24. *n.* 3. *& conſil.* 392. *num.* 9. Cravett. *conſil.* 84. *n.* 10. *& conſil.* 92. *n.* 6. *vol.* 1. Obrecht. *de feud. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 6.

Iſta itaque ſubtilitate finguntur plura, quæ ſunt unum, aut omnino non ſunt in rerum natura, 25. nam præſupponitur, neſcio quæ irreverentia Domini, ſi ab eo non petatur, quod jam Vaſallus ab eo habet.

Item præſupponitur, quod ſtante communiori ſententia, ſequeretur illud incommodi, quod Dominus ignorabit, quem ſit habiturus Vaſallum, & forte inidoneum, iſta enim præſuppoſita ſunt 26. inania, quia, poſt alienationem, venditor tenetur factam alienationem Domino intimare, vel notificare, & eum pro Inveſtitura novi Vaſalli requirere, in qua Domino perſonam Vaſalli, examinare integrum manet, prout venditor Caſtri Ehrenſtein, in actis, confeſſione Syndici, feciſſe legitur, deductionali 270. quo fit relatio.

Nec poterit ſe hoc loco, ubi expreſſe de voluntate contrahentium, quod de jure communi feudali recedere voluerint, conſtat, juvare per abuſum Regulæ, alias in ſuis terminis non improbatæ, quod forma in aliquo puncto mutata, reliqua in communi natura maneant. Quia iſta Regula non debet extendi ad ea, quæ legitima conſequentia ex puncto mutato manent alias iſta Regula, ſi tam cavilloſe agatur in d. c. 1. de feudo non habente propriam feudi naturam, omnino evertitur, quando per ſolam clauſulam, & cui dederit &c. plures alienandi modi ſimiles includuntur, qui alias vigore iſtius Regulæ, tam anxie acceptæ, remitterentur ad jus commune, cum tamen ibidem plura ſeparata Capitula, uni clauſulæ includantur. 27. 28.

Negatur itaque præſuppoſitum Domini Vulteji in n 61. d. conſ 14. vol 4. quo ponit, quaſi Dominus, ſi tempore conceſſæ libertatis interrogatus fuiſſet, utrum vellet iterum tempore alienationis requiri ſit reſponſurus, ſe novam Requiſitionem ſibi reſervare: quia per hoc inferretur abſurditas, ſi non etiam levitas, quaſi quod ſemel voluiſſet, non vellet, ut patet ex ſenſu communi &c. & hoc firmat, rejecto contrario, Dn. Roſenthal. *cap.* 6. *concl.* 40. *n.* 2. *& concl.* 41. *n.* 1. 29.

Qui enim vult Genus, vult ſpecies ſub genere comprehenſas, niſi fuerint illæ ſpecialiter exceptæ, *l. omnes. ubi Ang. C. de praſcript.* 30. *annorum*, *l. ſemper, de regulis Iuris*, etiamſi in una ſpecie major ſit ratio, quam in alia, *l.* 1. §. *quod autem ff. de attentor.* Decius *conſil.* 141. *n.* 33. Reliqua, ut longe petita, & violenter detorta, prætereo, ac receptiſſimæ opinioni inhæreo.

Quæ vero iſtæ translationes Feudorum de familia in familiam extraneam (ut revertar, unde digreſſus ſum) tam frequentes, tot ſeculis continuatæ, per ſucceſſiones & ſponſalitias largitates, prætenſam naturam recti Feudi & maſculinitatis, ut ita mihi dicere liceat, ſatis evidenter in editis ad acta, & typo publicatis inſtrumentis ita deſtruunt, ut Syndicus factum negare, & jus inde reſultans effugere non poſſit: iſta editio pro victoria Vaſallorum, apud juſtos rerum æſtimatores ſufficere poſſet. Conſuetudo autem alienandi extendit ſe ad feuda omnia, etiam non alienata, quæ de jure valet, Bald. *conſi.* 9. *n.* 5. *vol.* 1. Roland. a Valle *conſil.* 2. *n.* 18. *& conſil.* 24. *n* 21. Clarus *in* §. *feudum quaſt.* 31. *num.* 12. Symphor. Camer. *tomo* 4. *voto* 9. *n.* 64. *& ſeqq. & n.* 71. *& ſeqq.* 30. 31.

Sed, quia in translationibus, per viam contractus ac venditionis aliquis exurgit ſcrupulus ex eo, quod Doctores circa feuda emptitia non omnes idem ſentiunt; quibuſdam aſſerentibus in feudis

 emptitiis

32. emptitiis fœminas succedere, aliis vero id negantibus; non abs re me facturum puto, si nodum istum pro ingenioli tenuitate dissolvero, dum tamen potestatem ad facultatem alienandi feuda, prius porro prolixius demonstravero. Nam interea (ut ut sit de ista quæstione) ex numeris in Registro Extractus §. penultimo citatis, satis constat, vendendi, permutandi, donandi Feuda Coloniensia, potestatem Vasallis, (modo Domini consensus accedat, vel interveniat) competere, ut patet ex. n. 1. 14. 19. 60. 64. 66. 68. 72. 77. & 100. in quibus Contractus isti simpliciter præcesserunt, consensus ad requisitionem, vel etiam post factas venditiones, subsecutus est.

33. Præterea Doctores *sub. num.* 19. *&* 60. allegati, expresse se fundant in Consuetudine ac jure vendendi, ita, ut ista Consuetudo per ipsum Dominum Feudi, post diligentem indaginem, ut legitima confirmetur, ibi zu rechten erb und zu ewigen Tagen, eines uffrichten, steden, festen und unwiderrufflichen erbkauffs, wie der von beiden geistlichen und weltlichen beschriebenen rechten, **und aus löblicher Gewohnheit / herkommen und gebrauch** / allerbest und kräfftig beschehen soll, kan oder mag, verkaufft und zu kauffen geben, & iterum ibi, **auch wie solches na gewohnheit / herkommen und gebrauch der land und gericht** / darin die vorige guter gelegen sein ꝛc. Et in transfixo.

WJr Friederich ꝛc. bekennen gegen menniglichen, daß wir gegenwertigen Kauffbrieff, dadurch dieser unser transfix gethan, auff beiderseits darzu ernendter partheien, underthanen und lehenleut, undertheniq pitten, mit **fleiß besichtiget und begründet**/und dieweil wir solchen Contract **den rechten und billigkeit gemeeß / und darumb zuleßig befunden**/ so haben, als der Landtfürst und Lehenherr, denselben kauff gnedigst bewilliget und zugelassen.

34. Quibus accedit liquida probatio ex Confessione Syndici Adversarii, in articulo deductionali

Ehrenstein. 270. ubi concedit Adamum Oedtgenbach, prius diversa feuda Ehrenstein, Oedtgenbach, Kalberscheidt, Schonenberg, vendidisse, & postmodum Domino factam venditionem, denunciasse, ac approbationem petiisse. Alias, ubi non obtinet Consuetudo alienandi, Vasallus per hoc perdidisset Feudum, quia contemnit Dominum, text *in c.* 1. §. *fin. quæ sit prima causa &c. per Dd. allegatos a* Cothmanno *responso* 91. *n.* 2. *&* 3. *vol.* 1. *quos huc transcribere supersedeo.*

35. Et, ut non dubitetur de hac alienandi facultate, remittitur Syndicus ad num. 387. 388. 389. & ad tres venditiones per filias de Sallbrucken factas, sub. n. 170. 171. 172. ad acta registratas, ubi traditiones coram Paribus factæ, inscio Domino, fuerunt, & tamen contractus confirmati sunt &c. Idem contigit in venditione Velmeringen sub quarto fundamento n. 448 inserta.

Nec est, quod hoc loco Adversarius juxta inadmissibiles deductionales, articulo 170. obstrepat, & inprimis neget observantiam: Deinde ea evicta, dicat, legibus, non Exemplis judicandum, &, quid fieri debeat, non, quid factum sit, considerandum esse, nam illud nimis longe petitum, non habet locum, ubi quid fit in vim Consuetudinis legi contrariæ; ad quam Pares Curiæ se eo loco referunt, eamque Dominus Feudi per approbationem actus admittit. Actus enim omnes justi-

37. ficantur per scientiam & patientiam Superiorum. *l. quis sit fugitivus*, §. *ego puto*, §. *quod si nolit*, §. *quia assidua ff. de ædilitio edicto*, *c. nisi essent x. de prabendis.*

Nam, si aliud diceretur, efficeretur, nunquam Consuetudinem contra leges induci posse, & consequenter nec jus feudale, quod tamen est manifestissime falsum, & de hoc est textus feudalis

38. *in tit.* 1. *libri secundi*, *ubi dicit* Obertus *de Orto*, legum Romanarum non est vilis autoritas, sed non adeo vim suam extendunt, ut usum vincant & morem, qui textus *directe contradicit textui Juris Civilis in l. consuetudinis C. quæ sit longa Consuetudo.*

Quapropter recte Knichen, hanc Regulam limitat, eamque non obtinere, autumat, quando Exemplorum multitudine Consuetudo inducitur: Tunc enim Exemplis bene judicatur, Knich.

39. *de vestiturarum pactionibus par.* 1. *c.* 1. *n.* 99. Alba. *consil.* 612. *n.* 39. *num.* 4. Raudens. *de Analog. cap.* 33. *n.* 177. Purpur. *consil.* 582. *n.* 4. *lib.* 2. Fabian. de Ana *consil.* 61. *n.* 70. *cum seqq.* Flamin. de Rubeis *consil.* 32 *n.* 75.

Sed huic Syndico hoc familiare & solenne est, id ponere pro fundamento, quod venit in quæ-

40. stionem, cum tamen hoc loco Consuetudo contraria generalibus legibus feudorum, ex disertis verbis allegatorum documentorum comprobetur, &c.

Simile est, quod habetur sub n 60. Ich Johan von Kluppelberg thuen kundt, daß ich mit

Kuchenheimb Esselen. wissen, consent, willen, des hochwürdigen Herrn Ditterichs Ertzbischoffen zu Cöllen, ꝛc einen rechten, vasten, steden erbkauff, verkauffen redlichs kauffs, ꝛc. Johan von Kindtsweiler, alsdan der vurß Johan Role und seine Erben, offthelder diß briffs, mit ihrem willen, sollen oder moegen, über die vurß: gutter und erbschafft zu Kuchenheimb, zu ihrem gewalt und behalt haben, halten, besitzen geraßt, ꝛc. als mit **ihrem eigen erben und gutter**, sie damit forder und vollkommendtlich zu erben, und wol sicher zu machen, gantze werschafft zu thuen, als solches vorged. erbsrecht ist, ꝛc.

42. Quæ determinatio respiciens plura, eandem qualitatem illis tribuit, ita, ut non de sola evictione intelligatur. Bald. *in l. sed & si quis* § *quæsitum ff. si quis cautionibus ubi* Jason *num.* 15. Canonistæ *in c.* 1. *x. commod.* Vult. *consil.* 46. *num.* 301. *vol.* 4.

43. Quod evidentius patet ex instrumento venditionis, medietatis, Domini Kendenich, in actis

num.

num. 140. in Extractu vero Centuria 2. n. 9. signato, in qua soror venditoris, quotam fratris (cum suum jus successionis ab intestato, cum elogio necessariæ hæredis haberet) pro se, hæredibus & successoribus prolibus, imo & possessoribus instrumenti pretio 3000. aureorum emit, sub sequentibus clausulis.

Wir Dahm von Orßbeck, ꝛc. Nachdem weilandt der ehrnvester und frommer, Dahm von Orßbeck, und die tugendsame Sophia Brembdt, sein ehelich gemahl, unsere liebe Vater und Mutter, der seelen Gott gnedig, nach schickung des allmechtigen, mit todt verfallen, und das wir also das hauß Kendenich, hoff, und die alinge erbschafft zu Kendenich, mit seiner freyheit, an uns und die tugentsame Agnes von Orßbeck, **unsere liebe schwester und schwiegerinne** / als Dahm von Orßbeck und Sophien Bremdden eheleuten, **rechte und ungezweiffelte miterben ererbt** / id est, legitimi, indubitati & necessarii hæredes hæreditavimus, &c.

Quo loco notandum, sororem vel filiam, non minus quam filium ac respective fratrem, non tantum simul concurrendo, absque sexus differentia, parentibus in feudo successisse, sed etiam, sciente & confirmante Principe, ac Feudi Domino, simul vocari Hæredes veros, necessarios, legitimos, ac indubitatos, atque sic nullam sexus distinctionem habitam fuisse, quod quam longissime ab omni Longobardici, vel recti feudi natura abest, nisi contraria consuetudo, contra jus commune feudale, tam Domini, quam Vasallorum animos occupasset. 44.

Ubi etiam obiter prius notandum, & reiterandum, Clausulam vor getreuer brieffs einhaberen, indicare feudum mere hæreditarium, Curt Jun. *consil.* 1. Natta *consil.* 159. *n.* 12. *& consil.* 126 *lib.* 1. Schrader *p.* 7. *cap.* 3. *n.* 6. Coth. *responso polemico* 10. *n.* 164. Roland à Valle *consil.* 42. *& seqq. & æquipollere clausula (quibus dederit)* Rosental. *c.* 9. *concl.* 41. *lit. C. & c.* 2. *concl.* 36. *lit. C. &c.* Kirchenberg *cap.* 4. *n.* 77. 45.

Pergit porro dictum Instrumentum venditionis Castri & Dominii Kendenich, der tugentsamen Agnessen von Orßbeck unser geliebten schwester und schwegerinnen, ihren erben, kinderen und nachkomlingen, das hauß, hoff, Kendenich, ꝛc. vor gericht und an enden, dar sich solches nach art und natur der gütter, und sonst von rechtswegen eiget und gebürt, ꝛc der kaufferinnen und ihren erben, und helder dieß brieffs mit ihrem guten wissen, und willen, und **gewalt uffgetragen.** Zugestalt, und gegeben, fortahn ewiglich einzuhaben, und zu besitzen, zu nutzen, zu niessen, zu verkauffen, zu versetzen, hinzugeben, zu verenderen, und damit, als anderen ihren eigenen gutteren ihres gefallens zu handelen, und zu disponiren, ꝛc. & post multa, in confirmatione, &c.

Welches wir Adolff Ertzbischoff und Churfürst, uff gedachtes Dahmen von Orßbeck, und Annen von Plettenberg eheleut, underthenigst und diemutigsts vorbitten, gnädiglich gethaen haben, approbiren, confirmiren und bestedtigen, in allen seinen puncten und articulen (quid clarius) und haben derhalben uff gedachter verkeuffer underthenige bitt, uns Churfurstlich insiegel gnädiglich zuvoran, und an diesen brieff thuen hangen.

Quin imo, quod magis est, tales Alienationes, oppignorationes, vel venditiones, etiam in ista Diœcesi frequentari solitæ sunt, & valuerunt, & adhuc valent coram solis Paribus Curiæ, sine speciali scitu Principis, celebratæ, ut in Extractu n. 66. in actis vero 96. in transactione, Item n. 67. in actis 97. in donatione inter vivos, & n. 68. ac respectivè in actis 98. item in actis n. 156. in donatione propter nuptias, ac denique ex tribus diversis venditionibus trium filiarum Nobilis de Sollbrucken convincitur, quarum una fuit sanctimonialis, cujus nomine Monasterium, ejusque Prior, contractum cum nobili Haaß celebravit, cum consensu solorum Parium Curiæ, nec non Scabinorum, prospectu allodialium immixtorum, &c. secunda cent. 37. 38. 39. in actis verò 171. 172. & 173. in verbis. 46.

Wir Frederich Landgraff und Henderich von Buderich / Johan sohn / 47. Bockumb. mannen von lehen uns gnedigsten lieven Herrn Ertzbischoff zu Cöllen, das vor uns kommen und erschienen ist, die ehrsame und andechtige Agnes von Sollbrucken closter junffer des closters und Gotteshauß, Buiten, bey Niederwessel zu Overdorbs, in einem fasten, steden erbkauff, verkaufft, in krafft dieß brieffs, dem vesten und frommen Johann Haaß, zur zeit Droste zu Lynn, junffer Anna von Bell seiner haußfrauen, und ihren beyden erben, ꝛc. all solch kindtheil und gerechtigkeit, der vor gnt. Agnes angefallen und anerstorben ist, **ubermitz / dode und vesterfnuß** ihres vatters und moeder sehlig, und sie hefft an dem hauß, hoff, hoffstedt und gantzen alingen lehen und gutt zu Sollbrucken, und an dem hove und gutte up dem water, in dem landt von Lynn gelegen, und von unserem gnedigem Herrn zu lehen gaende ist, vor Lehenmannen und Scheffen vorß: ubergeben, opgetragen, und zu bey behoeff denselben Eheleudt verzeichnuß gethaen, mit handt, halm und gichtigem mundt, und ist das außgegangen, **als in dem landt und statt Lynn erfliche guets recht und gewonheit ist** / ꝛc. Ecce Consuetudo, &c.

Item ibi, in aller manieren sich das nahe naturen des lehenguits und erganckнuß des vurß: brieffs mit recht gebühren soll (ecce iterum testimonium de Consuetudine.)

Simi-

48. Similis venditio deprehenditur n. 172. in persona alterius sororis ac illius mariti Joannis von Otterßheim, coram Paribus Curiæ, Johan von Kessel und Henrich von Buderich, de una tertia hæreditatis Solbruggen, als derselben Margreten, durch thoden ihrer vader und moeder anerstorben und gefallen ist, und forder dermassen anersterben und anfallen mögte, ꝛc.

Item ibi, Darumb sein die vorgnt. Haaß und Margrett, vor sich und ihre erben, solches vorß: erss und gutteren ahndeil, recht und gerechtigkeit vor uns mannen von lehen vorß: beysein Scheffen vorß: **nahe lehemans recht gewohnlicher weiß** (nota iterum Consuetudinem) **und maßen**/ in der bester formen man solches thuen soll, und pflog, clarlich und gäntzlich außgangen, daruff verzichen und verschossen, mit handt, halm, und gichtigem mundt, als sie das zu recht dan mochten, und solten, ꝛc & post multa beheltlichen das unserem gnädigsten lieven Herren Ertzbischoff vorß: als Lehenherrn, seiner overkeit und gerechtigkeit, pittende diemutigst unseren gnedigsten lieven Herrn, ꝛc.

49. Quod autem tales venditiones istarum filiarum pro legitimis, & Consuetudini Curiæ Coloniensis conformibus Contractibus habitæ sint: convincit Infeudatio vel Investituræ Archiepiscopi istius temporis (qui fuisse videl. Hermannus, ut ex data colligitur, cum alias nomen videatur omissum) quod non tantum simpliciter per gnedlich belehendt, nulla singularis gratiæ significatione adjecta, confirmavit, sed insuper etiam addidit, filias illas legitimas fuisse ultimi Vasalli hæredes, von desselben etwan Frederichs von Solbrucken rechten erben an sich gegolden und pragt hatt, und habe demnach von denselben Johan Haasen gewohnliche huldigung und aidt empfangen. Anno 1507. misericordiæ, &c.

His in plerisque concordat Instrumentum venditi feudi, des Grachthoff, prope Tulbiacum, cum subsecuto consensu & confirmatione Domini Anno 1555. sub n. 380. Item n. 392. & 394 ad acta registrata, in quo deprehenduntur clausulæ, feudum hæreditarium inferentes, ad habendum, ewig und erwig zu haben, besitzen, besetzen, entziehen, brauchen, nutzen, und niesen, handelen, schaffen und lassen, nach seinem willen und wolgefallen, ꝛc. Item und dagegen benendten Wilhelmen Haasen, den keuffer und alle seine erben, dieselbe alles in recht redtlich, ꝛc. Adde Feudum Velmering supra in quarto fundamento num. 44. relatum.

50. Feudum autem simpliciter hæreditarium, & datum pro omnibus vel quibuscunque hæredibus, transit ut allodium ad Extraneos, Vultejus *d. consil.* 33. *n.* 45. Bald. *in c. præsentia n.* 26. *x. de probat.* Afflictus *c.* 1. §. *in generali, si de feudo defuncti, &c. & plures relati à* Deciano *consil.* 58. *n.* 6. *vol.* 2. Rosental. *cap.* 2. *concl.* 36. *n.* 6. Riminald. Jun. *consil.* 63. *n.* 20. *& consil* 65. *n.* 19. Knichen. *d. p.* 1. *c* 5. *n.* 46. *&* Vultejus *consil.* 33. *n.* 44. 49. 50 *& seqq. vol.* 1. *& in tract. de feud. cap.* 9. *n.* 246. Gœdd. *d. consil.* 37. *n.* 1148. *post* Geil. *obs.* 154. *n.* 8. *&* 9. *per cap.* 1. *de duobus fratribus à Capitaneo investitis.* De hoc est textus *in c.* 1. *de feudo non habente propriam feudi naturam, &c.* Et hanc sententiam acute defendit Fachinæus *lib.* 7. *controversiarum cap* 6. *& cap.* 82. *qui videndus.* Et hanc etiam opinionem, vel invitus confitetur communem Carolus à Kirchberg. *d discursu c.* 4. *n.* 64. *allegans.* Alex. *consil.* 195. *prospectis instrumentis n.* 4 Gozad. *consil.* 6. *n.* 43. *& consil.* 27. *n.* 22. Curt. Jun. *consil.* 1. *n.* 4. Roland. à Valle *consil.* 60. *n.* 49. *vol.* 1. *& consil.* 79. *n.* 34. *vol.* 2. Dec. *consil.* 395 *n.* 11. eandemque opinionem ut crebriorem amplectitur Ruinus *consil.* 25. *num.* 6. *vol. &* Menoch. *consil.* 119. *num.* 10. *&c*

51. De illa etiam clausula, ut habeat, cui ipse dederit, &c. minus dubitandum; teste Kirchberg. *d. c* 4. *n.* 68. (quales frequenter in Emptionibus Coloniensium Feudorum inveniuntur) eas feudum constituere mere hæreditarium, ut est text. *in c.* 1. *de feudo non habente propriam feudi naturam, &c.* si Doctoribus credimus, quos id uno ore fateri, testatur Nicol. de Neapol. *ibidem & tradunt in d. cap.* 1. Belvisio, Isernia, Alvarot. Laud. Afflict. Præpos. Schenck, Petrus Ravennas, Jul. Clarus *lib.* 3. *receptar. sententiar.* §. *emphyteusis quæst.* 28. *n.* 10. Zasius *par.* 12. *n.* 23. *&* 26. Camer. *in cap.* 1. *de prohib. feud. alien. per Frederic. fol.* 29. Curt. *in tract. feud. p.* 3. *membro* 2. *n.* 63.

52. Et, quod fœminæ, ac Extranei, hoc casu, ab intestato admittantur, tradit, & latissime defendit idem Curt. Jun. *consil.* 4. *per tot. quem sequitur* Roland. à Valle *consil.* 3. *n.* 62. *vol.* 1. *idem probat.* Paris. *consil.* 23. *n.* 39. *cum aliquot seqq. & n* 41. *in fin.* eamque communem opinionem esse,

53. testatur Decius *consil.* 193. *n.* 3. Roland. à Valle *consil.* 71. *n.* 21. Ubi tenet, quod, quomodocunque alienaverit, sive donando, permutando, sive testamentum faciendo, valeat, &c. *vol.* 2. &, quod sine consensu Domini alienari possit in Extraneos, communem laudat Decian. *consil.* 58. *n.* 33. *vol.* 2 *&* Curt. *d. loc. n.* 1. 2. *&* 3. Dec. & Paris. *loco citato.* Natta *consil.* 16. *n.* 1. *&* 5. Francisc. Bec. *in consil.* 88. *n.* 22. *ubi n.* 21. *ex sententia* Baldi & Bruni, dicit, quod clausula (& quibus dederit) simpliciter prolata, intelligatur, quomodocunque dederit, sive permutando, sive testando, feudumque sic datum effici transmissibile ad omnes hæredes, multis auctoribus probat, *novissime* Joan. Bolognet. *consil.* 4. *n.* 130. licet per istam clausulam non possit feudum fieri res allodialis Rosental. *cap.* 9 *concl.* 41. *n.* 14. Idem etiam post alios à se allegatos sentit. Herm. Vultejus *lib.* 1. *de feud. cap.* 8 *n.* 52. Rebuff. *decis.* 15. Ripa *in l. ex facto* §. *fin. ad SC. Trebell.* Alexand. *in l. si patroni ff. eod.* Rub. *in l. Gallus*, §. *quidam recte, n.* 20. *ff. de liber. & posthumis*, *sequitur* Henr. Bocerus *in d. tract. suo, de qualitate & different. feud. c.* 5. *n.* 27. *vers. & certe feudum, &c.* Tum etiam Hieron. de Cævallos

in

in specul. aur. commun. contra communes, quæst. 787. *num.* 21. Ubi idem sentit de clausula, do tibi, & quibus jura tua concedere volueris, *allegans* Paris. *consil.* 23. *n.* 41. *vol.* 1. Gozad. *consil.* 14. *num.* 8. Campe *consil.* 11. Bald. *consil.* 197. *vol.* 2. Ruin. *consil.* 107. *vol.* 3.

Idem sentiunt Doctores nostri de ea, qua datur feudum ad habendum, tenendum, possidendum, alienandum, & quicquid perpetuo placuerit faciendum, &c. Ruin. Jun. *consil.* 98. *n* 26. *vol.* 54.
1 *ubi subdit*, quod per talem Investituram videatur data facultas disponendi, tam inter vivos, quam 55.
in ultima voluntate, Decius *consil.* 680. *n.* 2. 3. 4. 5. *& seq. vol* 5. Ruin. Jun. *consil.* 568. *n.* 125. *vol.* 5. Paris. *consil.* 23. *n.* 40. *&* 41. *vol.* 1. *Ubi ait, hanc Investituram æquipollere, tenere pro se, & quibus dederit, &c.* Menoch. *cons* 544. *n.* 3 *vol.* 6.

Sic feudum, quod concessum ad dandum & alienandum inter vivos & in ultima voluntate, feu- 56.
dum mere & absolute hæreditarium esse, minus dubitandum esse videtur, Capic. *decis.* 640. *n* 3. Johan. Thom. de Marin. *in tract. de gener. & qualitat. feud. rub. de feud. quod ita dat. &c. num.* 18. Paris. 23. *n.* 169. *vol.* 1. Roland. à Valle *consil.* 1. *n.* 70. *vol* 1.

Item clausulam hæredibus, omnibus plerumque Feudorum emptionibus insertam, arguere 57.
feudum mere hæreditarium, & ad quosvis hæredes mares ac fœminas, ad Extraneas transire, præter alibi allegatos late probat Ernest. Cothm. *vol.* 5. *consil.* 10. *n.* 163. ubi dicit verbum Hæredis, maxime in contractibus appositum, significare Hæredes, tam suos, quam Extraneos, tam masculos, quam fœminas *l. in conventionibus hæredis appellatione ff. de verb signif. l. in annalibus C. de legat.* Specul. *tit. de testament.* §. 1. *fin.* Anton. Gabriel *lib.* 6. *titulo. de verb. signif. concl.* 2.

Et verba getrewen brieffs einhaberen, facere rem ad Extraneos transire, decidunt Curt. Jun. *consil.* 1. Natta *consil.* 159. *num.* 12. *& consil.* 126. *lib.* Schrad. *de feud. p.* 7. *c.* 3. *n.* 6. Roland. à Valle *consil.* 79. *lib* 2. Maxime, ubi adjiciuntur verba, uti placuerit, nach ihrem gutdüncken, quæ verba important liberam alienationem in Extraneos, etiam in Feudis, Schrad. *d. l. n.* 4. Decianus *& ab eodem allegati, consil.* 58. *n.* 33. *vol.* 2.

Sed & generaliter traditum est, omne Feudum, quod sine Domini & agnatorum consensu alienari potest, esse feudum mere & simpliciter hæreditarium, & ad Extraneos hæredes transire, de eoque judicari, ut de bonis allodialibus, teste Nicol. Mozz. *in tract. de feud. tit. de substantia feudi n.* 95. *quem refert & sequitur Facultas Juridica Marpurgensis, respondente* Herm. Vultejo *consil.* 33. *n.* 49. *consil. Jure consultorum Marpurgensium vol* 1.

Cum itaque Feuda alias alienari prohibita, tribus modis alienationi subjiciantur, tenore In- 58.
vestituræ; tacite vel expresse per clausulas hæreditarias, generali Consuetudine; & singulari actu cum Domini consensu practicato, Symphor. *tom.* 4. *voto* 9. *num.* 62. Quos modos omnes in Feuda Coloniensia quadrare, ex jam dictis, comprehenditur: Efficitur nostra Feuda transire ad Fœminas, ut in terminis similibus late deduxit Referens Cameralis *d. voto* 9. Ubi ex hoc Fundamento pro filiabus in Camera fuit judicatum *num.* 168. *&* 169.

Quia vero pleræque omnes venditiones ad acta exhibitæ continent expressas clausulas potesta- 59.
tis alienandi, &c. efficitur, omnia illa Feuda facta esse alienabilia & consequenter promiscua, etiamsi prius ex natura vel consuetudine non fuissent talia. Quia facultas alienandi, facit feudum improprium, mutaturque ejus natura, & in eo Fœminæ succedunt *c* 1. *de feudo non habente propriam na-* 60.
turam feudi. Decian. *consil.* 58. *n* 36. *&* 55. *lib.* 1. *argumento. l. cum pater* §. *quindecim ff. de leg.* 3. Mantica *de tacitis & ambig. convent. lib.* 23. *tit.* 15. *n.* 53. Socin *consil.* 67. *n.* 12. *lib.* 1.

Ad quæstionem igitur supra propositam, à qua digressi sumus, redeundo, an scilicet Filiæ 61.
ad Feuda Emptitia admittendæ sint? illam ex professo Carolus Kirchberg *in suo discursu de feudo ex pacto provid. &c. c.* 4 *n.* 90. in utramque partem tractavit. Et, cum ipse in negativam partem declinet; satisfacturum me Lectori speraverim, si ipsius motivas adduxero, rationemque cur iisdem moveri non debeamus, in medium attulero, &c.

In hanc itaque sententiam dicit se vocari primo, quod regulariter Fœminæ Feudorum incapa- 62.
ces esse perhibeantur, *per text. in c.* 1. §. *hoc autem de his qui feudum dare possunt c.* 1. §. *filia de successione feudi c.* 1. *quemadmodum Feudum ad filiam pertinet. c.* 1. §. *similiter de Capitan. qui Curiam vendidit, &c. c.* 1. *in fin. de feudo Marchiæ, &c.* Hanc esse Regulam feudalem, communem, generalem, plane certam: illi tam diu inhærendum, donec de Exceptione liquide doceri possit, *c. ad decimas de Restitut. Spoliator.* Felin. *in c. quemadmodum frequenter x. ut lite non contestata & c. cum similibus*, quæ ipse dicto loco congessit, post Signorolum *consil.* 22. *n.* 5. *&* Decium *consil* 552. *n.* 2. *& in l.* 1. *num.* 6. *ff. de Regulis Juris.*

Alterum argumentum est, quod, quamvis feudum in eo, quod non sit gratuitum, à communi 63.
feudorum natura deflectere perhibeatur; in cæteris tamen omnibus antiquam suam indolem retineat, Socinus *in l. Gallus* §. *etiamsi parente, vers. quam conclusionem, &c. ff. de liberis & posthumis.*

Tertio, non leve huic sententiæ robur adferre, quod etiam in Feudo empto, fidelitatis capi- 64.
tula sunt expressa, *c.* 1. *qualiter jurari debeat & c.* 1. *de forma fidelitatis &c. & c.* 1. *de nova forma fidelitatis &c. per text. generalem in c.* 1. *in fine per quos fiat Investit, &c.* quasi quæ minime Fœminis conveniat.

 Tandem

65. Tandem eandem opinionem probare textum *in c.* 1. §. *quodsi cum*, *de fratribus de novo benefici investitis &c.* ubi licet feudum communi duorum fratrum pecunia ab alterutro sit emptum; alter tamen frater, qui non est emptor, in illud non succedit &c. Quia v. Herm. Vultejus *eandem sententiam in consil* 12. *lib.* 4. *sicut & lib.* 1. *de Feud. c.* 9. *n.* 44. *in nov. edit. n.* 50. 51. *tuetur*, *licet cap.* 8 *n.* 45. *in noviss. edit. n.* 85. *fateatur*, *Emptitia feuda esse impropria*, idcirco, eadem opera, illius Fundamenta examinare pergo.

66. Quorum primum sumo ex *n.* 190. *d. consil.* 12. Ubi ex Romano *in l etiam filii &c. num.* 7. *ff. soluto matrimonio &c.* feudum non debere sequi naturam contractus, sed rei, quæ deducitur in contractum, quasi in judicandis controversiis feudalibus, non ad venditiones, sed investituras, sit respiciendum, Mantica *lib.* 23. *de tacitis & ambig. convent. tit.* 15. *n.* 49. Schurf. *consil.* 23. *n.* 1. *cent.* 1. Mynsing. *consil* 92. *n.* 4. & 5. *observat.* 75. *cent.* 1.

67. Secundum, quod quidam dubitent; Borellus *autem in summa decis. tit.* 43. *n.* 20. & Rosental. *de feud. cap.* 7 *concl.* 34. *n.* 8. certo statuant, etiam Fœminas in feudis ex allodialibus oblatis non succedere, Ergo minus in Emptitiis, Vult. *d. consil.* 12. *num.* 191.

68. Tertium, intentionem ejus accipientis sc. qui sibi & hæredibus vult acquirere, esse quidem intelligere etiam hæredem fœminam, sed illam non esse intentionem respectu concedentis, Obrecht. *de feudis lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 152. Marin. *de Feudis ex pacto & provid n.* 55. Cachetan. *decis.* 161. *num.* 12. Menoch. 3. *præsumpt.* 94. *n.* 4. Hartm. Pistor. 2. *quæst.* 1. *num.* 78 & 98 Quia verouterque consentit in feudum, & non in qualitatem hinc qualitatem sumendam ex jure feudali Vult. *d. loco n.* 192.

69. Quartum, quod feudum ab alio Vasallo emptum, quoad Dominum maneat adhuc gratuitum, qui de pretio non participavit, Vult. *d. consil.* 12. *n.* 196. quod repetit *num.* 206.

70. Quintum, nusquam reperiri in Jure Feudali, Fœminas in feudo emptitio succedere, ideo quia non sit gratuitum, & quod sit feudum improprium, *ibid. n.* 206. (ubi obiter notandum hoc loco *n.* 207. *in fine.* Vultejum recedere ab opinione, quam legendo tenuit, *lib.* 1. *c.* 8. *num.* 85.) quod argumentum repetit *n.* 208. 212.

71. Sextum sub n. 207. quod mutatio personæ (puta venditoris in emptorem) non mutet Feudi naturam, per doctrinam Afflicti *in c.* 1. §. *præterea num.* 5. *de prohib. feud. alien. per Fredericum &c.* Surd. *consil.* 440. *n.* 47. Manent. *consil.* 43. *num.* 8.

72. Ubi etiam septimum inducit Fundamentum, quod servitiorum exhibitio sit de forma feudi, ideo de materia feudi nos multum sollicitos esse non debere, quia forma materia dignior est, Menoch. *cons.* 124. *n.* 102. *v.* 2.

73. Octavum, quod in jure Civili quidem, successio ex contractu non detur, sed contractus respicere solas obligationes; Et posito, quod vi contractus res fiat ad hæredes transitoria, hoc tamen intelligi debere de re transmissibili, *argumento* §. *finitur Instit. de usufruct. l. fin.* C. *eod.* hoc loco autem fœminas arceri à successione.

74. Nonum falsum esse, feudum Emptitium reputari ut allodium, Intrigl. *de feud. cent.* 1. *quæst.* 41. *n.* 25. Carolus à Kirchberg *in suo discursu*, *cap.* 4. *n.* 84. Rittershausen *in part. feud. cap.* 14. *n.* 15. Gilman. 2. *decade.* 3. *voto* 7. *n.* 3.

75. Decimo, standum potius esse rigoroso Juris scripto, quam æquitati non scriptæ, *l. prospexit ff. qui & à quibus manumissi, &c.*

76. Undecimum, humanius esse reddi rem suo Domino, quam alteri, Domino invito, Garzonius *de Fœm. ad feud. admittend. vel. non.* Vultej. 4 *consil. Marpurg.* 11. *num.* 114.

77. Duodecimum, æquitatem non scriptam non attendi, nec eam esse æquitatem, quam quisque sibi ex suo capite imaginatur, sed quæ conjuncta sit legi, Menoch. *lib* 1. *de arbitrar jud. quæstion.* 49. Bald. *in Rubrica. c. de constit. n.* 14. & *consil.* 102. *n.* 2. Riminald. Jun. *consil.* 706. *n.* 10. Geil. *lib.* 2 *obs.* 23. *n.* 26.

78. Solum enim Principem cognoscere, quæ lex sit rigorosa, juxta Afflictum *in cap.* 1. *in prius n.* 104. *quæ sint Regalia.*

79. Decimum tertium, allegat plusquam 50. autoritates Doctorum illam opinionem, ut magis communem, sequentium. Et hæc quidem in *d. consil.* 12. *lib.* 4.

80. Decimum quartum, in tractatu de Feudis (ultra Kirchbergium, Feudum in uno puncto im-
81. propriatum manere in reliquis proprium) addit aliud argumentum, quod plures specialitates in unam rem concurrere nequeant.

Quia vero inter reliquos hujus opinionis Asseclas, etiam Fachinæus *lib.* 7. *controvers. cap.* 37. citatur; subjicio duo ejus Fundamenta, quorum alterum sumitur ex *textu c.* 1. §. & *quia videmus,*
82. *de his qui feud. dare possunt*, in his verbis. Hoc notandum est, quod licet filiæ vel masculi patribus succedant, legibus tamen à successione feudi removentur, &c. Idem docet *c.* 1. §. *ult. de success. feudi.* Ergo sibi imputare debere.

83. Decimo sexto, pro ulteriore Fundamento citat Fachinæus textum *in c.* 1. *de feudo non habente propr. feudi naturam* (ibi) licet propriam feudi naturam non habeat, tamen jure feudali censebitur, &c.

Deni-

Denique adfert textum *in c.* 1. *de feudis datis minimis Valvasoribus, & c.* 1. *de natura feudi, ibi, vel nisi emerit feudum, &c.* Quibus adjungit textum *in c.* 1. *de beneficio fratris*, quo loco videtur inniti verbis, vel nisi beneficium de communibus bonis fuerit emptum, &c. 84.

Sed hæc tanti non sunt momenti, ut propterea à communiore opinione me divelli patiar, quin potius confido istis argumentis, non magna difficultate responderi posse. 85.

Ad Regulas itaque generales Feudorum, quod fœmineam successionem horreant, & ab iis non sit recedendum, nisi expressim successio per textus feudales probari possit, facile est respondere, *illas procedere in feudis rectis & propriis, quibus definitio feudi quadrat: non autem in feudis impropriis & degenerantibus*; Ut interim taceatur, hoc, quod supra in primo Adversarii Fundamento monuimus, non posse dici, Mulieres esse proprie feudi incapaces, sed eas tantum regulariter excludi, nisi tacite vel expresse vocentur, atque ita in effectu etiam negatur veritas primi illius fundamenti, quemadmodum supra ex ipso Vultejo demonstratum est, omnes Feudi esse capaces, qui expresse non inveniuntur prohibiti, *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 4. Mulier autem nusquam negatur esse feudi capax, &c. 86.

Regulæ enim Juris Feudalis, utpote Juris communis derogatoriæ, sunt odiosæ, *ut notant Doctores in vulgata lege maximum vitium C. de liberis præteritis & in l. C. unde vir & uxor.* Ideo non sunt ejus efficaciæ, ut sunt reliquæ Juris communis, sed ab iis facillime receditur, & reditur ad Jus commune, maximè in casibus impropriis ac degenerantibus, ubi non militat eadem ratio, quæ militat in casibus generali regulæ subjectis *c. ab exordio dist.* 35. *l. si unus* §. *pactus ne peteret ff. de pactis.* 87.

Unde sic facienda interpretatio est, qua quam minimum à Jure communi recedatur. *gl. in cap. statutum de Præbendis in* 6. Jason. *in auth. quas actiones C. de SS. Ecclesiis*, Paris. *consil.* 21. *vol.* 1. Vultejus *consil.* 33. *num.* 54. *vol* 1. 88.

Exempli gratia, quod Fœmina à feudo recto, quod Dominus de suis bonis Vasalli contemplatione, illius electæ familiæ dedit, ad Dominum, extincta mascula familia contulit, rationem hanc habet, quod quilibet in transferendo dominium rei suæ legem, quam vult, dare potest, *l. in traditionibus C. de pact.* Boerius *consil.* 101. *n.* 28. Surd. *decis.* 271. *n.* 20. *l. in re mandata, C. mand. C. verum de foro competent.* 89.

Quæ ratio cessat, ubi Vasallus rem, vel à Domino, vel ab alio Vasallo justo pretio, & cum consensu Domini emit, eleganter Decian. *vol.* 2. *resp.* 58. *n.* 49 50. 51. nec militat, cum sciat, vel scire possit Dominus, Emptorem re empta, etiamsi masculo hærede careat, carere nolle, quæ isti emptori non gratis, nec titulo simili, uti venditori, obtigit. Venditionis enim natura est, creare jus perpetuum, Wesemb. *consil.* 507. *per text. in l. obligationes fere* §. *placuit. ff. de obligat & action.* Rosental. *c.* 9. *concl.* 80. *n.* 17. 90. 91.

Quælibet autem dispositio, quantumvis generalis, intelligitur & restringitur secundum rationem & causam, *vulgata l. cum Pater* §. *dulcissimis ff. de legatis* 2. *l. quod dictum ff. de pactis*, & cessante ratione, cessat dispositio, *c. cum cessant x. de appellat. l. adigere* § *quamvis de jure patronatus.* 92. 93.

Qualitas enim nova adveniens enti, illud in diversam naturam & speciem transmutat, *c. cum Martha* §. *quæsivisti x. de celebratione missarum c. statuimus de elect.* 6. Hypol. *singulari* 520. Surdus *decis.* 2. *& consil.* 321. *num.* 21. *n.* 12. Menoch. *consil.* 35. *num.* 15. *& remedio recuperand.* 6. *num.* 8. Simon Vas Barbosa *verbo qualitas num.* 3. 94.

Ideoque non est necesse, ut ipsa exceptio expresso jure feudali à regulis ejusdem juris eximatur, sed sufficit, quod non expresse includatur, cum exceptio ista maneat inclusa fortiori regulæ juris communis, ejusque solenni ordinatione successio, non privatis pactis defertur æqualiter, nulla sexus distinctione habita, *d. l. maximum vitium.* 95.

Nec ratione satis innititur, quod Kirchberg ad stabiliendam Exceptionem, tam præcise textum expressum ex jure feudali requirat, quando idem Kirchberg *eod. c.* 4. *n.* 103. ex jure civili communi, quæstionem similem de Patre, qui pro acquirendo feudo, filiam legitima privavit, decidit; ubi talem exceptionem, non ex Jure feudali, sed remedio juris civilis, nempe revocatione inofficiosæ donationis stabilire nititur, idque nullo textus feudalis adminiculo. 96.

Secundum argumentum Juris feudalis textibus (quos tamen D. Kirchberg curiose requirit) non fulcitur, sed tantùm à Doctoribus inventum obtruditur, nec regula ista, ita crude & indigestè accepta, creditur esse constans & perpetua. Nam paulò ante demonstratum est, solam alienandi facultatem in pluribus mutare naturam feudi, & facere illud anomalum, ac in multis non expressis punctis improprium, idque in consequentiam aliorum expressis similium; quod non fieret, si ista regula esset perpetua. 97.

Et licet alias dari possit, Feuda anomala, quæque in speciali aliquo puncto à rectis feudis degenerant, in aliis punctis ab illo separatis, de cætero communi naturæ inhærere: illam tamen Regulam in similibus punctis, quæ informanti & discrepanti puncto ita sunt cognata, ut plura alia in consequentiam ad se trahat; non concessero: pro ut ante me non concessit Schraderus *p.* 2. *quæst. ult. n.* 67. *& seqq.* Christophorus Besoldus *in thesauro practico lit. E.* §. 35. *vers. adde &c. & prout hoc expresse deciditur in d. c.* 1. *de feud. non hab. propr. feudi naturam.* Ubi eo ex pacto, quo 98. 99.

feudum

feudum datum pro se & hæredibus, & cui ipse dederit, multa in consequentiam veniunt, quæ illo pacto prius simpliciter non fuerant comprehensa, quia iste qui sic accepit (inquit textus) poterit illud vendere, donare, vel aliter, si ipsi placuerit, etiam sine voluntate Domini alienare, & ille etiam, cui datum fuerit, non habebit illud etiam pro Feudo, nisi sicut ei datum est.

Quod confirmari posse videtur eo, quod idem *Kirchberg* in eodem discursu *cap* 5. *n.* 18. *sui oblitus*, falsam dicat expositionem Alexandri *in consil.* 106. *n.* 4. *lib* 4. tum etiam Laurentii Calcanei *in consil.* 51. in quo non est dubitandum &c. quæ tamen vera esse deberet, si ad quæstionem, quam illi Dd. ibi tractant, applicetur; nempe ut clausula (& cui dederit) secundum naturam feudalis conventionis exaudienda esset, scilicet ut feudum nemini detur sine licentia Domini, prout jure constitutum est, *in c.* 1. *de prohib. feud. alien. per* Fredericum, cujus tamen contrarium idem *Kirchberg* ibidem amplectitur. Non igitur semper requiritur expressus textus in Iure feudali scripto. Nec

100. semper verum est, Feudum in uno puncto impropriato, in cæteris etiam ab illo specialiter aliter proviso puncto dependentibus redeundum esse ad jus feudale, ejusque rigores, sicut idem Kirchberg. *etiam cap.* 4. *n.* 62. invitus a tali Regula recedit.

101 Pari itaque modo, non est absurdum, dicere, Feudum Emptitium sicut à reliquis rectis feudis exorbitat, quod non sit gratuitum, ita etiam in eo exorbitare, ut deficiente masculo, non possit redire ad Dominum, sed ex natura emptionis & venditionis perpetuæ, manere apud hæredem emptoris.

102. Feudum enim pretio comparatum, naturam ejus mutat, & quid hæreditarium facit, ideoque ad quosvis successores transit *c.* 1. *de beneficio fratr* Bald. *in c signific. n.* 14. *x. de rescript.* Roman. *cons.* 70 *n.* 2. Decius *cons.* 390. *n.* 7. Berous *consil.* 66. *n.* 11. *& consil* 73. *n.* 16. *vol* 1. *& consil.* 152. *n.* 34. *vol.* 2. Bursatus *consil.* 4. *n.* 16. *vol.* 1. Cothm. *consil.* 9 *vol.* 1 *n* 86. Quod vel sumptis ex ipso Vultejo argumentis commonstrari potest, *dum lib.* 1. *de Feudis cap* 9. *n.* 152. scribit Feudum legari non posse, ita ut feudo legato, etiam Ecclesiæ, ne æstimatio quidem debeatur, in feudo tamen Emptitio, sicut & hæreditario aliud esse, Grassus *in* §. *legatum quæst.* 14. *n.* 22. Curt. Iun. *consil.* 30. *vol.* 1. Freccia *lib.* 3. *quæst.* 12. Berous *consil.* 65. *n.* 45. Burs. *consil.* 4. *n.* 17. *vol.* 1.

Et non est mirum, per actum venditionis Feudi, consentiente Domino, alterari naturam feudi in præjudicium Domini, cum videamus in pignoratione Domini consensu facta, alterari naturam feudi, quod dicendum non esset, si Regula ista Doctorum isti casui applicanda veniret, cum videa-

103. mus in pignoratione, Domini consensu facta, Domino præjudicari, ut Feudo ad eum reverso, onus ejusdem recipere cogatur, Dn. Rosenthal. *cap.* 9. *concl.* 18. *n.* 1. *&* 11. Etiam non obstante clausula, ubique adjici solita, salvo jure Domini *c. Imperialis & ibi gloss in verbo promissione de prohibita feud. alienat. per Fredericum &c.* Ernest. Cothm. *resp.* 21 *vol.* 3. *n.* 25. Hartm. Pistor. *lib.* 2. *p.* 2. *quæst* 48. *n.* 1. Pro qua sententia videatur Freder. Sande. *d. com Geld. tract.* 2 *tit.* 1. *cap* 5. *n.* 12. *mihi pag.* 287. quia illa clausula non pertinet ad ea, quæ ibi sunt expressa; *per l. doli* 119 *de verbor. obligat.* Licet contrarium sustineat Rosenthal. *cap.* 9. *concl.* 18. *n.* 5. *& seqq.* qui tamen alibi fatetur consentientem, alienationi, jus quod in ea habet, *c.* 9. *concl.* 38. *n.* 9. *& concl.* 41. *num.* 21. perdere.

Ad tertium argumentum, quod in feudo empto etiam fidelitatis capitula sint expressa; Respondetur illud ad rem, de qua hic agimus, nempe de fœminis ab emptitii feudi successione excludendis; non stringere, tum quia capitula fidelitatis sunt de substantia feudalitatis, Zas. *tract de feud. p.* 1. *n.* 2. Scrad. *p.* 2. *c* 2, *n.* 25.

104. Tum, quia a disparatis, ac etiam pluribus particularibus perperam infertur *l. ult. in fin ff. de calumniat. l. Papinianus ait exuli ff. de minor. l. inter stipulantem* §. *sacram ff. de verbor. obligat.* sicut & a remotis *l. cum hoc. C. unde cognati &c.*

105. Accedit, quod textus in allegato *c.* 1. *per quos fiat investitura &c* directe pugnat contra argumentum, dum dicit, Investituram per procuratorem non modo, sed per fœminam fieri posse §. *fœmina d. titulo.*

Minus pro ista opinione facit allegatum *capitulum de fratribus de novo beneficio investitis &c.* §. *quod si cum &c.* nam licet principium de duobus fratribus simul investitis loquatur: tamen medium & finis loquantur tantum, ubi unus tantum de duobus fratribus investitus fuit; quo casu non est mirum, quod alter, in cujus personam Dominus non consensit, etiamsi ille pretii partem appenderit, non succedat; tum quia est feudum novum; tum quia Dominus invitus novum Vasallum non accipit, ut ibid. dicitur, Ut taceatur, textus feudales in materia illius successionis fraternæ invicem discordare, ut infra dicetur, sicut hoc non esse novum in libris Feudorum testatur Sandius *tit.* 3. *de legitima success. cap.* 2. §. 6. *n.* 8. *pag.* 261.

Item duo priores illius Capituli casus agunt de Feudo gratuite concesso, ergo huc non pertinent, ultimus quidem de feudo oneroso titulo quæsito agit, sed decisio non favet Adversariis, qui pretium reddere nolunt, & nihilominus feudum Domino adjudicant.

Nos vero casu præsenti disputamus de hæredibus Vasalli, & maxime ejus descentibus ac de filiabus ejus, qui feudum cum consensu Domini emit, atque ideo Dominus in illorum personas generaliter consensit.

Deinde

Deinde Feuda mere hæreditaria, de jure feudorum scripto, non sunt cognita, sed eorum naturæ serius ex variis investiturarum formulis emerserunt. Ut testatur Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 1. n. 2.* 106.
& Matth. Berlichius *par. 2. concl. 57. n. 3.* ideo de feudo hæreditario illo loco agi non potuit, sed a solis Interpretibus ista divisio feudorum commentata est.

Quinimo ille idem §. opinionem nostram confirmat, quandoquidem ille frater, cujus sumptibus alter feudum comparavit, id quod de communi expensum est, alteri pro parte competenti restituere commonetur: Syndicus vero Archiepiscopalis nihil minus cogitat, quam (ut dictum) pretium Emptorum hæredibus restituere, sicut in causa Reinßheim contra Cölln, nec redditum, nec oblatum, creditur, & si offerretur, nihil ipsi prodesset ad jus hæredibus quæsitum auferendum.

Denique non animadvertit Kirchberg contrarium eodem Iure feudali decisum esse, quod frater fratri succedat, si communibus bonis feudum emptum sit, *c. unico de beneficio fratris, qualiter frater* 107.
in beneficio succedat &c. ubi gl. in verbo emptum &c. Huc facit textus in c. 1. de feudis datis minimis Valvaloribus, (ibi) si vero pretium pro beneficio acceperint, tunc aut pretium reddant, aut beneficium remittant. Ubi evidenter convincitur, quod emptio & datio pecuniæ in feudo facit mutari 108.
ri successionem in feudis, & illos succedere, qui alias non succederent.

Textus sic habet, si quis acquisiverit beneficium, & sine filio masculo mortuus fuerit & fratrem 109.
reliquerit, frater non succedit fratri, sed Dominus nisi per investituram a Domino ordinatum fuerit, ut frater succedat fratri morienti sine filio, vel nisi beneficium de communibus bonis fuerit emptum, vel utriusque nomine, Domino sciente, si insimul steterint, vel in hostem Regis acquisierint &c.

Ex quo textu patet, quod Emptio Feudi ex communibus bonis alterat successionem ejus, ut succedat, qui alias non succederet.

Natura enim dictionis, Nisi, est exceptiva, & in effectu adversatur præcidentibus, ut *in l. actione, ubi* Bart. & Iason. *C. de transact. & in regula peccatum, de regulis Iuris in 6.* & significat necessa- 110.
rio oppositum antecedentis Decius *in l. bonorum in 2. lectura n. 27. C. qui admitti, & l. si quis in aliquo n. 2. C. de edendo*, Ita ut si oratio affirmativa præcedit; neget; si vero negativa præcedit, ut hic affirmet & includat; quia de sui natura est, semper contradicere præcedentibus, ita Bart. Salic. & Iason *in d. l. actione C. d. transact.* Dyn. *in d. c. peccatum d. t. & infiniti alii, quos allegat.* Augustin. Barbosa, *de dictionibus usu frequentibus, dictione 217. n. 2. 3. 4. 5. pag. 282.*

Similiter datio pecuniæ pro feudo, facit ut Feudum sine culpa Vasallo auferri nequeat, ubi alias 111.
auferri possit, & sic plus operatur, quam ut tantum desinat esse gratuitum, sed recedit etiam in pluribus punctis a communi feudorum natura, contra præsuppositum fundamentum Caroli Kirchberg & Sequacium per text. *in c. 1. ibi vel nisi emerint feudum &c.* ubi non distinguitur a quo sit emptum. Maxime cum eadem sit ratio, quando emptio facta ab alio Vasallo cum consensu Domini feudi, juxta illud omnia nostra facimus, quibus nostram authoritatem impertimur *l. 1. §. omnia C. de veteri jure enucleando gl. in Institut de jure naturali §. plebiscitum vers. consule*, Card. Tuschus *lit.* 112.
N. *concl. 67.*

Quare securius in utroque casu fore reor, communiorem Doctorum etiam ab ipso Kirchberg 113.
allatorum opinionem sequi: videlicet Bursati *consil. 4. n. 6. vol. 1.* Menoch. *consil. 309. n. 18. & 19. v. 4.* Natta *consil 226. num. 5. & 11. & consil. 216. n. 3. vol. 1. consil. 674. n. 14. vol. 4. & consil. 393. n. 8. vol. 2. & consil. 159. n. 16.* Ubi dicit stultum videri in feudo emptitio, attendere regulas feuda- 114.
les; Concordat Rolandus a Valle *consil. 23. n. 356. & consil. 33. vol. 1. consil. 19. n. 13. vol. 4.* Marinus Friccia *de feudis lib. 3. quæst. 33. n. 4.* Gabrielius *lib. 3. concl. 2. de feudis par. 8. n. 8.* Curt. Senior *consil. 48. n. 11.* Roman. *consil. 367. n. 12.* Iulius Clarus *in § feudum quæst. 73. vers. sed quod in feudo Emptitio &c.* Socin. Iun. *consil. 65. n. 16. vol. 1.* Sylvan. *consil. 52. n. 2. vol. 1.* Paris. *consil. 4. vol. 1. n. 29. & consil. 16. n. 10. vol. 4.* Alciat. *resp. 170. n. 4.* Henning. *consil. 13. n. 21. & consil. 105. n. 26.* Cephal. *consil. 173. n. 7.* Carolus Ruinus *consil. 18. vol. 1.* Bolongninus *consil. 9. n. 55. & consil. 10. n. 55. & consil. 10. n. 47.* & plures alii, quos refert responsum testamentum feudale secundum, post *Syntagma 4. in decis. Cameræ.* Matthæus Gribaldus *in tractatu com. opin. in verbo feudum, quos refert* 115.
Herm. Vult. *consil. 12. n. 90. 91. lib. 4. & lib. 1. de feudis cap. 9. n. 50. Qui tamen cap. 8. n. 85. dicit feudum emptitium esse improprium secundum omnes Doctores, a quibus solus discrepat Sonsbeck.* Ernestus Cothm. *vol. 1. consil. 9. num. 86.* Gabriel. Roman. *lib. 3. tit. de feud. concl. 2.* Kirchberg. *dicto discursu cap. 3. n. 24.* Andr. Geil. *obs. 159. n. 4.* Frecc. *lib. 4. differentiar. differentia 33.* Everhard. Iun. *consil. 50. n. 68. vol. 2.* Odofredus vetus Interpres, *in summa tit. qui possint succedere in feudo.* Isernia *in c. 1. §. quid ergo &c. de investitur &c. de re aliena facta &c. & in c. 1. § profecto quid juris si post alienat &c. decis. Cam. Syntagm. 2. decade 3. voto 7. refert in Camera secundum Odofridi sententiam judicatum esse*, Afflict. *c. 1. §. & quia n. 23. qui feud. dare possunt. Syntagm. 4. pentecoste 2. obs. 5. in princip. Decisione Cameræ anonymi §. feudum, vers. feuda alienabilia &c. quem citat* Greven Apostillator Geilii *decis. 159. num. 4. lib. 2. obs.* Claud. Cantiuncula *consil. 19. num. 14.* Hieron. Garzon. *de fœminis ad feuda admittendis vel non in 6. limitatione, & reliqui; petendi a* Vultejo *d. consil. 12. n. 91. vol. 4.*

 Nam.

116. Nam, qui tantundem de suo rependit, nullum accipit beneficium Geil. *d. obs.* 149 *n.* 4. Et quia nemo est tam stultus, ut emat justo pretio feudum, in loco ubi Fœminæ a Feudis excluduntur. Hinc consideratio *Fachinei*, ob quam ab hac nostra opinione recedit, nullius videtur esse momenti *lib. 7. controvers. cap. 37. circa finem.*

117. Hinc etiam Doctores nostri, Feudum Emptitium pro testabili habent, Surd. *consil.* 105. *n.* 10. Tessaur. *decis.* 146. *n* 7. *&* 8. Roland. a Valle *consil.* 48. *n.* 7. *&* 35. *vol.* 4. Cacheran. *consil.* 38. *n.* 23. Peregrin. *consil.* 5. *n* 6. *& plures quos allegat* Laur. Kirchovius *consil.* 12. *n.* 10 *cum seqq. tit.* 5.

118. Dicitur autem Feudum Emptitium, cum pecunia præponderat Gratiæ. Roland. *consil.* 23. *n.* 33. *lib.* 1. Natta *consil.* 600. *n.* 39. Paris. *consil* 16. *n.* 10. *lib.* 4. Cephal. *consil.* 171. *n.* 8. *&* 15. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 23. *tit.* 15. *n.* 50. etiamsi esset emptum ab alio Vasallo, Decian. *consil.* 58. *num.* 49. *&* 51. *lib.* 2.

119. In Feudo autem Emptitio, etiam Fœminas succedere, judicatum esse in Camera, refert Seilerus *par* 3. *de feudis cap.* 24. Wesenb. *consil.* 268. *n.* 13. *Adde allegatos Doctores Syntagmati* 4. *in responso testamento feudali num.* 16. *mihi pag.* 10. *Vide etiam* Gravæum *supra citata observat.* 159. *ad* Geilium.

120. Adde etiam, quod Feuda Emptitia semel alienata, semper sint alienabilia, *text. in cap.* 2. *x. de feudis.* Caldas *de renovatione Emphyt. quæst.* 11. *n.* 30. Cævallos *communium contra communes q.* 397. Scaccia *de appellat quæst.* 17. *limit.* 47. *memb.* 1 *n.* 111. Gonzal. *ad regulam* 8. *concl* 916. *num.* 194. Joan Franciscus Leo *in thesauro fori Ecclesiastici par.* 1. *c.* 15. *num.* 3.

121. Data autem facultate alienandi in feudo, tunc mulier potest in tali feudo succedere, quia fit feudum improprium, in quo mulier potest succedere *d. c. de feudo non habente propriam feudi naturam &c.* Decianus *consil.* 58. *n.* 36. *&* 55. *lib.* 2.

Porro Carolus Kirchberg (ut nec hoc omittam) affert adhuc plures rationes pro suæ opinionis confirmatione sub n. 83. & seqq. Primo, Feuda empta esse proprie feuda. Secundò, nusquam reperiri in textibus feudalibus feuda debere esse plane gratuita. Tertiò, illum etiam beneficium præstare, qui illud, accepta pecunia, præstat *l.* 3. *ff. de obseq. par. & patro. præstandis &c.* Quartò, sinistrum oculum Domini pecuniam, dextrum fiduciam respicere. Quintò, autoritas Sonsbecii affertur, pro justo pretio feudum à Domino comparari posse.

Sed hæc debiliora reor, quam ut accuratam refutationem mereantur; Ne tamen quisquam pu-
122. tet, me per elevationem ad Elenchos confugere: respondeo istas argutias versari majori ex parte in æquivocatione proprii feudi & beneficii, proprium enim Feudum duplici respectu dici posse, semel contemplatione substantiæ, secundò ratione naturalium qualitatum & accidentiarum. Hinc omnia feuda, quæ non habent propriam feudi naturam possunt secundùm substantiam, quæ est ipsa fidelitas, Zasius *p.* 1. *de feudis num.* 2. Schraderus *p.* 2. *c.* 2. *num.* 25. *&* 38. cum similibus, passim proprie dici feuda, quæ tamen dicuntur non habere propriam feudorum naturam: proprium enim in substantialibus & proprium in naturalibus multùm differunt. Unde Feudum emptum, licet possit dici propriè feudum in substantia, tamen quia non convenit communi naturæ, non potest simpliciter dici proprium feudum, quale est feudum rectum, quod feudo improprio opponitur,
123. atque adeo impingit illud argumentum, in Elenchos à dicto secundùm quid ad dictum simpliciter.

124. Feudum enim proprium seu rectum definitur *juxta* Schraderum *c.* 3. *n* 1 *p* 2 quod alicui simpliciter conceditur; substantialibus feudi atque ejus naturæ ordinaria vel regulari pacto, statuto, vel consuetudine nihil immutatis, cui nulla pacta extranea, vel conventiones adjectæ sunt. Feudum verò improprium, sive non rectum, dicitur illud, in quo substantialibus [vel potius naturalibus] feudi pacto vel consuetudine derogatum est, vel cui extranea pacta sunt apposita Schraderus *d. c.*
125. *n.* 2. qui auctores ab illo petendos, allegat. Hinc dici potest, quod etiam fœmina in feudo recto & proprio succedat, Vult *d. consil.* 12 *n.* 142. Obrecht *de feud. l.* 1. *cap.* 6. *num.* 3. Knich. *de vestit. pact. p.* 1. *c.* 3 *num.* 20. quod tamen alio respectu etiam dicitur anomalum *cap.* 1. § *hoc autem*, *& ibi*
126. *gl. de his qui feud dare poss. cap.* 1. *in princ. &* §. *fin. de success. feudi.* Goddæus *cons.* 26. *n.* 149. qui plures allegat &c.

127. Cum autem etiam proprium feudum, juxta communem Interpretum Scholam, dividatur in hæreditarium, & ex pacto & providentia, teste eodem Schradero *ibid. n.* 19. & tamen dubio caret, ista feuda diversis naturis censeri. Hinc perperam à proprio uno, ad aliud proprium arguitur &c.

128. Supra enim probatum est, Feudum Emptitium non tantum esse feudum improprium, & non rectum, quod non sit gratuitum, sed interventionem istam pecuniæ operari plures effectus, quo ad devolutionem aut redditionem pretii, quod in feudis rectis non obtinet: Ita ut, ne Principem quidem summum, feudum pecunia comparatum, sine Vasalli culpa revocare posse, dicat Rosenthalius *c.* 2. *concl.* 62. *n.* 2.

129. Quod autem proprii feudi natura sit, esse gratuitum, demonstrat supra allegata ejus definitio, non obstante, quod in textibus juris feudalis (qui certe sine ullo artificio, vel conamine artis compilati sunt) non inveniantur, eo tamen facit *text. in c.* 1. *in quibus causis feud. amittatur &c.* Vult. *consil.* 11. *num.* 9. *vol.* 4.

Sim-

Similiter luditur tertiò in voce beneficii, quasi illud etiam vocetur beneficium, quod pro pecunia præstatur, sed certe illud non intelligebat, legatus ille Br. qui cum impetrasset multis sumptidus diploma quoddam, & videret illud subsignatum, Datum Romæ, petiit illam subscriptionem corrigi, inquiens non datum, sed bene emptum &c. quod vulgo adhuc circumfertur proverbii loco. Verborum enim abusus rem non mutat, ut alibi dictum. Textus autem feudalis, de beneficio loquitur, quod gaudium accipienti adfert, uti dictum, hoc est, sit gratuitum. 130.

Sed nec Camerarius à Carolo Kirchberg allegatus, ex textibus feudalibus hausit aphorisma, Domino sinistro oculo pecuniam, dextro fiduciam excipere, hujusmodi enim imaginationes textibus non stabiliuntur, nec pactionibus.

Denique, quod Sonsbeck arbitretur, feudum à Domino justo pretio comparari posse, facile 131.
credidero ipsi, quo ad effectum substantialem ut feudum illud vocari, & fidelitatis effectum operari possit. Cæterum si Sonsbeck voluerit talem Vasallum non differre in cæteris naturalibus à feudis rectis; eundem subire periculum amissionis & feudi, & pecuniæ, si ipsis progenies mascula defecerit, & quod nullam in bonis feudalibus dispositionem habiturus sit, illud ego soli Sonsbeckio, sine juris fundamentis dare non queo; sed credo tam amentem emptorem inter homines ratione utentes, qui justo pretio feudum emere, & præter onera feudalia, ac tam periculosa servitia suos hæredes, sive ex se natos, sive etiam extraneos, ob discrimen sexus bonis emptis privatos 132.
vellet non reperiri. In omni autem dispositione valet argumentum à verisimili mente contrahentium, & in specie in investitura a mente recipientis Bald. *consil.* 202. *in investitura Domini &c. versic.* 6. *l.* 5. *per text. in l. non est verisimile ff. quod metus causa*, Barbosa *loco* 121. *a verisimili.*

Huc facit consideratio, quam Vultejus in his iisdem terminis in sæpe citato consilio 12. *lib.* 4. *sub num.* 178. adducit nempe Emptorem, si emptionis tempore interrogatus fuisset, si etiam feudum, casu quo sine mascula sobole deficeret, tam nummis quam pretio carere vellet, haud dubie 133.
negative responsurum fuisse, ita quod casu quo id putasset, Dominum non permissurum, procul dubio à contractu abstinuisset, juxta ea, quæ latius considerat Garzonius. *d. fœm. ad feud. recipiend. vel non. n.* 46 *& seqq.*

Quamvis autem ex iis, quæ jam allata sunt, satis concidant argumenta à D. Vultejo allata; tamen ad singula respondeo ulterius.

Primum itaque fundamentum ita generaliter uti adducitur, nihil concludit. Feudum enim debet 134.
sequi magis naturam contractûs, quam juris feudalis stylum, aliàs non possent fieri alia Feuda, quam recta; nulla fœminina, promiscua hæreditaria, quod est dicere absurdum. Ergo & illud, ex quo hoc sequitur. *uti probatur ex ipso* Vultejo *de feudis l.* 1. *cap.* 8. *n.* 39. *in noviss. edit. n.* 79.

Conventio enim & tenor Investiturarum, omni juri feudorum derogat. *c.* 1. *in fin. quid sit investitura d. c.* 1. *de feudo non habente propr feudi natur. c.* 1. *in fin. de success. feudi*, Et sicut omnia alia 135.
pacta, legem ex convento feuda accipiunt, *l. legem de pactis. l. contractus ff. de Regulis Iuris*, Zas. *in Epit. Feudor. p.* 5. *n.* 60. Paris. *consil.* 106. *n.* 20. *lib.* 1. Nevizan. *consil.* 11. *n.* 6. Jason *in prælud. feudor. n.* 99. Hartm Pistor *lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 4. Regner. Sixtin. *consil.* 18. *num.* 21. *& seqq. vol.* 2. Philipp Matthæi *consil.* 26. *num.* 81. *vol.* 2.

Ad secundum, Dubitationem Doctorum paucissimorum, contrariam opinionem tenentium, esse irrationabilem, ideoque ab omnibus fere aliis rejectam, jam supra multis probatum est, quæ hoc loco repetere nihil attinet. Sufficit enim communi hominum judicio absurdum videri, quod filiæ, ob id quod mares non sunt, feudis & bonis parentum privantur, juxta *l. maximum vitium C. de liber. præt.* & ad Dominum feudi, juxta rigidam Feudistarum mentem devolvantur, cujus nunquam fuerunt, quodque feuda ista recognoscentibus nunquam, ob absurditatem in mentem venit, nec ideo venire potuit, quod illud jure feudali non fuit expresse decisum, nemo enim futuram hominum rigidorum indiscretionem divinare cogitur. Et hoc loco affectatum istum multorum Feudistarum rigorem, admirari satis nequeo, quod tam studiosè ad singularitates & asperitates, ubi expressum juris textum non habent, ferantur, ut apud me statuam, sicut ex omnibus hominum statibus, milites sunt petulantissimi & iniquissimi juxta illud 136.

Nulla fides pietasque viris qui castra sequuntur &c.

Ita etiam non injuria dici possit ex omnibus Jurisconsultis deterrimos esse militum Judices, rigidos istos Feudistas &c.

Nulla viris pietas, quibus omnia feuda caduca.

Ad tertium respondeo, non sufficere in feudis, sicut in omnibus contractibus, maximè verò emptione; unius concedentis, vel contrahentis intentionem intervenire, sed concursum utriusque requiri, tam in genere contractûs quam in qualitate & accidentiis. Et si de iis non constet, tunc 137.
conjecturas, non ex solo jure feudali, & maximè in odiosis; sed etiam aliunde sumi, sicut ipse Vultej. *in d. consil.* 12. *n.* 178. ex iis quæ quis interrogatus, respondisset, non autem ex natura Juris, præsumptiones formavit. Et mirum est, Feudistas in odiosis, ubi quid in textu feudali decisum non est, potius ad jus feudale, quam ad mentem contrahentium, & jus commune respicere 138.
velle, cum ipso jure feudali expresse provisum sit, quod strenuus Legisperitus, ubi casus emerserit,

qui

138. qui Consuetudine feudi non sit comprehensus, absque calumnia uti poterit legibus scriptis *tit.* 1. *lib.* 2.

139. Si Feudistæ putant fœminas in feudo Emptitio (quod omnes uno Sonsbeckio excepto, fatentur esse improprium) non succedere, talem textum ostendant; non enim sufficit allegare regulam in feudo proprio constitutam, cum in proprio & improprio necessario sit constituenda differentia in effectu: si non habent, cur potius simile consuetudinis odiosæ, quam legis generalis favorabilis & in maxima æquitate fundatæ, quærunt;

140. Certum est enim, consuetudinem specialem, extra illam speciem non vincere legem generalem, & maxime consuetudinem, contra jus scriptum introductam; qualis est, excludere fœminam in feudo recto & proprio, cum vero talis consuetudo sit specialis ad feudum rectum & proprium: non
141. debet ex illo inferri ad feudum emptitium & improprium, sed illud debet manere in terminis legis Civilis generalis, quæ per consuetudinem specialem non reperitur sublata, *x. d l. maximum vitium* C. *de lib. præteritis*, Sichard. *in l. præses Cod. quæ sit longa consuetudo n.* 6. *&* 14.

142. Ad quartum respondeo, quod feudum esse gratuitum vel non gratuitum, consideratur tantum in persona Vasalli & recipientis, feudum, & non in persona Domini, ut patet ex feudi definitione *cap.* 1. *in quibus causis feud. amit.* quasi sit benevola actio, tribuens gaudium capientibus &c.

Habet igitur Dominus, quod sibi imputet, si Vasallum sibi ex sua liberalitate obligatum per con-
143. sensum vendendi dimittat, aliumque substitui patiatur, qui rem, pro qua servitium præstat, carn emit, ideoque ex natura emptionis, plus sibi juris acquirit in re, quam qui eam ex mera liberalitate habuit. Et sic minus gratiæ Domino debet, a quo minus beneficii tenet, Iuxta illud Christi Salvatoris *Lucæ* 7. *versic.* 42. *& seq.* plus diligit, cui plus remittitur.

Ad quintum, feudum debere esse gratuitum; probari ex supradicta ejus descriptione, quam in effectu in hoc puncto omnes Doctores sequuntur, Vult. *lib.* 1. *de feud. cap.* 2. *n.* 8. (qui plures allegat) approbant. Carol. Kirchberg, *discursu feudali cap.* 3. *num* 42. *& seqq.* 44. *& seq.* Schrad. *p.* 2. *cap.* 2. *per*
144. *tot.* Quod autem sit improprium; determinat ipse Vult. (& post eum Dn. Helfricus Ulricus Hunnius *in tractatu feudali cap* 6. *de divisione feud quæst.* 4. *pag.* 97.) *& in c.* 8 *d. lib.* 1 *num* 45. quo loco uti in scholis legenti, & non a parte conducto, magis credendum est, *quam in d. consil.* 12. *n* 208. *&* 212. consulendo, uti testatur Mynsing. *obs.* 60. *centur.* 6. *ubi* Aymonem Cravettam *in tract. de antiquit.*
145. *tempor. par.* 1. §. *propositum nostrum & c. n.* 48. *refert*; *dicentem*, *reperio* [inquit Cravetta] quod Doctores legendo magis nituntur veritate quam consulendo, quia in lectura cessat affectio & cupiditas æris, cujus libido eheu? quot mortalium animas ad inferos pertrahit? in qua re minus excusationis habent viri Doctores, qui seculi hujus bona caduca esse non ignorant, & quod alius nobis thesaurus apud superos quærendus sit, hæc ille, &c.

146. Idem, nempe Doctori legenti magis credi quam consulenti, confirmat Alciat. *in cap. ut lib.* 12. *Parergon.* & nonnullis ibi relatis Mynsing *cent.* 6. *observ* 60.

147. Et licet Philippus Matthæi *consil.* 51. *n.* 57. *vol.* 1. (ut hoc obiter interjiciam) magis consiliis, quam lecturis credi velit: hoc tamen ipsi in casibus quibus pro Consulente resolvunt, non facile credidero, eo quod in his spes lucri, captatio gloriolæ; & fervor contradicendi, Synceritatem Iudicii turbent. Idcirco Cravettæ super relato magis accedo.

Sextum Fundamentum plane non subsistit, quod inde patet, quia Feudum venditum, permutationem personæ ementis, mutat naturam feudi, & sicut facit ex feudo antiquo novum, in persona emptoris, & excludit omnes agnatos & cognatos, imo quoscunque hæredes primi acquirentis; Feudum enim antiquum refutatione, quæ in alienatione intervenit, fit novum Goedd. *consil.* 26. *n.* 27. *& n* 31. *vol.* 4. Ita facit ex feudo proprio improprium, secundum omnes Doctores, solo
148. Sonsbeckio excepto, imo adstipulante ipso Vultejo, ut dictum est, ita, ut ista differentia non possit in solo nomine consistere, sed magis in effectu; alias diceretur tantum nominalis; & per consequens debet alia esse successio feudi improprii quam proprii. Et non est ratio, ut odium rigorosi juris feudalis, absque probatione specialis consuetudinis, trahatur ad feudum improprium, contra clementiam Juris Civilis, & contra dictam legem maximum vitium, &c.

Hinc etiam Vultejus alibi, nempe *in consil.* 33. *lib.* 1. *n.* 61. aliunde quam ex rigido Jure feudali conjecturam sumit, nempe ex consuetudine loci, ubi res feudalis sita est. Item ex æquitate
149. naturali *d. consil.* 33. *n.* 57. Item si contractus sit celebratus cum maribus & fœminis, sicut solet fieri in emptionibus, & expresse in causa Reinßheim, hujus litis seminario, factum fuit, *d. consil.* 33. *n.* 43.

150. Etiam Vultejus *contrarium respondit in consil.* 23. *lib.* 1. *n.* 37. ubi generaliter concedit, in feudis, quæ propriam naturam non habent, vocabulo Hæredis, tam fœminas quam masculos comprehendi, ex notatis Camerarii *in c. imperialem versic. patet etiam, &c. de prohib. feud. alien. per* Fred. Curt. Jun. *tract. feud. p.* 3 *n.* 34. Gozad. *consil.* 8. *num.* 27. *& consil.* 6. *num.* 17. Corn. *consil.* 26. *num.* 5. *vol.* 1.

Ad auctoritates Doctorum, Afflicti & Surdi respondetur, illos loqui de mutatione personæ descendentium ab eadem stirpe, non de Extraneis. Verba Surdi in allegato *consil.* 440. *n.* 47. sic habent,

habent, Respondeo posse eorum (id est Afflicti & Decii) dicta procedere, quando novus acquisitor erat de vocatis in Investitura antiqua: at si foret penitus extraneus, & veniret ex novo & diverso Jure; ut quia emit, vel alio titulo acquisivit, tunc non attenditur antiqua Investitura sed nova, quia Princeps eo casu potest dare novam formam in concessione, quam fecit extraneo acquisitori, secundum Afflictum, &c. Hæc ille.

Septimum fundamentum, formam materia digniorem esse consistit in philosophia & in mera speculatione. Quæ speculatio, ut in creatione hominis (de qua Menochius *in citato consil.* 124. *n.* 102. *agit.*) vera esse potest: ita in omnibus aliis rebus non creditur esse vera. Nam ut taceatur Exhibitionem servitiorum, non formam, sed finem ex parte Domini in feudis esse, certe nisi materia feudalis esset melior, quam servitium; omnes Vasalli dicerentur desipere, imo decipi, si servitium ob rem vilissimam, quæ juxta Vultejum in considerationem venire non mereretur, subirent. 151.

Et seposita dignitate materiæ & formæ, non est minus necessaria materia quam forma, quia ex nihilo nihil fit *l. scientia ff. de Tutor. & Curat. l. Ejus ff. de rebus dubiis.* Aristot. *lib.* 1. *de generat. & corrupt.* 152.

Itaque absurdum est dicere, in feudis, materiam in considerationem non venire, cum in definitione pro materia requiritur res immobilis re, vel effectu, juxta definitionem Vulteji & aliorum supra *citatorum dictorum c.* 2. *lib.* 1. 153.

Præterea formam sæpe numero materiæ cedere, manifestum est in jure *ex §. litera & §. si quis ex aliena Instit. de rer. divis.* ubi literæ quantumvis aureæ cedunt chartæ, & res ex aliena materia facta, si potest ad primam materiam reduci, ut bona immobilia feudorum, non cedunt formanti, sed materiam suppeditanti. Et quam differat sola forma à materia patet *in fin. d. §. si qui alien.* ubi dans formam, si partem, etiam de sua materia addat, prævalet ob materiæ partem à se additam &c. 154.

Ad octavum respondetur, per contractum non acquiri quidem directe & immediate successionem, sed solum obligationem; sed ex obligatione quæri traditionem, & ex traditione dominium, & ex dominio successionem. Nec juvat instantia, quod data transmissione ad hæredes per contractum venditionis, tamen requiri habilitatem rei transmissibilis, ut contingit in venditione ususfructus *l. fin. C. de usufruct.*

Nam res feudalis est vendibilis & transmissibilis, quia cadit in commercium, sicut res alia quævis, præsupposita voluntate, & consensu tam Domini quam vasalli, qui non est nudus usufructuarius, sed Dominus utilis, ipsomet Vultejo teste, *in d. cap.* 2. *lib.* 1. *n.* 10. Ubi distinguit usumfructum uti servitutem personalem, à persona usufructuarii, vendi non posse, nisi à principio dictum sit, quod tunc restringeretur ad primum hæredem tantum *l. antiquitas C. de usufructu.* 155.

Sed nec ex parte emptoris ullum est impedimentum, ut feudum in fœminam non sit transmissibile, cum fœmina feudum non prohibeatur emere. De Fœminis (verba sunt Vult. *d. loco n.* 5.) etiam hodie nulla est amplius dubitatio, non solum quod hoc ita sit receptum usu, sed etiam, quod ad id textus feudales sunt expressi, *c.* 1. *§. filia de success. feudi in c.* 1. *de feudo fœmina & in c.* 1. *qui sibi & hæredib. &c.* Sonsbeck. *p.* 7. *n.* 17. Borcholt. *c.* 5. *n.* 44. Wesenb. *cap.* 5. *n.* 2. 156.

Quod autem Fœminæ regulariter à feudis arceantur, id non est ideo, quasi feudi non sint capaces, quod hujus sententiæ asseclæ perperam præsupponunt, sed quia expresse vel tacite non sunt vocatæ, alias si adsit conjectura, quod per illum, qui feudum alicui certæ progeniei largitur (quam progeniem non propagant fœminæ) vocentur, qualis est, cum quis feudum pro sua pecunia justo pretio emit, cum pretium suum, in casum quo sine masculis decesserit, nemo præsumatur jactare velle, jam non sunt fœmineæ successiones tam odiosæ in jure feudali, ut ideo dicantur insuccessibiles, vel à successione arceri, ut supra ex Sandio late deductum est. 157.

Ad nonum respondetur, Doctores, qui dicunt feudum emptitium, reputari pro allodio, non intelligere illam comparationem universaliter quo ad omnia; alias emens feudum, etiam non teneretur ad fidelitatem & servitia, quod est absurdum, quod nec ulli Doctori in mentem venit; sed intelligunt solum in puncto successionis & alienationis, sicut videmus in omnibus feudorum venditionibus, plerumque exprimi clausulas allodialibus bonis convenientes, ad habendum, alienandum, & utendum sicut in aliis bonis suis allodialibus, uti confitetur Vultejus *consil.* 12. *n.* 53. *d. v.* 4. *item n.* 97. 98. *& consil.* 14. *n.* 70. 158.

Nec mirum hoc Dn. Vultejo esse debet, cum ipse similiter in terminis similibus, nempe de feudo hæreditario loquatur *in consil.* 47. *ejusdem lib.* 4. *n.* 11. *& multis seqq.* quod de feudis hæreditariis judicetur, ut de patrimonialibus, quod tamen non aliter intelligit, quam de alienatione & successione, non vero de aliis punctis, præsertim ad servitia & fidem spectantibus. 159.

Hic vero nobis sufficit qualitas successionis & alienationis. Ergo nihil attinet hoc loco, an & quatenus illud Doctorum Enunciatum verum sit nec ne, altercari.

Ad auctoritates Doctorum & maxime Gilmanni (*quem ego deprehendo tom.* 2. *p.* 1. *voto* 21. *n.* 62. *& pluribus sequentibus &c.*) Respondeo quidem Doctorum multorum sententias ita variare, quod 160.

 utra-

utraque opinio allegetur communis Gilman. *d. num. 62.* tamen illud votum, aliis fundamentis quam quæ jam refutata sunt, vel ulterius facili negotio refutari possunt non nititur.

161. Nam quinque profert argumenta, ex quibus ad primum supra proxime in octavo fundamento: ad secundum vero supra sub quarto responsum est, cujus quidem confirmationi de Feudistarum regula, quod feuda in uno impropriata, in cæteris punctis maneant propria, jam supra in Carolo Kirchberg. refutando occursum est. Nempe Feudum in uno impropriatum; esse in omnibus impropriatum quæ in consequentiam impropriati puncti veniunt, alias illa Doctorum Regula, uti nullo textu confirmata, est falsa & erronea: Ut patet ex sæpe citato *c. 1. de feudo non habente propriam feudi naturam*, ubi ex unius dicti mutatione infertur mutatio multorum diversorum aliorum in consequentiam, quod secundum istam scrupulosam Doctorum Cavillationem, fieri non deberet, sed esset recurrendum ad generales feudorum regulas, ut supra sæpius ac latius usque ad nauseam demonstratum est.

Sic in quæstione nostra, sicut non est mirum, feudum a Domino, ex gratia alicui Vasallo collatum, regulariter absque expressione alicujus exceptionis, datum esse isti Vasallo, & ejus hæredibus masculis, cum in mera liberalitate facilius præsumatur illam legem dedisse vel amplexatum esse ut ipso & ejus familia deficiente, feudum ad Dominum citius revertatur: sic, illa liberalitate cessante, & conditione acquisitionis feudi ex titulo lucrativo, in onerosum converso mutata, secun-

162. dum ejusdem definitionem etiam necessario mutetur. Effectus ex illo descendens, cum sciat Dominus, in emptorem consentiens; novum Emptorem nolle ex fortuito casu deficientis sexus, & re & precio carere, præsertim ubi pretium est justum, & feudo proportionatum, quale non fuit in casu per referentem dicti voti 21. *ut patet ex §. praterea prope finem n 70. tractato & deciso.*

163. Nec quicquam pro Adversariis facit dictum *Zasii*, emptionem non mutare feudi substantiam, quandoquidem mutat ejus naturam, & consequenter naturalia; successionem, alienationem &c. quæ impediunt tam facilem & fortuitam caducitatem *d. c. 1. de feud. non hab. propr. naturam.* Ita ut mirer viros doctos contra manifestam æquitatem legis Civilis, nullo habito textu feudistico, tantopere cavillari in verbis absque auctoritate ullius Legislatoris, quasi improprietas consistat tantum, quod unum dicatur proprium, & gratuitum, aliud onerosum improprium, & tamen in effectu in aliis nullam velle agnoscere differentiam, quo loco me remitto ad D. Vultejum *& in ipsius lib. 1. de feudis cap. 10. n. 54. versic. ridiculum est &c.* ubi dicit, Ridiculum est, hypothecationem ab alienatione, ut effectum à causa distinguere, Rosenthal. *cap. 9. concl.* 18 *n.* 1.

164. Huc facit, quod idem Dominus Rosenthal. *cap. 12. concl. 3. n.* 40 *&* 46. illa omnia impropriis annumeret, quæ etiam in consequentiam impropriorum veniunt.

Acceptatur autem, quod Referens Cameralis, pondus argumenti *ex c. 1. tit. quomodo feud. ad aliam filiam pertinet, &c.* agnoscat, ubi feudum, quod filia a Domino redimit, dicitur devolvi ad fœminam, idque propter emptionem & titulum onerosum.

165. Sed frustra per allegationem differentiæ, si à Domino vel à tertio ematur, conantur elabi Adversarii. Quia sicut Dominus ipse precium accipiendo sibi præjudicat, sic similiter sibi præjudicium

166. facit, quando permittit Vasallum vendere pro justo pretio, sicut sibi præjudicat, dum consentit oppignorationi, ex qua tamen Dominus nihil lucri participat. Rosental. *cap. 9. concl* 18. *num* 1.

Nam si Dominus contractum venditionis non confirmaret, emptor non defraudaretur precio. Hartm. Pistor. *quæst.* 48. *lib* 2. *per totum.*

167. Ad decimum facilis est responsio *l. prospexit ff. qui & à quibus &c.* illa enim lex loquitur in causa à jure expresse deciso, & quando de lucro captando agitur, nos autem versamur in casu fugiendi damnum, in quo dicta lex cessat. *Secundum* Bart. *& Dd. ibid* si itaque Doctores haberent ullum textum in toto jure feudali, ignosci eis posset, quod tanta animositate ad tantam iniquitatem, tam elumbibus augumentis ducantur.

168. Cui igitur ne lex quidem dura rigidis Feudistis patrocinetur, terreri merito deberent, per hoc, quod in additione ad Panormitanum *in c. ult. de success. ab intestato* refertur, quendam Advocatum, ab Inferis reversum, testato prædicasse, se propter legem Aurelius ff. de liberat legata, perpetua morte damnatum esse, Costalius *in l. 1. ff. de justitia & jure &c.*

169. Ad undecimum respondetur, quod illud argumentum, feuda oblata, pro paucis marcis empta, & ex propriis bonis, loco census recognita, non stringat, quandoquidem Dominus Feudi, in illis nullum dominium habuit, nec habuerat; Deinde nihilominus non est vera, sed imaginaria æquitas, imo aperta iniquitas, quam allegant Adversarii, bona à Domino primo Vasallo donata, & cum ejus consensu tertio vendita ad Dominum donantem casu fortuito redire, venditorem vero, qui de priore donatione non fuit gavisus, precio nunc defraudari.

170. Duodecimum fundamentum retorquetur in Adversarios & maxime in Garzonium, quando ille in superiore objectione fingit æquitatem in acquirente titulo oneroso ex proprio cerebro, quæ est secundum sensum communem, & secundum leges clare reprobata, & evidens iniquitas, cum non sit æquum, ut qui rem semel à se per liberalitatem alienavit, illam à tertio, justo pretio emente ex infortunio alterius iterum expectet, quia posset fieri primi acquirentis ac vendentis lineam non defecisse.

Deinde

Deinde argumentum ex Afflicto aërem verberat, & huic loco nihil obest, ubi nullus expressus Juris textus adfertur, sed Feudistæ absque reali consuetudine, ex proprio cerebro regulas confingunt, aut importune sequuntur, unde tot contrarietates implacabiles natæ sunt, totque monstrosa paradoxa orta, ut nulla scientia tanta incertitudine, uti feudistica, fluctuet. 171.

Quod enim de æquitate non scripta adfertur, male sibi Feudistæ applicant, quando nemo ex illis audet negare, sententiam admittentium fœminas ad successionem feudorum esse æquiorem, quandoquidem illi ipsi rigorem suum aperte uti rigorem defendere conantur. 172.

Si igitur cerebrina æquitas, ubi deest lex expressa, per Feudistas rigidos rejicitur: Cerebrinus rigor nullo Juris textu probabilis, multo magis in illis rejiciendus venit. 173.

Æquitas enim cerebrina ex cujusquam capite, non est æquitas, sed iniquitas, quando est contra leges, ideo non est extendenda ad Casus improprios, Jason *in l. quod si Ephesi §. interdum in fin. ff. de eo quod certo loco*, Decian. *consil.* 38. *n.* 42. *lib.* 1. Card. Tuschus *tomo* 3. *litera E. concl.* 312. *n.* 17. *&c.* 174.

Ubi enim reperitur æquitas scripta in genere, ut hic *ex d. l. maximum vitium C. de liber. Præteritis, &c.* ac etiam rigor scriptus in genere; uti hoc loco est textus *in c.* 1. §. *hoc a. notandum*, ubi textus loquitur in genere tantum, & non distinguit inter feudum proprium ex libertate Domini natum, & feudum improprium gravi pecunia, contra Feudorum morem (*c.* 1. *de feudo dato in vicem legis commissariæ*) comparatum; tum æquitas scripta in genere procul dubio præferenda est rigori scripto etiam in genere, per textum *in l. placuit C. de Judiciis*, qui dicit, placuit in omnibus rebus justitiæ æquitatisque esse præcipuam quam stricti Juris rationem, *l.* 1. *C. de legibus, &c.* 175. 176.

In his enim, in quibus Jus non invenitur expressum, æquitate servata, procedendum, semper in humaniorem partem declinando, secundum, quod personæ, caussa, locus, & tempora postulant. *text. in c. fin. x. de transact.* Bald. *consil.* 429. *quidem n.* 2. *lib.* 1. *& consil.* 434. *pactum, circa finem eod. lib.* 1. Vultejus *in terminis consil.* 33. *n.* 56. *& seqq. lib.* 1. 177.

Corruit itaque præsuppositum Vulteji *d. consil.* 12. *n.* 213. quando dicit, rigorem juris feudalis, quod Fœminæ à feudorum successione arceantur, æquitati juris Civilis præferendum esse, cum illa sit tantum generalis dispositio ad feuda propria, vera, ex providentia, sed incumbit ejus sententiæ sectatoribus, probare per textum feudalem, etiam ab emptitiis fœminas arceri, illa enim est species, de qua, hoc loco, certamus. 178.

Quapropter vehementer iterum miror, quæ Nemesis tot Doctorum virorum mentes fascinaverit, quod textu expresso destituti, agnitum rigorem, contra tam manifestam æquitatem legis civilis, tueri conati sint. Adeo, ut eadem inspectio nobis etiam contra decimum tertium fundamentum ab authoritate quinquaginta Doctorum à Vultejo allegatorum, serviat, quando non minori numero, & pondere, nostræ sententiæ faveant, ut *Referens Cameralis in supra citato voto* 21. *n.* 62. *mihi pagina* 139. utramque opinionem communem confiteatur, dicamusque in tali dubio, benigniorem potius quam austeram partem, amplectendam fuisse, *l. proxime ff. de his qui in testam. delentur. l. benignius ff. de legibus. l. semper in dubiis ff. de Regulis Juris.* 179.

Cui accedit, quod solæ Doctorum Opiniones, & Scholarum lectiones, sine textu Juris Feudalis, non possint introducere correctionem Juris scripti, sed requiri factum consuetudinis, in specie in contrarium, *l. quod non ratione ff. de legibus. l. consuetudinis*, C. *quæ sit longa consuetudo*, quia generalitas consuetudinis, generalitatem legis vincere non potest. 180.

Responderi etiam potest, Doctores ex adverso allegatos, ita sensisse in terris, ubi Jus Feudale scriptum regulariter, & præcise servatur; aliud autem dicturos in terris, ubi Consuetudo Lotharingica viget, & curvus baculus neminem excludit, ac à trecentis annis rigor Juris Feudalis jam remisit, ut supra dictum, prout ipse noster Vultejus in supra citato *consilio* 33. fatetur. 181.

Denique respondetur, Doctores contrarios loqui, ubi feudum non justo precio fuit emptum, sed major pars ex gratia processit, qualis fuit Casus à Referente Camerali, in causa illa Palatina tractatus, ut supra dictum, vel quando non subsunt aliæ similes conjecturæ, quibus procul dubio annumeranda est consuetudo & observantia hujus patriæ, per quam alias feuda ad fœminas transeunt; Nam, hoc casu, cessant rationes illorum Doctorum, quibus censent ementem scienter feudum, sese sponte legibus feudalibus subjicere, & casum caducitatis prævidisse, aut prævidere potuisse. 182. 183.

Quæ ratio in hisce provinciis (ubi ab omnibus retro Archiepiscopis aliisque Principibus, usque ad modernum exclusive, sine difficultate, fœminæ admissæ sunt) cessat, quando ementes vulgari proverbio sisi krumbstab schleust niemand auß, sine ullo metu caducitatis, ad feuda justo pretio emenda, processerunt, adeoque specialibus pactis sibi non prospexerunt. Quis enim tantam austeritatem in Prælatis Ecclesiasticis quibus ignoscendi gloriam sanctitas, teste Justiniano, dereliquit *l si quis* 10. C. *de Episcop. & Cler.*) formidare præsumpsisset? An trecentorum annorum spacio, retro nullus extitit Coloniæ Archiepiscopus aut vicinus Princeps, qui vel per se didicisset, vel à Consiliariis informatus non fuerit, Filias regulariter in feudis, ne in emptitiis quidem succe- 184. 185.

 dere

dere? An nemo tam religiosus, qui sacramenti, de tuendis Ecclesiæ Juribus memor, Feuda, stricto jure, aperta revocasset, sed totam fere Curiam in alienas manus devenire passus sit? cætera tacitis cogitationibus committo, &c.

186. Unum addo, Dominum Vultejum in suis lecturis non fuisse ab illa ratione alienum, quia illam iniquitatem, quam emptor justi pretii hoc casu pateretur, persenserit, *quando d. c. 8. lib. 1. de feudis n.* 44 *&* 45. *in noviss. edit. n.* 84. 85. Regulam Adversariam, in casu, si forte feudum controversum justo pretio sit emptum, &c. limitat atque restringit.

187. Decimum quintum fundamentum, de duobus specialibus in uno subjecto non concurrentibus, &c. nec in propositione, nec in assumptione subsistit. Nec enim ulpiam Jure feudali expresse vetitum reperitur, ne plura singularia concurrant, sed à solis Doctoribus, etiam multis exemplis repugnantibus, colligitur, nec in Feudo Emptitio duo concurrere deprehenduntur, quando successio fœminea alterius qualitatis, quia non est gratuitum, est effectus, & sequela. Juris autem certi est, quod non solum illud, quod verbis exprimitur, sed etiam, quod ex expressis sequitur, pro expresso haberi debeat, *l. cum quid ff. si certum petatur.* Bald. *in l.* 1. *C. de his qui ante apertas tab. mor.* Paris. *consil.* 97. *n.* 107. *vol.* 1. Roland. à Valle *consil.* 27. *num* 37. *lib.* 1. *& in tractatu de lucro dot. quæst.* 25. Cravetta *consil.* 149. *num.* 11. *& consil.* 257. *num.* 6.

188. Et expressum dicitur, quod in necessarium consequens, vel antecedens venit, *c. cum olim de Censibus gl. & Dd in l. Prætor. in princ. vers. expressum. ff. de novi operis nunciat.* ubi toties dictum est, & toties repeti debuit.

189. Priori autem hujus fundamenti parti, in rationibus à Carolo Kirchberg allatis, responsum est. Quamvis enim in separatis punctis feudi natura manserit, nihilominus tamen in punctis, quæ ex emptione fluunt, quale est dominium, & ex eo successio; in iis feudi natura mutatur. Socin. *in l. Gallus §. etiamsi parente vers. quam concl. ff. de liberis & posthumis.*

190. Decimo sexto motivo ex Fachinæo desumpto, respondetur denuo *d. c.* 1. §. *& qui videmus &c.* loqui in terminis feudi proprii & gratuiti. Quia vero de improprio & emptitio feudo nulla profertur juris feudalis dispositio; manet iste casus in jure singulari adhuc indecisus, ex Jure Civili & sub antiquis Regulis decidendus. Quod enim non mutatur, quare stare prohibetur? *l. sancimus C. de testam. l. præmiis C. de ædific. priv. l. si tibi § qui filius ff de adimen. legatis.*

Ad confirmationem in 13 fundamento responsum est, quod de exclusione fœminarum, in hisce provinciis non frequentata, nec solita, nihil imputandum emptori, quod de insolitis sibi minus prospexerit.

Decimum septimum fundamentum refutatur per Elenchos Sophisticos, quia verba, quæ urget Fachinæus, licet propriam feudi naturam non habeat, tamen, jure feudali censebitur, &c. sumpta *ex c.* 1. *de feudo non habente propr. naturam feudi*, intelligi necessario debent secundum quid, non autem simpliciter; juxta illud: Æthiops albus secundum dentes; alias enim implicarent immediate contradictionem, non habere feudi naturam, & simpliciter in omnibus jure feudi censeri.

191. Ad 18. & ultimum Fachinæi fundamentum, non tantum jam supra in motivis Caroli Kirchberg abunde responsum; verum idem argumentum in Adversarios luculenter retortum est, quod, hoc loco, repetere supervacuum esset. Reliquorum argumentorum, quæ sparsim à Doctoribus adducuntur, resolutio peti potest à Domino Gœddæo *sæpe allegato consil.* 37. *n.* 723. *vol.* 4. qui idcirco magis accedit sententiæ huic nostræ, cui etiam Geilius favet, quam Mynsingero, qui contrariam

192. tenet, quod Geilius post Mynsingerum scripserit, melioribus fundamentis, quæ Camerales posteriores moverint, procul dubio usus.

193. Ubi etiam idem Gœddæus *n.* 727. respondet ad argumentum; hoc casu imputandum esse illi, qui legem apertius, cum potuisset, non dixit istam regulam obtinere in contractibus inter privatos celebratos; secus esse in beneficiis Principum, *l. beneficia ff. de constit. Principum*, Bart. *in l.*

194. *ex facto ff. de vulg. & Pupill. substit.* Decius *in l. in contrahenda ff. de reg. jur.* Deinde istam regulam limitari, ita ut verisimilia non excludamus; Verisimile autem esse, quod in neutro fuerit intentio, filias à parentum bonis emptis excludere argumento *l. liberor. ff. de verbor. signif. l. maximum vitium C. de liber. præter, &c.* quia ex natura contractus emptionis est, ut in eo hæredes, tam masculi, quam fœminæ, imo & Extranei succedant, etiamsi de hæredibus nihil dictum sit, *l. veteris C. de contrah. & com. stipul. l.* 2. *C. de pactis, inter emptor. & venditor. l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis.*

195. Denique ad hoc, quod dicunt, quemlibet videre se accommodare voluisse juri feudali, &c. facile respondetur, id obtinere in iis feudis, quæ à communi jure feudali habent originem & qualitatem. Emptitia autem à pretio emptoris, non à liberalitate Domini & contractu à Domino confirmato nasci, & naturam gratuitam non sapere.

196. Manifesta autem iniquitas esset, feuda irregularia, quæ origine, liberalitate, beneficii substantia, ac materia à rectis differunt per rigidissimam regulam ad interitum vocare velle, &c.

197. Sed iste rigidorum Feudistarum mos est, ut quavis occasione singularitates (quo in mirabilibus

bus ambulare videantur) paradoxa, à jure communi ac ratione abhorrentia comminiscantur, ac auram potentiorum captantes; Casus quos vocant pro amico, ac quasi amphebinas efforment, ac forum Scholasticis cavillationibus infestum reddant.

Cujus singularitatis affectatæ luculentissimum exemplum præbet Regula illa absurdissima *ex* §. *quin etiam tit. Episcopum vel Abbatem, &c.* ex sola voce ulterius, ut eidem aliquam dubitandi rationem effingant, concinnata (Fœminam semel exclusam manere) quæ multis jam seculis Doctorum ingenia torsit, sed tandem recentiorum Doctorum nostratium Germanorum acumine tam erudite ac nervose eversa refutataque est, ut nemo de ejus absurditate amplius ambigere possit. *Videatur inter Consulentes Marpurg.* Sixtinus *consil.* 18. *n.* 12. *vol.* 2. Philip. Matthæi *consil.* 10. *n.* 66. *vol.* 1. *& consil.* 26. *n.* 62. *vol.* 2. Vult. *consil.* 23. *n.* 24. *vol.* 1. *& novissime* Freder. Sand. *in com. de Feudis Geldricis tit.* 3. *cap.* 1. §. 7. *n.* 77. *pag.* 155. 198.

In hanc sententiam etiam descendit luculentissime Hartm. Pistor. *lib.* 2. *disput.* 36. per textum *in cap. unico de eo, qui sibi vel hæredibus suis mascul. c.* 1. *fin. de success. feudi*, qui textus clare temperant obscurum textum *in d.* §. *quin etiam Episcop. vel Abbat.* unicum contrariæ sententiæ fundamentum, Eandem ex antiquis tenent Martin. Laudens. Jacob de Belviso, Matth. de Afflict *in d.* §. *quin etiam.* Socin. Jun. *consil.* 76. *n.* 113. *vol.* 1. Gozad. *consil.* 9. *n.* 58. Crottus *consil.* 113. *n.* 12. *vol.* 1. Burs. *consil.* 131. *n.* 7. *& consil.* 132. *n.* 41. Jul. Clar. §. *feudum quæst.* 80. *n.* 2. Guerin. Piso *in præludiis feudorum cap.* 20. *n.* 27. Cephal. *consil* 10. *n.* 34. Menoch. *consil.* 331. *n.* 49. *& seqq.* Alex. Lauden. *consil.* 34. *consil.* 25. *Tandem* Francisc. Sonsbec. *de feud. pag.* 9. *num.* 130. Fichard. *in addit. ad Villalobum. lit.* F. *n.* 60. *& consil* 6. *n.* 6. *consil.* 14. *n.* 4. *vol.* 1. Wesemb. *de feud. cap.* 6. *num.* 23. Mynsing. *obs.* 74. *centur.* 5. Petrus Heigius *p.* 1. *quæst.* 26. *n.* 8. Valentin. Forst. *de success. ab intestato lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 5. Rudin. *lib.* 1. *quæstione feudali* 4. *n.* 10. Ubi distinguit exclusionem à successione & jure succedendi, Berous *consil.* 67. *n.* 44. *vol.* 1. Alciat. *consil.* 10. *n.* 42. Quin. & *Andr. Knichen* adversariæ sententiæ propugnator acerrimus, *de vestitur. pact. cap.* 3. *n.* 228. fatetur, illam sententiam non obtinere in feudis Ecclesiasticis. Idem Knichen *cap.* 4. *n.* 76. admittit fœminas exclusas à Patris successione ad successiones fratrum, quasi exclusio fuerit suspensiva. Surd. *decis.* 95. *n.* 29.

Quarto, ut ad propositum revertar, melius Sonsbeckio sentit Paulus Matth. Wehenerus, qui moribus receptum esse testatur, solum servitium ordinarium feudale ein pferdt oder ritterdienst, 199. mille florenis æstimari, illosque feudo æstimato (seposito caducitatis periculo) demi solere, cum jus illud reale semper possessorem sequatur, Wehenerus *Practicar. observat. pag.* 572. *in verbo* ritterdienst, Schrad. *p.* 6. *c.* 6. *n.* 8.

Quinimo sæpenumero onus illud servitii medietatem omnium fructuum absumit; caducitas 200. vero totum feudum. Jactus vero retis, cui illa fortuita caducitas omnino similis est, non eodem pretio, quo ipsi pisces jam capti, venit, *l. nec. emptio ff. de contrah. empt.*

Quare observandum, & memori mente tenendum, quod, si Vasallus dimidiam fructuum eo 201. anno collectorum partem Domino solvere paratus sit, is pro servitio nihil amplius exigere potest, & illud an Domino servire, vel dimidios fructus solvere velit, in Vasalli electione & arbitrio esse, tradunt Feudistæ, Zas. *p.* 7. *n.* 42. Rosental. *cap.* 8. *concl.* 4. Schrad. *par.* 6. *c.* 6. *n.* 56 *& seq.* Bidenbach. *cap.* 22. Quod notent præsertim illi, qui Feuda in sola pensione, de 200. aut 300. marcis constituta habent, qui dimidia pensione se liberare possunt. Quod, hoc loco, obiter ad retun- 202. dendam duritiem rigidorum Feudistarum, admonitionis loco, intersero. Adde Alciatum *consil.* 2. *n.* 8. *lib* 3. Item notandum & illud, liberum esse Vasallo, si ipse Domino inservire nolit, servitium per substitutum præstare, Zas. *p.* 7. *n.* 42. *versic. hodie alio Jure utimur, &c.* Rosental. *cap.* 8. *concl.* 38. 41. 42. 43. Schrad. *p.* 6. *c.* 6. *n.* 44 45. 46. Wehener. *d. loco. p.* 572. *c.* 1. §. *similiter & ibi gl. & Dd. de prohibita* Feudi *alienat. per Fredericum.* Curt. Jun. *p.* 2. *partis tertiæ princ. quæst.* 10. *n.* 20. Schurff. *consil.* 68. *n.* 9. *cent.* 1. *gl. in c.* 1. §. *fin. de allodiis.*

Nam illud generale est, licet sint, qui dissentiant in nullis servitiis ad hæredes transitoriis intelligi electam industriam personæ, Bald. *in l. quisquis* 16. C. *de Episc. & Cleric.* Felin *in c. præsentia n.* 46. *&* 47. *x. de probat* Quæ itaque irrationabilis invidia est, fœminas ad feuda nolle admittere, quæ per maritum & substitutum id præstare possunt, quod maribus Vasallis non denegatur?

Ne autem Syndicus ulterius negare possit, Feuda Coloniensia pleraque esse Emptitia, vel alias vi Consuetudinis, Contractibus, Donationibus, pactis Dotalibus, Testamentis libere salva Domini reverentia, per humilem & submissam notificationem, aut etiam ea omissa, transivisse ad Catalogus exteras mediantibus fœminis, familias: ita ut tantum tria adhuc in prima stirpe supersint; Catalo- Emptorum gum magis specialem quam fuit iste primæ centuriæ documentis præfixus, cum denominatione Feu- Feudorum. dorum Emptitiorum in his actis disputatorum, subjicio.

Emptitia enim Feuda, quæquæ in actis aliquando empta & vendita esse inveniuntur, sunt hæc. Dorn bey Arweiler deductionali. 102. Bergerhaussen n. 1. secundum Extractum Iurium sub Krumbstab. Lupsch n. 8. Dirmersheim n. 14. Kuichenheimb. 17. 18. 19. Godenaw in Actis sub. n. 404. Reinscheim 37. Sultzhoff. 45. Ubi & Ius Retractus cognatis conceditur. Creutzberg zu Aldenahr

 51. Zehendt

51. Zehendt zu Kall 53. Kuichenheim, Eiffelwartz 60. Lufftelberg. 66. Treven 77, 78. Morenhoven in actis art. 43. Vellmeringen, juxta venditionem supra in quarto fundamento post num. 25. insertum. Eickerhoff 253. Velmering juxta venditionem supra in quarto fundamento, insertum. Bedtbur 145. Hoeningen in 92. articulo deductionali confessatum. Saffenberg deductionali 132. Kendenich n. 138. & 139. Forst bey Frechen. art. 143. Vettelhoven. art. deduct. 167. Ehrenstein, Oedtgenbach, Kalderscheidt, Schonberg art. deduct. 273. Vogelsanck 162. Dreuen. art. 162. Aldenderne n. 29. in actis n. 162. Dieckhoff oder Horbeckhoff. art 280. Eickum zu Bockum. n. 36. 37. 38. in actis n. 169. Buchfeldt. in actis n. 358. Grachthoff n. 391. Backenhoff zu Lyn. 392. Mudersheim. centuria secunda 10. in actis 141. Weier, n. 42. in secunda centuria, in actis n. 334. Meckenhoven. in actis 362.

204. Exempla alienationum ex pactis dotalibus. Saffig. Ut autem Exempla factarum alienationum, altius repetamus & expendamus, ex pactis dotalibus facta est translatio feudi Saffig ex persona & stemmate Simonis Mouhenheim, in familiam von der Ley, ejus generum, adeoque per filiam n. 3. in actis n. 27. signato. Item n. 4. 5. 6. respective in actis 28. 29. 30. (ibi) das soll alles kommen und fallen ahn den vurß Georgen und Even eheleudt unseren lieben eithumb, und dochter, und ihren beyden leibserben.

Item, quod pacta dotalia non transferunt modo dominium feudi, sed etiam usum fructum docent documenta extractûs Krumbstab sub n. 32. in actis n. 57. (ibi) als sie [Ließbeth] daran von thod ihres seeligen Vatters vorß: gerechtigt ist, behaltendt, daran und auß Emundt Beysel von Gymmenich, der vorß: Leißbethen rechten Anherren zu seiner Leibzucht und Lebtagen, und nicht länger alle

Bornheim. jahr 225. Oberlendische gulden, & clausula 3. so soll Scheiffardt vorß: auch seine leibzucht haben und gebrauchen, an der herrlichkeit und vogtey zu Bornheim und Bremich 2c. & ex quinta clausula &c. quæ sic habet.

Dem hochwürdigsten Fürsten unsern gnedigen lieben Herrn, Herrn Ertz bischoffen zu Collen, als einen rechten Lehenherrn der Vogtey zu Bornheim vurß: dat hei seiner gnaden Volbert, und consens herzu gegeben, daß wir Diederich also ergehen, und bekennen wahr zu seyn, under unserem siegel 2c.

205. Ubi notandum, infeudationem filiarum, tribus vel quatuor vicibus diversis, ac instrumentis, sub numeris 33. 34. 35. 36. ac respective 58. 59. 60. 61. repeti eisdem pene verbis, à quatuor Archi-Episcopis, Theodorico, Roperto, Hermanno & Philippo &c. Item, (ibi) Wier 2c. daß wir 2c. unserem lieven getreuen Gerhardt Scheiffardt von Meraedt, zu behoeff Eleisabeth Beisels, Wilne Vlrich Beissels dochter, nahe laut des heiligs brieffs zwischen den eheged. Gerhardten und Eleisabethen gnedlich belehnt haben, und belehnen, ubermitz des brieffs, mit der Vogtey von Bornheim und Brenich, sic sub n. 60. 61. alias 36. cum tribus fratribus Vlrich, Wilhelmen, Reinhart, Investitur simul soror Ioanna &c.

206. Sultzhoff. Sic usus fructus confirmatur de feudo Sultzhoff, cuidam Elisabethæ n. 42. in actis vero n. 70. signato. Wir Dieterich 2c daß wir Leißgen, Frantzens dochter, seine ehelige haußfraw bewiddenen willen ihr levelang, ob derselbe ihr ehelige mann derselbven stürve, sonder einige gewisse geburdt (ubi notanter dicit, geburt absque distinctione sexus) mit dem Hove zu Sultze 2c. & ut appareat hoc non fieri respectu singularis gratiæ illius Francisci, subjicit Princeps sponte; doch also wan er der vörß: Frantz thodts halben abgieng, so soll die vorß: Leißgen einem andern gleichen guten mann, wieder in seine stadt setzen, und das Lehen von uns, unser nachkommen und Geschlecht empfangen, und davon thuen ihr levenlang, als sich gebuirdt, und ein mann seinem Herrn schuldig ist. (Quid generalius? quid evidentius?) quid magis à singularitate gratiæ specialis alienum excogitari potest?

207. Vogelsanck. Similes omnino clausulas circa quandam Gretam Novesiensem habent tria documenta sub n. 157. 158. 159. actis insinuata, quibus facile declaratur, secundum stylum Coloniensem feuda non abhorrere à fœminea successione, ita ut etiam in futurum ipsis provideatur, antequam casus eveniat, & priusquam is, qui de tali casu nihil cogitavit, illud petierit, aut aliquid Domino feudi innotuerit.

208. Creutzberg. Huc facit, & promiscuam tam successionem quam alienationem per pacta dotalia probat, Feudum Creutzberg sub num. 57. & 58. & alias 88. & 89. Quod Johannes Quadt a Wilhelmo

209. Cochenheim. von Gledorff acquisivit (an sich bracht) idem feudum Kuchenheim Eiffelwardts, quod Ioannes Kluppelberg Ioanni von Kindsweiler, gnandt Naele, vendidit n. 60. & respective 89. ubi illud in dotem dedit Godderten von Dinßberg (ibi) hac serie. Wir Herman, 2c. unseren lieben getrewen Godderten von Dynßberg, allermassen daß Wilhelmen Nagel gnandt, unsers Ambtmans Schweger Herr, ihme, das mit seiner haußfrawen zu heiligs gut gegeben, und innen daran ererbt hat (Nota) Item ibi. Wir Salatin, &c. das wir unseren lieven getrewen, Anthonien von Elß, Obristen, zu behoeff sein, und seines schwagers Bernhardten von Metternich zu Vettelhoven, mit dem hauß und hoff zu Kuchenheim belehendt haben, 2c.

Ubi iterum notandum, juxta ea, quæ superius in puncto venditionis dicta sunt, instrumentum num. 60. ac alibi in actis n. 89. notatum, præ se ferre clausulas feudi mere hæreditarii &c. Ich Johan Kluppelberg 2c. doen kundt, das mit wissen, consent und willen, deß Hochwürdigsten Fürsten

210. und Herrn Diederichs Ertzbischoff zu Collen verkaufft han 2c. In zeit ich das wal thuen mocht

und

und mugig was zuthuen &c. Johan von Kindsweiler gnandt Naele, und seine Erven, solch hauß binnen dem Dorff zu Kuchenheim zu der Eiffele wartz &c. 211.

Quæ verba, als das wol doen mogt, declarant quod suo Iure cujuscunque poterit vendere, etiamsi sint Enunciativa propter se vel aliud prolata. Cravetta *de antiq. temporum p.* 1. §. *propositum nostrum &c. n.* 76. & 77. Symphorem. 4. *voto* 9. *n.* 83.

Item ibi: Als das vorß: Johan Naele und seinen erben, offt helder dieses brieffs, mit ihrem willen, sollen oder moegen, alle die vorß: gueter erbschafften zu Kuchenheim, **in ihre gewalt und behalten/halten und besitzen**/geralt grewlich, damit winnen und werben, thuen und lassen, als mit ihrem eignen erb und gutter, quæ verba denotant feuda esse instar allodialium, ut supra vidimus.

Et hæc omnia confirmantur hac verborum forma, daß wir Diederich Ertzbischoff vurß: kennen, daß dieser erbkauff mit unser rechter weist und guten willen geschehet und zugangen ist; unser consent darzu gegeben haben und geben in krafft dieses brieffs &c. Anno 1453. uff Ambrosii tag. 212.

Et sic unum idemque feudum spatio 119. annorum quinque diversarum familiarum possessores habuit, Kluppelberg. Naele, Dinßberg, Elff, Metternich &c. 213.

Nihil clarius dici potest, quod Feuda Coloniensia ex consvetudine ad Vasallorum viduas, quo ad usumfructum spectent zum Wittumb, quam quod dicit Instrumentum sub n. 62. in actis 92. designatum his verbis. 214.

Wir Herman &c. Nach dem Lufftelberg, mit seiner Herrlichkeit, und zugehoerungen, von uns und unserem Stifft zu lehen rurende, und durch unseren Raht und lieven getreuen. Diterich von Gymmenich Ritter, von uns zu lehen empfangen ist, und alsdan der bemelter Dieterich, Irmgardten von Gymmenich seine ehelige haußfrau, mit Lufftelberg, und seiner zubehoerung beleibzuchtigt und bewittibet hat, nach laut der vorschreibung darüber sprechendt: haben wir umb fleißige bede willen ahn uns geschehen, solche leibzucht zugelassen und bewilligt, bewilligen und zulassen die übermitz des brieffs, **als unsere Stifftes gewonheit und herkommen ist/ wir und unser nachkommen sollen und wollen auch die gedachte Irmgardt** bey solcher leibzucht gnedlich handthaven, und schirmen, Anno 1450 nihil itaque gratiæ particulari; omnia universali consuetudini tribuuntur. Lufftelberg

Ad idem facit illud documentum ad acta n. 150. exhibitum, ubi substitutus viduæ, adhuc filios hæredes habentis, sine ulla necessitate investitur & in animam viduæ jurat, quod est evidens indicium, hæc Feuda esse fœminea Kunckel-Lehen, nec abhorrere adeo a fœminis, ut etiam Investituris expresse includantur his verbis. 215. Forst.

Von Gottes gnaden wir Ernst &c. vollmechtiger unser lieber besonderinnen Juditen von Selbach, etwan unsers lieben getreuen Johan von Luxeradt, nachgelassene wittib, mit dem hauß zum Forst, und aller seiner zubehoer, gnedlich belehnt haben, darauf von gemeltem Adam von Gymmenich, globt und aidt, in seiner principalinnen seel schwerende, empfangen solch obge. Lehengut getreulich zu verdienen und zu vermannen &c. Anno 1590. 22. Augusti.

Et sic hæ & similes Investituræ serviunt optime ad propositum Vasallorum quibus probatur Fœminas a feudis non excludi, quæ sine ulla dispensatione ad juramentum fidelitatis admittuntur, quæ alias (ut supra in prima quæstione, ac primo Adversariorum argumento dictum est) sub prætextu lubricitatis voti, juxta veteres Iurisconsultos à successione feudali arcendæ essent. 216. 217.

Et, ne Syndicus iterum juxta deductionalem suum 303. dicat, hoc ex errore factum, & aliquando bonum dormitasse Homerum; Verum hoc consvetum & familiare esse Curiæ Coloniensi investire Fœminas in persona alicujus Procuratoris, Lehentragers, & dirigere juramentum in animas fœminarum, remittitur Syndicus ad extractum Krumbstab n. 21. vel ad acta n. 45. qui, ut supra etiam tactum, sic habet. 217.

Von Gottes gnaden wir Ernst &c. unsen lieven getreuen Wilhelm Conradt von Francksħoven zu Meckenheim, als Vollmechtigen unser lieben besonderinnen Emerentianen von Plittersdorff witwe &c folgends aber obged. Wilhelmen von Francksħoven, in Nahmen und von wegen seiner gewesenen hausfrauen Emerentianen von Plittersdorff, von unseren vorfahren und uns zu lehen empfangen und getragen, gnedlich belehnt haben &c wir haben auch gewohnliche globt und aidt von bemeltem Wilhelmen Conradten von Franckeshoven zu Meckenheim, im nahmen obged. seiner Principalinnen empfangen, solche lehen getreulich zu verdienen und zu vermannen, geben und belehendt in unser Stadt Bon am 28. tag monats Junii 1608. Jahrs &c.

Quo anno post duos demum menses nempe 19. Septembris juxta Prothocollum Cancellariæ, primum de lite hac Vasallis movenda deliberatum est, ut supra relatum fuit

Nihilominus stilus ille & observantia, adhuc anno 1615. circa idem feudum continuata fuit: 218.
Wir haben auch gewöhnliche globt und aidt / in nahmen von obgedacht (Emerentianen) empfangen, solche getreulich zu verdienen und zu vermannen, am 21. Februarii 1615. Jahrs Bon &c.

Et Syndico diffugium illud, quo sæpe sat jejune utitur, præcludatur; quasi stylus Curiæ tempore quo Archivum fuit ablatum, mutatus fuerit, relegatur adversarius ad num. 48. aut in actis correspondentem. 219.

Von Gottes Gnaden wir Ernst &c. unserem lieben getreuen Ludtgeren Winckelhaussen als gevollmechtige

Raede die Horst. mechtige Anwald unser auch lieber besonderinnen Margreten von Hulß, etwan Bernhardten von Hulß
dochter, mit dem Raede und Hoff, gnant die Horst, dem guet Buden zu Raede gehoerendt, mit 20.
gewälder im Vrdinger broich gelegen, gnedig belehendt haben, und etwan Bernardt von Hulß als
sehligen vatter obberurter Margret von Hulß, darnacher die von unserem Vorfahren zu lehen empfan-
gen ung getragen haben, daruff haben wir nunmehr von obged. Vollmechtiger, Ludtgeren von Winck-
elhaussen, an statt Margreten [nota] von Hulß gewohnliche huldung und aidt empfangen zu ver-
dienen und zu vermannen &c. Cöllen Anno 1595. am 29. tag Novembris.

200. Aliud exemplum suppeditat n. 52. in actis. n. 80. Von GOttes gnaden wir Ernst &c. das wir &c.
Schweppenberg. etwan unsers lieben getreuen, Thonissen Kolben von Vettelhoven zu Schweppenberg nachgelassen
kind Anna Maria, veraidten Vormunderen, Vollmechtigen &c. mit dem Schloß Schweppenberg
mit einer Müllen &c. und haben daruff von obged. Vormunderen Vollmechtigen, Hanß Diederich von
Metternich gewohnliche huldung und aide, in ermelder Vormunderen oder **kinds seelen geschwo-
ren**/ empfangen, gestalt die vurß: Lehen gewohnlich zu verdienen und zu vermannen &c. am 28. Junii
159. Jahrs. Non igitur mulier est incapax feudi, ubi est habilis ad jurandum de fidelitate.

221. Longum nimis esset singula specialiter persequi, hinc brevitatis gratia remitto Syndicum ad
Kardorffer zehend Dirmerßheim. Godenaw. Kardorffer, Weinzehenden, n. 10. 11. 12. alias 34. 35. 36. Dirmerßheim, n. 14. & 15. aut 38. &
39. Godenaw, 23. alias 47. Item Glutings gut zu Frech, infra sub n. 343. Ich Catharina von
Reinbach sub numero 344. infra von der Fischel &c.

228. Tanto vero magis mirum videri debet, quod Syndicus sustinere audeat, fœminas feudorum
incapaces esse, cum ex actis, n. 122. aut extractu n. 92. constet, septem aut plures Comitissas una
die de arce Saffenburg fuisse investitas, his prope verbis.

229. Von Gottes gnaden, wir Ernst, &c. nach jetztgemeltem Graff Joachims absterben vorged.
Graff Diederich wiederumb desselbig vor sich, und ged. seines bruders, Graff Joacheims nachge-
Saffenberg. lassene kinder, zu lehen empfangen, und dem Graff Diederich gleichfals im negst verschienen 93.
Jahrs am 3. Januarii thodts verfahren, und wir also von der wolgeborner lieber besonderinnen,
Magdalena Gräffin zu Nassaw, Weißbaden, etwa Graff Joacheims Wittib, krafft ihro und dero-
selben geliebten dochteren, **Elisabethen / Annen / Amelien / Anne Magdalenen / Erichen /
Anna / Salome / Catharinen / und Claudien** nahmen ersucht worden sein, inhalt voriger be-
lehnung, wegen ihres ehewirdts sehligen antheil, und dan was ihro der wittiben, **auch ihren lieben
Kinderen / durch absterben** gemeltes Graffß Ludwigs, an benanten Schloß und Herrschafft Saf-
fenberg, mit allem zubehoer angefallen ist, gnediglich zu belehnen, &c. daß wir demnach diesem zufol-
gendt, heut dato, &c. Peter von der Reck, dero Rechten Doctoren, im nahmen ihren und ange-
regter ihren döchteren, mit vielgerurten Schloß, so viel ihr, und ihren döchteren, durch absterben
ihres schwagers sehligen Graff Diederichen angewachsen, 23. Aprilis Anno 1594.

Ehrenstein. Huc accedunt adhuc diversarum translationum Exempla circa diversa feuda Ehrenstein & si-
milia sub n. 151. ad acta producta.

230. Wir Johan Gebbardt, von Gottes gnaden, &c. daß wir heut dato unseren lieben getreuen Rut-
gern von der Horst, als unser lieben besonderinnen Annen von Nesselraedt, etwo Wilhelms von
Nesselraedt nachgelassen wittiben, &c. Vollmechtigen, mit diesen nachbeschriebenen Lehenstücken und
Oetgenbach/ gutten, nemblich mit dem Schloß Ehrenstein, einen Hoff zu Oetgenbach, einen Hoff zu Kaller-
Kallerscheid. scheid, einen Hoff zu Schonenberg, &c. und darzu mit fünffzehen Oberlendischen Gulden Mangelts,
vier Marck vor den Gulden gerechnet auß unserem gemeinen zoll zu Bonn zu heben und buren, zu
behoeff **gemelter wittiben** / und ihrer erben, gnedlich belehend haben, in massen wir dan von
uns unserem Stifft zu lehen rurend, und etwan Bertram von Nesselraedt ihr der wittiben vader:
folgents Wilhelmen Herr zu Rennenberg, ihr eheman, letzlich Johan Frentz ihr sohn, die von uns,
und dem Ertzstifft Cöllen gehabt, und nunmehr uff gedachte wittibe ererbt und gefallen sein &c. her-
auff haben wir gewohnliche globt und aidt von mehrged. Rutger von der Horst, in nahmen wie ob-
ged. das alles leiblich globt, und zu Gott und sein heilig Evangelium geschworen Bruell 5. Junii
Anno 1562.

231. Ubi singulariter notandum, matrem successisse primum patri, per maritum, deinde filio in
feudo paterno, quod est contra naturam feudorum Longobardicorum, *text. in c.* 1 *de natura suc-
cesionis feudi*, Corn. *consil.* 16 *n.* 7. *lib.* 1. quod fallit in feudis, quæ ad extraneum hæredem tran-
seunt. Schrad. *p.* 7. *c.* 6. *n.* 1 *&* 3.

Ne autem quis regerat, fortassis ista feuda omnia fuisse Fœminina, replicabitur subsequenti
Exemplo, in quo feudum rectum, ein recht Lehen, transit per matrem ad filios n. 75. alias 105.
notatum, &c.

233. Wir Salentin von Gottes Gnaden, &c. daß wi unsere lieben getreuen, Johan Schnessen
von Grensaw, ahn stadt und behoeff seiner minderjähriger söhn, und kinder Simion und Emme-
richs auß weilandt Annen gebornen Bossin von Waldeck, seiner eheligen haußfrauen selig, erzeugt,
Krey. mit unseren und unsers Ertzstiffts Hauß Krey, so wie das obged. Annen Bossin mutterlicher Anherr
sehlich, Diederich von Keddig und desselben Voreltern empfangen, auch uff Annen von Kettig des-
selben

selben dochter, weilandt Baltasar Bossen von Waldeck, ehelige haußfrau, und derselben nachgelassene dochter, ꝛc. Anna und Elisabeth gnant, geerbt und negster Annen, Johan Schnessen haußfrauen, und ihrer beyden nachgelassenen söhnen zu vertragen und zugetheilt worden ist, gnediclich zum rechten Lehen belehent haben, ꝛc. Poppelstorff am 21. May Anno 1572.

Et hoc est, quod supra in secundo Serenissimi fundamento, ex Jemellio *de feudis p* 10. *feudo* 143. & Henrichman. *consil.* 73. *n* 8. *vol* 3. notavi; clausulam feudi recti, zum rechten Lehen, non impedire, quo minus mulieres succedant, sicut etiam zum rechten Manlehen, quod demonstrant duæ Investituræ arcis Zonberg, sub n. 166. in verbis. 233.

Wir Ferdinand von Gottes gnaden, ꝛc. daß wir unserem lieben getreuen Herman Quaden von Lands Croen zu Reindorff, vor sich selbst, dan auch als vollmechtigen Bernhardten Quadt von Flemerßheim, zu ihrer beyder, und ihrer Erben behoeff, recht und redtlich belehent haben, mit der Burg Zonberg, zum **rechten Manlehen** zu haben, und zu tragen, doch mit dieser vorwardt, daß wir unser Nachkommen und Stifft die gnandte Herman und Bernhardten Quaden gevetteren. Noch **ihre rechte Erben** / die seye Mans oder Weibs khunne, von dem vorged. Lehen nit enterben willen, noch sollen, von ersterbung wegen, similes Investituræ sunt in actis sub num. 164. 165. respectu arcis Meyll & Zonberg, ꝛc. 234. Zonberg.

In numeris sequentibus apparet, quam variæ familiæ in isto feudo Lufftelberg successerunt; familia Gimmenich, Johan Kolb zu Vettelhoven n 63. 64. 65. 66 67. & respective 93. 94. 95. 96. in actis. Ubi obiter inter cætera notandum, istam Margretham, bis continuo per fratres exclusam, tertio ad feudum admissam fuisse, contra iniquissimam Brocardicam, quam Cancellariæ nostrates, contra communem, hodie approbatam Scholam stabilire ardentissime gestiunt, &c. 235. Lufftelberg.

Quin imo, feuda etiam donatione propter nuptias, Morgengabe, oder ersten beyschlaffens aufffstehen, alienare solere absque scitu Domini feudi, docet instrumentum n. 68. hac serie. Wir Dahm von dem Bongardt, Adolff von Honsseler, und Peter von Sepraedt, ꝛc als man unsers gnedigen Herrn bekennen und gezeugen, daß uns allensamen kundig ist, und auch allesame darüber und angewest sein; gesehen und gehort haben, dweilen Johan von der Hege, ꝛc. und Claergen seine eheliche Haußfrau, Peters dochter von Norpraedt, von ersten ihres ersten beyschlaffs ufffstandt, das dan dieselbe wilne Johan von Hege, der vorß: Claergen vor ein Morgengabe, und ufffstandt gab und gegeben hat, seinen hoff zu Loevelichen ꝛc. cum transfixo ibidem de anno 1442. quod ex longo intervallo per Theodoricum Archiepiscopum Anno 1458. re ipsa & absque ulla hæsitatione confirmatur in verbis, des vorged. Johans von der Hegeke, nachgelassene Haußfrau Witwe, desselben Johans ihres Haußherrn, zu dem Hoff zu einer Morgengabe gegeben hat, ꝛc. daß wir bewilligt und bestettigt haben / in beywesen etlicher Manne, und wir auch noch bewilligen und bestettigen overmitz dieses Brieffs, ꝛc. Anno 1458. &c. Atque sic feudum hoc spatio 16. annorum, tres familias agnovit Hege, Claerg, Norpraedt, Simion, Aldenbrüg n. 68. & 69. aut alibi 98. 99. 236. Loevelich.

Quo pacto Hemmerich aut Bachheimb Camera ut putatur, hæreditaria Archiepiscopatus translatum sit, longum nimis esset hoc loco referre, sed id spectat ad specialem tractatum omnium feudorum, ideo hoc loco contentus sum Lectorem ad Extractum sub n. 71. 72 73. & ad correspondentes numeros in actis 91. 92. 93. remisisse. 237. Bachheimb.

Pari modo feudum Treuen ab anno 1529. usque ad annum 1609. spatio 80. annorum, per quatuor familias ambulavit, semel venditione, bis per nuptias Borck, Lyr gnandt Hoen, Roßfelt & Eilbert gnand Baldewin, relati n. 77. 78. & 79. ac correspondentibus in actis, &c. n. 107. 108. 109. Treuen.

Sic etiam per nuptias diversas Castrum Saffenburg per donationes diversarum familiarum, transitum fecisse deprehenditur, sub n. 93. in actis 24. & seqq. per Newenar, Saffenburg & Virnenburg idque mediantibus nuptiis filiarum à Vasallis procreatarum, in verbis, &c. In Gottes Namen Amen, ꝛc. Wir Johan Herr zu Saffenberg, ꝛc. wiewol als wir meynen und sagen, die alinge Graffschafft von Newenaw, mir Johannen dem Jungen von Saffenburg, Graff zu Newenaw vorß: mit Catharinen meinem Weiven, die ein einig Kind und dochter was Wilne Graff Wilhelms von Newenar, und seine rechte Erve, darab was, zu wißlichem heylich gegeben ward, obermitz Graffen Crafft von Newenaw ihrem Ohmen, und andere ihre Freundt und Maegen, und ich und Catharina mein ehelich Weiff samentlich darahn kommen weren, und ich die vorged. Graffschafft Hadde, und darab belehnt was von dem Herren, da die von zu Lehen rurte, ꝛc. fort auch die vorß: Graffschafft mit dem schwerd an sich gewonnen, und die bißher ohne ein dritten Theil, daß er uns daran gelassen hätte, daran er uns auch fandt, in seiner Handt gehabt und besessen hat, ꝛc. 238. Saffenburg/ Newenahr.

So hant wir Frederich Ertzbischoff gelobt, und globen in gueter trawen obermitz dieses Brieffs, vor uns, unsen Nachkomlichen, und gesteht, alle vorged. diese puncten und articulen, so wie die an uns gebuirendt, und treffendt, steedt, fest und unverbrüchlich zu halten, und darwider nit zu thuen in einiger weisse, ꝛc.

Quo facit numerus 94. & 95. Item n. 96. qui sic habet. Ich Robert Graff zu Virnenburg thuen kundt, ꝛc. clausula, &c. und desgleichen sollen Wilhelm Herr zu Saffenburg, und Metze seine

eheliche Wyffe vorß: Philippo meinem Sohn, mit Catharina ihrer dochter zum Heyraths-gut, und Mitgaben geben, einen dritten theil des Schloß und Herrschafft zu Saffenburg, mit allen ihren Rechten und Zubehoer, zu dem vorß: dritten theil gehoerende, so wir Wilhelm und Metze vorgnt. der jetzunder der einhabende und besitzendt, nit davon außgescheiden, sonder argelist.

239. Halbzehendt Metternich. Denique impugnet hodie Syndicus, si potest, pactum dotalitium ante 228. annos factum, quo medietas decimarum feudalium, absque præscitu, ac non prævio consensu Domini feudi à familia von der Balen, in familiam Romelshoven transiit; quemadmodum demonstratur documento sub n. 156. ad acta exhibito, his fere verbis, &c.

Nos Engelbertus Dei gratia, S. Colon. Eccles. Archiepiscop. notum esse volumus, quod Hermannus de Godenaw nobis supportavit bona infra scripta, videlicet Castrum dictum Godenaw, quæ idem Hermannus a nobis & Ecclesia nostra Coloniensi titulo feudi Castrensis nostri in Ahr tenuit, ipseque Hermannus &c. renunciavit & effusticavit, ore, manu, calamo; pure, simpliciter, & de plano; nobis supplicans instanter, ut bona prædicta Philippo dicto Scherfgen, Scabino nostro Coloniensi ejus sororio, in feudum Castrense in Ahr concedere dignaremur, quibus supportatione & renunciatione, per dictum Hermannum sic factis, nos a fidelibus nostris infra scriptis requisivimus, an prædictus Hermannus adeo plene & sufficienter dictis bonis renunciasset, quod ipsum exhæredare; & præfatum Scherfgen hæreditare, & investire possemus, de eodem [ubi notanda ceremonia priscorum, de qua ante monuimus] qui super hoc, inter se deliberatione præhabita, nobis responderunt, quod sic &c. Unde nos pie procedere volentes, præfato Philippo Scherfgen concessimus & concedimus per præsentes, ipsumque de iisdem bonis, præstito nobis fidelitatis Juramento, investivimus tenore præsentium &c. Coloniæ. Anno 1566. post Matth. His consonat Documentum ad acta sub n. 94. exhibitum his formalibus.

Ich Herman von Godenaw und Helena meine eheliche haußfrau, thuen kundt, also als ich Herman vurß: verkaufft han / vor mich und meine erben, Philips Scherfgen zu Cöllen, meinem schwageren und Leißgen seinem ehelichen weib, die Burg Godenaw ꝛc. Item clausulæ luitiones, hypothecæ cum clausula successionis ab intestato & per nuptias. Und wan nur zur zeit, ein wißlich heilig geraembt ist, tuschen sohnen, Herren Godderts Burggreffen, Herren Drachenfelts, und dochter des vorgnt. wilne Philips und Leißgen meiner Süster, als die heyrathsbriff darauf gemacht, das ausweissen ꝛc. Und wir Herman und Helena eheleut vorß verziehen auch vor uns, unsere erben, uff die Burg Godenaw, und ihre zubehoer, und uff die Gutter zu Merlo, und zum Girßberg vurß ꝛc. Also doch ob sach were, daß die kinder, wilne Philips und Leißgen meine schwester vurß: ohne leibsgeburdt von ihm geschaffen, sturben, [nota de masculis nulla fit mentio] daß alsdan wir Herman und Helenen meinen weib, und unsere erben behalten sie, alles des rechten, das wir an dem erst erffnuß han, oder erst erfen mögte, wie inhalt des instruments und heilig brieffs die tuschen Philips Scherfgen und Leißgen seine ehelichen weib, ehelichen Suster mein Hermans vurß: und mir Herman vorged. geordnet und gemacht sein ꝛc.

Hoc Feudum per fœmineam successionem ad Gerhardum Bell devolutum, per eundem iterum venditum fuit Godefrido Burggravio in Drachenfelts, Adelheidi ejus conjugi pro 4000. aureis, de quo extat, & ostendi potest Instrumentum die Anno 1042. ipso die *S.* Servatii hac serie.

Wir Gerhadt von Beel, sohn Herren Evars Vogten zu Beel: thuen kundt ꝛc. den frommen leuten, Herren Godderten Burggraffen zu Drachen-felts, und fraw Aleithen seiner ehelicher frauen, die vor sich und ihre erben, rechts und bescheidens kauffs, wider uns vergolden hat, uns hauß zu Godenaw, als um einer recht bescheidene summa gelts, mit nahmen vier tausend gulden ꝛc. Anno 1402. 13. Martii &c.

Et quia jamdudum ex actis & n. 47. in Krumbstab 23. satis constat hoc feudum per quandam Apolloniam; sororem Nicolai Drachenfelts ad familiam Wallpott, devolutum esse, prout illi per laudum Archiepiscopi Trevirensis adjudicatum fuisse, ex dicto instrumento apparet (ibi) Wir Johan von Gottes Gnaden, Ertzbischoffen zu Trier, ꝛc. Nachdem unser lieber getreuer Otto Walpott zu Bassenheim, als kläger eins, und Clauß Herr zu Drachenfelts, und zu Obruck Ritter, als antworter anderen theils, und ihr spenne und Missel vor uns, und unsere Räthen, zu rechtlicher außtragt kommen sein, ꝛc. sententia arbitralis sic habet.

Sintemahl Apollonia von Drachenfelts, Cloesen von Drachenfelts, Ritters, eheliche leibliche Schwester, und ihres anerstorbenen vatterlichen Erbs, und Anfals, eine unverzeigne Tochter

ist, daß dan derselbe von Drachenfelts, als vor sich selbst pflichtig sein solle, der benandter seiner Schwester Theilung zu thuen, alle dasjenige, das ihre am vätterlichen mütterlichen Erbtheil und Anfall, und darzu sie geboren ist, von rechtswegen und Landtsgewohnheit zu ihrem Erbtheil billig gebuiren soll Anno 1481. &c.

Hinc patet, feudum haud dubie esse promiscuum, & successionem etiam ejus in fœminis usitatam, quod autem Walpott, altera progenies, sine ulla difficultate florentibus adhuc agnatis, familia Drachenfels per Dominum feudi Anno 1512. sit investitus, elucet ex tenore investituræ, quam Syndicus negare nequit (nisi confundi voluerit) cujus copiæ extant in actis n; 48. & 49. & Krumbstab centuria 1. n. 24. & 25.

Wir Philips von Gottes Gnaden, der heiligen Kirchen zu Cöllen Ertzbischoff, thuen kundt und bekennen, daß wir unseren lieben getreuen, Johan Walpotten, mit dem Hauß Godenaw, und Burglehen zu Aldenahr mit der Kirchen Gifft, Zehend, in aller massen, solch vorß: Lehen von uns und unserem Ertzstifft zu Lehen ruren, und herbracht sein, gnedtlich belehent haben, und belehen uber mitz diesen unseren Brieff, und haben auch daruff von gemeltem Johan gewohnliche Huldung und aide empfangen, solche Lehen getreulich zu bedienen und zu vermannen, &c. Geben und belehendt zum Bruell, am Donnerstag Conversionis Pauli 1512.

Quod autem familia Drachenfelts illo tempore, quando Godenaw ad familiam Wallpott transierit, in esse & vigore fuerit, patet ex publicis monumentis in templo Abbatiæ Heisterbach, ubi Henricus Drachenfelts, Anno primum 1530. sepultus legitur. Item quod Anno 1519. adhuc duo fratres Wernerus & Henricus superfuerint, & cum Domino de Meilendunck divisionem celebraverint, patet ex actis in Extractu divisionis sub num. 377.

Ex quibus omnibus clarum est, quam plene & plane libellus Vasallorum ab articulo 24. usque ad 37. inclusive sit probatus, & contra, quam temere Syndicus in suo 19. deductionali asserere ausus fuit, Masculos de Feudo Godenaw continuo fur und fur (als viel immer Nachrichtung dieserhalb vorhanden) successisse, quandoquidem jam sit probatum, illud à familia Godenaw ad Scherffgen: inde, Beel, deinde Drachenfelts, & denique Wallpott obambulasse, quæ omnia, omni timore seposito, in responsionibus à Syndico sunt negata. Unum tamen errorem, licet ad rem, de qua nunc agitur, non pertinentem animadverto, nempe quod art. 34. Uxor Ioannis

284. Drachenfels. Drachenfels indigitetur, Margaretha von Wulckenburg, quæ tamen filia, Wilhelmi de Wisslighoven & N. Alffter conjugum fuit, non Wulckenburg. Drachenfelts Burggraviatus Archiepiscopalis, una ex quatuor columnis Diœcesis, nomen familiæ dedisse, obscurum non est: Et quod omnibus, quæ de istius feudi origine circumferuntur, non credam: facit quod istius familiæ equites ante 424. annos tam fuisse celebres, ut Hastiludiis Imperialibus admodum frequenter interfuerint, deprehendam: Nam decimo tertio torneamento, nempe anno 1209. interfuere duo; Conradus & Wilhelmus Drachfelts, de inde Hastiludio 14. 17. 18. 21. 26. ad minimum nonnullos se præsentasse, testis & locupletissimus Munsterus *in supra allegato lib. 5. cap. 413. &c.*

Quare mihi fit verisimile, Arcem istam proprium familiæ patrimonium fuisse, & inter feuda oblata, non data, nec reservativa, numerandum esse.

Syndicus Archiepiscopalis) qui articulos libelli plerosque omnes prætextu ignorantiæ facti alieni,

285. negat; sed contra in deductionalibus suam scientiam venditat, ac prodit; reipsa dicere vult, Dominos de familia Drachenfelts, Castrum illud non tenuisse in feudum, sed primo Dominum de Meilendunck, & quidem demum anno 1550. 12. Majii investitum esse, innuit, quod, quam non sit verum, ex dicendis apparebit.

Nam inprimis ex actis, & extractu divisionis sub n. 377. liquet & alias, ex pactis dotalibus, latius probari posset, Dominum Theodoricum de Meilendunck, viventibus adhuc duobus fratribus, tertiam partem; suo socero defuncto competentem, ex divisione accepisse: solo titulo dominii, der Herrlichkeit, seniori fratri Henrico, ex pacto speciali relicto. Quo, anno 1530. tertia Maji defuncto, ipsum Theodoricum in reliquas quotas successisse, dubium esse nequit, prout & arma stemmatis, ut proximior novissime defunctorum, hæres assumpsit, ac cum suis divaricavit, prout ubique ita visuntur.

286. Quod autem investitura per Syndicum allegata & sub n. 375. lit. L. ad acta data, non fuerit omnium prima, convincitur ex actis sub n. 376. quando idem Dominus aut certe parens ejusdem nominis, tanquam Vasallus ad causam feudalem decidendam Anno 1540. erga 8. Februarii, Bonnam ad Cancellariam evocatus, invenitur, in verbis, darum wir dich bey deinen Lehenpflichten, damit du uns verwandt, hiemit ernstlich erforderen, du wollest uff denselben gewißlichen Montag, und mahlstatt, bey uns oder bey unseren Hoffrichteren und anderen männeren unsers Stiffts, zu gleicher massen beschrieben, erscheinen (cum comminatione) dan du hast abzunehmen, wan du zu solchem gerichtlichen Montag nicht erscheinest, solte daraus bey den Mannen magel entstehen, und die Partheien an ihren Rechten verzuglich uffgehalten; das wird uns auch verursachen, dich, wie sich gebüirdt, in die mankosten erkleren und verdammen zu lassen &c. Poppelstorff am 20. Decembris, Anno 1540.

Quid vero mysterii lateat, quod Syndicus primam investituram ista citatione antiquiorem allegare

gare omiserit, mihique referenti, tum temporis Milendunckano ministro (uti Clarissimus Consultissimusque Licentiatus Kloutt, Archivo Præfectus non negabit) illam ac insuper etiam omnium primam postulanti renuerit, ego conjicere nescio, certe ista denegatio non tantum juribus, sed etiam oblationi Sereniss. Principis in Dieta Bonnensi factæ, obviat, quando per hoc, quod specialem offerendo, se à generali editione omnium excusare voluit, ut patet ex actis in Churf. erklärung. An. 1627. 16. Jun. sub. n. 373. lit. A. notata, sic habent verba oblationis.

Darzu sie dan umb so viel weniger ursachen gewesen, weil Jhro Churfürstl. Durchl. ihre nit zu wider sein lassen, wan einer oder ander Lehenman, in particulari zu seiner noeturfft und an solchen stücken, so er selbst nit hatte, abgehen mögte, solches bona fide aus dem Archivo folgen zu lassen, damit ermelte lehenleuth, aller billigkeit nach, sich contentiren lassen sollen, hactenus Sereniss. Princeps Elector.

Sed esto quicquid velit, certe sex illas investituras Dominis de Meilendunck factas, & ad acta sub n. 375. literis K. L. M. N. O. P. notatas, non ex gratia singulari, ut Syndicus d. art. 17. intelligi vult) processisse, inde conficitur, quod bona ista 20. vel 30. annis, ante ipsam Investituram supra allegata divisione teste, Milendunckiani possederint. Dicat itaque Syndicus, quæ potuerit esse gratia, si quis de proprio vel uxoris patrimonio allodiali, cum onere aperturæ investiatur? si Filius, Nepos, Pronepos: Patri, Avo, Proavo, Abavo succedat, vel idem à diversis sibi succedentibus Dominis secundo vel tertio investiatur?

Sed de ista licentia, quam sibi Cancellaria in concipiendis Investituris usurpat, supra satis quæsitum est, & ex Zasio & aliis doctum fuit, verba illa assentatoria complementi & gratiæ in feudis nihil operari, *Adde* Bald. *in l. Titia §. Lucius Titio ff. de legatis secundo & in l. si pater dotem C. de dotis promiss. n. 8. Idem* Bald. *in l. idemque §. cum quidam n. 1. ff. mandati.* 287.

De consuetudine dotandi filias (in quo puncto sub deductionali 18. sibi tantopere placet Syndicus) posset diversis exemplis satisfieri, si ad rem multum faceret; unde uno atque altero contentus transeo, &c. 288.

Wir Emund von Gymmenich und Robert gebrüdere, thuen kundt, daß wir gentzlich gesäst sein mit Henrissen dem Burggraffen zu Drachenfels, von all solcher forderung, so unser Vatter hatte, an den vorged. Burggraffen, als von wegen seiner Mutter, wegen die von Drachenfelß geboren was, und all solchen Heyraths pfenning als der mit globt was, geben &c. Catharinæ, Ann. 1362.

Aliud etiam hoc loco tacitus præterire non possum, quod feudum hoc Drachenfeltß, sub expresso pacto sit oblatum, ut Archiepiscopus Vasallum non tantum fideliter defendere; verum etiam dictam arcem de comeatu, & omnibus necessariis ante petitionem aperturæ, instruere teneatur, hac verborum serie:

Und nachdem besagtes Schloß Drachenfelß, unser und unser kirchen zu Cöllen verbundlich und offenhauß ist, als wir, unser nachkommen, und Stifft, die offnung alldar haben, ob es dan gefiel, daß wir desselben schloß und herrlichkeit wider unsere feind zu thun hätten, so mugen wir uns, unser freundt, die wir also darschicken werden, und alsdan daraus, und ein behelffen, und soll ged. N. N. und seine erben, uns und unser freund, die wir also schicken, zu dem schloß empfangen einlassen, wan, und so dick sie darum ersucht werden, auszuziehen, wieder einzukommen und uns zu behelffen, von demselben schloß und herrligkeit, zu aller unseren nöth, und feinden, des uns vor erwidderter N. und seine Erben nicht weigeren, sondern darzu mit der macht helffen, deren hilff wir Heuptherr sein, und ihren schaden steuren sollen, und dae wir und unser nachkommen die offnung zu unser noth und feind also zu thun hetten, und uns von dem obgedachtem schloß, als obstehet, behelffen wollen, so sollen wir zuvorn, das schloß mit proviandt und anderen nottürfftigen dingen bestellen, also das mehrged. N. und seine erben, deshalben gebrechs in vorß: burg kein schade, noch verhindernus geschehe. Wir sollen auch gemelten N. und seine Erben verschreibung thuen, wannehr der krieg, und sachen, warum sie uns zu der vorß: burg genohmen und zugelassen haben, gestilt, und nie dergeschlagen were, daß wir obged. N. und seine erben obged. schloß, alsdan von stundt, wieder überlieberen, und dannen trocken, und sie das friedlich besitzen lassen, als sie vorhin gethan haben, baussen ihren schaden und hindernuß &c. Wir und unsere nachkomling sollen auch den vorged. N. und seine erben, verthedigen, beschirmen, und innen zu ihren rechten, so dick des vonnöthen, beystendig sein, und dasselbig, was vorgewandt, nicht lassen, um das so geschehen ist, oder hernachmahls geschehen mag, sonder arge list. Dessen zu urkundt haben wir unseren siegel hierahn thun hangen, geben und belehnt. Similem formam refert Sand. *tit.* 1. *cap.* 1. *n.* 31. *pag.* 42.

In qua quidem investituræ forma, quædam singularia continentur, quæ certe illam per Syndicum Metropoliticum jactitatam gratiam vel clementiam non redolent. Sed hoc loco singulariter notandum in feudo reddibili, ein offen hauß, non deberi, præter aperturam alia servitia Rosental *cap.* 2. *concl.* 78. *n.* 4. *post* Tiber. Decian. *consil.* 58. *n.* 40. *& seqq. vol.* 2. quod singulariter possessoribus notandum.

Quo loco tamen è diverso notandum, quod, cum alias cæteri Vasali in tempore necessitatis, Dominum pro defensione, cum præsidio admittere teneantur, ita tamen, ut ipse Vasallus non ejiciatur; 289.

tur; attamen in hac investitura. Vasallus totam domum Domino relinquere, obligatur, quod est contra jura, quæ allegat Dn. Rosental. *cap.* 8. *concl.* 2. *n.* 7. *&* 8. *literis G. & H.* Bald. *in c.* 1. §. *quid ergo*, *n.* 3. *tit. de investitur. de re aliena facta* §. *in authentica*, *nunc si hæres*, *n.* 1. *C. de litigiosis.* Præpositus & Afflict. *d.* §. *quid ergo.*

Deinde indemnitas Vasalli sæpe promissa, nunquam servata & præstita est, nec unquam castrum de necessariis satis provisum creditur, quæ tamen provisio juxta pacta procedere, & præmitti deberet, quod jam nostra memoria bis contigisse, docent monimenta in Archivo Meilendunck asservata, & circa Funckium ejusque viduam ante 40. annos practicata, & nuper iterum repetita, quando ob defectum talium provisionum sæpe postulatarum, arx à Suecis occupata, & tandem ab ipso Principe diruta fuit.

Non enim tenentur Vasalli suis sumptibus arces munire & defendere, sed sufficit, si non confidant, se fore sufficientes, id Domino denunciare, ut is custodiam sufficientem mittat, ac etiam muniat, nam ad hoc non tenetur Vasallus, magis, quam quilibet de regno vel Republica, Afflict. *in d.* §. *quid ergo n.* 12. Cravetta *consil.* 933. *n.* 17. *& seq.*

291. Imo Dominus tunc tenetur gratis ad restitutionem & recuperationem amissi feudi. Mozzius *de naturalibus feudorum n.* 27. Cæpolla *de servitut. urbanor. præd. cap.* 39. *de solo seu area n.* 9. Capyc. *de investitura cap. feudorum custodia* §. *& si Dominus.* Rosenthal. *d. cap.* 8. *concl.* 2. *in fin. & cap.* 12. *n.* 116. *ubi dicit Dominum ad resarciendum damnum coram Paribus Curiæ compelli posse.*

Quamdiu vero sub Ernesto felicis recordationis, arx Drachenfels detenta, & quam ægre & sero restituta sit, apparet ex conceptis tunc temporis supplicationibus & Recessibus, alibi repertis, &, si opus fuerit, producendis.

Ut taceam de promissa defensione parum impleta, quando subditi Dominii Drachenfeltß, per expandationes & incarcerationes ad servitia & custodiam Castro Drachenfeltß, debitam, ad aliud & quidem peregrinum, quodque ab illo castro nullam dependentiam habet, trahi fuerint, quod jure constat, non posse. Guido Papæ *decisione* 9. *versic. nec enim*, *& post illum* Ferretus *in addition.* Berlichius *lib.* 2. *concl.* 64. *n.* 18.

Et, ne quis sequestrationem, vel potius violentam occupationem istius castri anno 1493. quasi aliquo juris colore factam, tacitis cogitationibus objiciat, in contrarium subsecutam pacificationem pro purgatione subinsero, quæ sic habet:

Wir Chorbischoff und Capitel der Thumbkirchen zu Cöllen, thuen kundt und bekennen, so als zwischen loblicher gedechtnus, weiland dem Hochwürdigsten, Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Servian Ertzbischoff zu Cöllen Churf. G. Gn. Thumbcapitul und Stiffts eins rc. und Johan von Drachenfeltß, seine Bruder, hülffere, und Helffershülffere, andertheils, vhede und unwillen des schloß Drachenfelts, und der Pfandtschafft des schloß und Ampts Walckenburg, eine zeithero geweßt, und sich gehalten haben, derhalben unser gstr. Herr sehligen, einen gütlichen Tag zu Cöllen in dero Prediger Closter, uff dero 11000. Junfferen abendt negst gelieten verfest, und gestimbt gehabt, und so dan G. Fürstl. Gn. in zeit des gutlichen tags, nahe dem willen des Allmechtigen Gottes, von diesem erdreich verschieden, und der tag der handlung nit fortgang genohmen, haben Graven, Edelman, Ritterschafft, und Stätte, freundt, umb weiter kost, schaden und unwillen zu verhüten, und mit obged. Johan geschlicht und vertragen, inmassen hernach beschrieben folgt rc. Sollen und wollen wir Thumcapitul Johannen Drachenfelts, binnen den negst zukommenden monat vor allen sein verlitten schaden geben, dausend bescheidene goltgl. die welche man unterstahn soll, unter den steden des Stiffts Cöllen uffzubringen, oder wie man die sonsten am besten uff oder beybringen mag, und sollen wir Johan von Drachenfelts, an stund zu dem schloß Drachenfeltß, und zu der Pfandschafft Wulckenburg kommen, und einsetzen lassen, uff huldung, aid, und globte, uns, einem Thumcapitul und nachmahls einem zukünfftigen Herrn und nachkommen darin zu thun, wie Johans sehl. Vatter vor und sein bruder hernach nahe gethan haben, und dessen sein gewohnliche Reversallbrieff zu geben. Item sollen wir mit sampt Edelman, Ritterschafft, und Stede freunde, des Ertzstiffts, an dem zukunfftigen Herrn allen fleiß ankehren, und beden, daß Henrich von Drachenfeltß, des Stiffts Cöllen wider gebrauchen, und zu gnaden genohmen möge werden. Item sollen wir zwischen diß, und erwehlung des zukünfftigen Herren, Henrichen von Drachenfelts geleidt geben, von allen den ihren wir ungefehrlich mugig und mechtig sein rc. Item hergegen soll Johan von Drachenfelts und seine zustende, alle gefangen, so sie noch gefenglich in ihren henden haben, anstandt, sonder entgeltnus, quit und ledig geben, und lassen. Item soll Johan verziehen uff alle ungehauen brandtschatz, außgescheiden all solche hernisch postulatus gulden, ihme vor diesem vertragen und entscheiden, von etzlichen zu geben und zu lieberen zugesagt sein sollen, und sonsten nit weiters und hiemit solle die vhede, so Johan von Drachenfelts bißhero mit seinen Hülfferen und Hülffershülfferen gegen den Stifft Cöllen gehabt und gefuhrt, gantz außgesonnet und geschlicht sein / und die tausend Goltgülden obged Johan bezalt und vergnögt, und er in das schloß Drachenfelts, und in das schloß Wulckenburg pfandtsgeweiß, nach laut der Hauptverschreibungen, wie vor, eingesatzt und zugelassen ist, soll alsdan Thumcapitul verschafften Johannen von Drachenfelts, und seinen zustenderen, ein gemein Sönbrieff gegeben soll werden, damit alsdan

diese unsere verschreibung thodt und machtloß und Johan vorß: wieder zu unsen, und unsers Thumcapituls henden stellen, und lieberen soll, sonder verzug, eintragt, und widerrede, alle argelist und gefehrde, hiehin gäntzlich ausgescheiden, und des zu urkundt der warheit, haben wir Churbischoff und Capitul unser kirchen siegel, gnt. ad causas, an diesen brieff gehangen. Gegeben in dem jahr unsers HErren 1508. uff sontag nahe der 11000. Junfferen Tag.

Hujus exempli originale, redditum fuit, uti probari potest per attestationem cujusdam Joannis Valentini Registratoris, sed extat adhuc sigillata commissio restituendæ utriusque arcis Drachenfelts und Wulckenburg, data Vincentio de Schwanenberg Equiti aurato, ac Curiæ Præfecto, ad quæstores Henricum de Wede & N. Meckenheim ejusdem datæ.

Ex quibus obiter notandum, quod quamvis utrumque dominium Drachenfelts & Wolckenburg, ab anno 1493. usque 1508. per Archiepiscopum, prætextu Nicolai à Drachenfelts, à fratre istius Joannis, Henrico, occisi, fuerit occupatum; nullum tamen id temporis inventum, qui ad ista dominia, præter fratres dicti Henrici, quicquam prætenderet, qui tamen fratres à tali facto alieni fuerunt, Iste vero Henricus innuptus sine liberis, Anno demum 1530. initio Maji, teste sepultura in Heisterbach, defunctus est.

Quia vero juris est certissimi, ob simplex, in rixa commissum homicidium [maxime ubi subest justa proprii corporis defensio] Vasallum non potuisse feudo privari, nec publicatione bonorum puniri, per *authenticam*, *Bona damnatorum C. de bon. damnat. sublat.* Rosent. c. 10. *concl. 36. in princ.* qualis dici possit gratia, quod prætextu unius, de sex fratribus homicidii, omnes liberi sedecim annorum fructibus suorum bonorum sint privati, sed insuper nihilominus iste Reus contra solennem transactionem 1600. aureis sit mulctatus, judicet æquus arbiter.

Unde Joanni à Drachenfelts, reliquisque fratribus applicandum venit, quod dicit textus feudalis *in c. 1. §. si vero de milite Vasallo qui contumax est &c.* quod juste potuerint Dominum Archiepiscopum, propter occupatum 16. annis castrum Drachenfelts, deprædari, *prout* Bald. Præpos. Laudens. &c. Schenck *in d. §. si vero & plures à* Dn Rosental. c. 10. *concl. 26. gl. rr. allegati*, illum textum intellexerunt, quasi consuetudo istam potestatem dederit, in casum quo læsus justitiam nullo modo consequi potuerit. Offensus enim Vasallus à jure Vasallagii eximitur Domini offendentis & ad superiorem defertur: Laurent. Sylvan. *de recognit. quæst. 32. n. 2. 3.* Rosent. cap. 11. *concl. 21. gl. a.*

Deinde benevoli lectoris judicio relinquetur, an supra allegata verba Johan von Drachenfelts anstund zu dem schloß Drachenfelts, und zu der pfandtschafft des schloß Wulckenburg kommen und ensetzen lassen, uff huldung, aide und globt, uns, einem Thumbcapitul, und naemahls eines zukunfftigen Herrn, seinen Nachkommen darvon zu thuen, wie Johans sehliger Vatter vor und sein bruder Henrich nahe gethan haben, und deß sein gewonliche Reversal brief zu geben &c. possint aliter quam de feudali qualitate intelligi, præsertim, quando Theodoricus de Meilendunck etiam Anno 1520. superstite supra memorato Henrico Affine suo, ad servitia militaria conscriptus reperiatur ab Hermanno Archiepiscopo Colon Principe Electore, hac serie.

Lieber getreuer, wiewol wir dich jüngst in unser vhede beschreiben lassen, so bist du doch außblieben, auch nicht geschickt. Nun fordert unser notturfft zu unser und unsers Stiffts hefftig anleigen ein mercklich gezeug zu haben, begehren darum dich ernstlich erforderend, du wollest uff montag nach des heiligen creutz exaltationis abend, uffs starcks dich werben mags, in harnisch gerust, nochmal in unser furderung zum Bruell erscheinen, uff unser selbst, persohn, und bescheidt zu warten und nit ausbleiben, das wollen wir uns zu dir nachmals gentzlich verlassen, und gnedig erkennen. Geben zu Poppelsdorff, am sontag nach Egidii, An. 1520. unserem lieben getreuen Diederich von Meilendunck.

Concludendo itaque si verum est id, quod Syndicus innuere velle videtur, Drachenfeltß omnium primo sub Domino Theodorico de Meilendunck ex allodiali feudum factum, quis credat ea intentione fuisse offerentem, quod filias ex senatas, à Domino excludi voluerit? sed de his supra plus satis, nam hoc loco de filiarum successione sola est quæstio.

Maxime cum hactenus prius quam moderna Cancellaria fontem hunc, hucusque limpidum, singulari consilio turbasset, nulli Diœcesano in mentem venit, futurum, ut curvus baculus, se in hastam erigeret, & fœminas cum colo ab adytis feudorum arceret, ut innuit Mat. Paulus Wchenerus *in suis observatis lit. K. in verbo* Krumbstabs, ex Marnero vetere Poëta, ewer Krumbstab ist gewachsen zum langen Speer.

Nam adeo etiam apud exteros divulgatum est, Coloniensia feuda esse promiscua, quod Gelrienses; fœminas ad feuda, Coloniensi Juri inscripta, procul omni dubio admittant, prout non tantum Sande *supra citato §. 7. attestatus est*; verum etiam in hisce actis, per investituram cujusdam areæ, olim domus, sub intersigno Gelriæ, Novesii designatæ n. 387. ad acta registratam, comprobatur, quæ sic sonat. 293. Hauß Geller in Nuß.

Wir Carll von Gottes Gnaden, Hertzog zu Geller und von Gülich &c. vor unsen Secretario kommen ist, Elisabeth von Weveleghoven witwe, sehligen Johan von Reuschenberg, und hefft ubermitz ihren geboren manbar und sohn Conradt von Reuschenberg, von unsen Secretario vorgnant

in

in statt von uns, urkundt derselben unser nachbeschriebener mannen, tot lehen empfangen, ein hauß binnen der statt Neuß, beneben den minren bruderen gelegen, Gelrer geheischen, so wie ihro desselbe von ihrem Bruder sehlig, Steffan Fell von Wifflighoven, ahngestorben, und von uns tot Collnischen rechten, tot lehen ruren ist, und hierab Conradt, von wegen seiner Mutter vorß: huldende aidt gethaen, und alles was ein mann von lehen, seinem Lehenherrn schuldig ist, und was zu thuen, dergleichen man uns, unseren erben und nachkomlingen allezeit thuen soll 2c. Anno 1535. 17. Junii.

294. Odenkirchen. Alteram columnam Archiepiscopatus Odenkirchen, uti feudum Coloniense, per manus diversarum familiarum, Humen, Nagel, Flodorff, priusquam ad modernum Boetzler pervenit, confiteri invitus Syndicus, in suis deductionalibus coactus est articulo 35 & seqq.

Et, licet per fœminas transmissiones istas factas esse, expresse fateri non velit; tamen quia ipse aliam transeundi viam, ne nominare quidem ausus est, cum tamen XI. articulis deductionalibus, sententiam suam, quam in responsionibus repressit, manifestavit, & tamen evidentia facti permanentis jam constat, illud feudum, ob defectum masculæ prolis, ad Dominum Archiepiscopum nunquam reversum, illive apertum fuisse. Consequens est, feudum illud Juris feudalis scripti generalissimis rigidisque regulis non subjacere, nec ab aliis sui similibus differre.

Interea, quam male sibi constet Syndicus, notari potest; quando in articulo d. 35. acquisitionem illius feudi Archiepiscopo Philippo: in 37. vero, eam Frederico à Sarwerden, sub anno 1398. adscribit, cum tamen duo tantum ejusdem nominis Philippi extiterint, quorum alter ducentis annis Fredericum præcesserit: alter centum circiter annis eundem subsecutus est, ad Chronologos, Chronicon Coloniense Catalogum Kratepolii me referendo. Quod, quamvis folio 177. p. 2 istum Philippum in immobilibus bonis emendis 407000. marcas argenti impendisse referat: tamen feudorum nullam facit mentionem; Sic Syndico probandi onus incumbit, & ante probationem illam impletam, non audiendus.

Quod si Archiepiscopus juxta designationem sub n. 20. ad acta datam, specificata documenta exhibuisset, res procul dubio fuisset detecta; Sed nihilominus, ut affectatæ extremo tenebræ discutiantur, Inprimis nullum est dubium, domum ac locum singularis familiæ Odenkirchen, nomen dedisse, quæ anno 1179. in publico ac undecimo Hastiludio, nomen suum celebre, teste Munstero, reddidit.

Unde & ipse Syndicus Archiepiscopalis in 37. deductionali primam investituram Gerhardo von Odenkirchen, Anno 1398. [nempe post 207. annos post mortem Philippi ab Heinßberg, tribuit, cui Arnoldus Humen, istius Gerhardi successor & gener, & quidem absque ullius gratiæ memoria, successit, testis sit copia hoc loco sub data 1441. inserta, adjunctis duarum aliarum investiturarum extractibus, ex quibus patet, Odenkirchen, Humen, Nagel, & Flodorff, esse parentes & majores moderni possessoris Boetzlar per successionem fœmineam.

Wir Diederich von Gottes Gnaden, der heiligen Kirchen zu Cöllen Ertzbischoff, des heiligen Römischen Reichs in Italien, Ertzcantzler, Hertzog von Westphalen, und von Engeren 2c. thuen kundt, dat wir Arnoldt von Hoemen Burggraffen zu Odenkirchen, lieven getrewen ihm belehnt haven, von dem schloß, freyheit, und herrlichkeit zu Odenkirchen, dat von uns und unser kirchen zu Liene gheit, darop uns Arnoldt seine hulde und aidt gethan hat, beheltlich uns, und unsen naekomlingen, und gestifft, unser offennungen daeran, offt gefiel, dat wir des vurß: schloß und freiheit wider unser standt zu thuen betten, dat wir, offt unse freunde, wir da erschicken wurden, alsdan uns darauß: und in behelffen mögen, so duck uns und dessen gestifft des not wer, deß uns Arnoldt und seine erven nit weigeren sollen, und wanne wir es also zu thun hatten, sollen wir dat zuvorn mit profanden, geschütz, vestigheit, und aller ander notturfft bestellen, wir offt unse naekomlingen, und gestifft, sullen auch vor gut versicherunge thuen, so was schaden Arnoldt, off die seine daervon kregen, opzurichten, und zu bezahlen, und so bald die wieder gescheiden off niedergelagt were, alsdan sollen wir, off die jene wir daergeschickt hetten, von stund aus dem schloß ziehen, und sie das fredlich besitzen lassen, als vor bauffen ihren hinder, Wir und unse naekomlinge sullen auch Arnoldt off seine erven, hier und zufor der verdadigen, beschirmen, und beystendig sein, zu ihren rechten, so dick ihn das noht wer, und das vurß nit zu lassen, und dat geschiet ist off erdacht mag werden / zu urkund haven wir unse siegel herahn thuen hangen, Gegeven in unser statt Neuß up Saderstag na S. Laurentius dage. In den jahren uns HErren duissendt vierhondert ein und viertzig.

Alterius Investituræ tenor sic extrahitur, Wir Herman von Gottes Gnaden 2c. thuen kundt, als das schloß freyheit und herrlichkeit Odenkirchen, unser und unser kirchen zu Cöllen verbundtlich und offenhauß ist, und von uns zu lehen gehet, so han wir unsen lieben getrewen Henrich Nagel, Burggraven zu Odenkirchen, und seine erben, mit denselben auß Gnad belehent, und darauff sein hulde, und eide empfangen in aller massen, wilne Arnold von Hummen Burggraff zu Odenkirchen, und seine voreltern / [Nota] von unser vorfahren, und uns, und unserem Stift zu lehen empfangen und getragen haben 2c. An. 1531.

Tertio &c. Wir Salentein 2c. so haben wir unseren lieben getrewen Florissen von Boetzlar Burggraffen zu Odenkirchen, und sein erben, mit dem schloß, freyheit und herrlichkeit, aus gnad belehent

lehnt ꝛc. in aller massen als etwan Wilhelm von Flodorff sein **Schwegerheer** (Nota, Syndice, causam successionis fœmineæ) **und dessen voreltern**/ (nempe Flodorff, Nagel, Humen, Odenkirchen) auch Burggraven zu Odenkirchen von unseren vorfahren und Stifft zu lehen empfangen und getragen hat ꝛc. Anno 1572.

Unde frustra urget Syndicus posteriorum investiturarum Gratiæ affectatas clausulas, quod alibi monitum est, Investituras posteriores aliter à prima sonantes, per errorem, vel impressionem factas, censeri Henr. Rosental. *cap. 6 concl. 69. n. 14. & 16.*

Sed interim diligenter notandum venit, qua fide Syndicus in 37. deductionali ausus fuerit, domum, cum omnibus appertinentiis ad feudum pertinere, asseverare, cum tamen nullæ sint appertinentiæ nominatæ, nisi domus, Freyheit und Herrlichkeit, Videat Syndicus igitur, unde scriba illa hauserit verba illa, sampt allen ihren rechten und zubehoerungen, quæ in prima non inveniuntur?

Deinde porro notandum, in multis Investituris inveniri clausulas alias adjici solitas, solch lehen zu verdienen und zu vermannen, sed tota obligatio circa aperturam vel redditionem domus occupatur, atque sic opinio Dn. Rosentalii confirmatur, *quod feudo reddibili nullum aliud servitium incumbat, quam redditio* die offnung *cap. 2. concl. 78. n. 4.*

Nec juvat quicquam Syndicum, quod primam Investituram pro hæredibus feudi corporalibus das solche seine leiblehens erben alle weg nach ihm empfangen sollen, datam dicat, quod ipsum nihilominus, donec literæ proferantur, acceptatur, quia rei, de qua agitur, maxime conveniens est, sub corporalibus feudi hæredibus, intelligi, tam masculos, quam fœminas ex corpore primi acquirentis prognatos, quicquid nonnulli dissentiant, cum tam mulieres, quam viri corporaliter nascantur, non imaginative vel artificialiter, ad differentiam, tam extraneorum, quam collateralium, ut supra sub tertio Archiepiscopali fundamento late probatum ac etiam alibi dictum fuit, cui consentit Andreas Knichen *de vestiturarum pastion. p. 1 c. 3. n. 112.* & Ernest. Cothm. *consil polemico 1. n. 149. &c.*

Nam cum familia Hœmen, quæ à perantiquo castro, ad orientalem Mosæ ripam, non procul à Gravia inter Moeck & Kuich, in Geldria sita, nomen derivavit, sit satis ampla, & in multas prosapias diffusa, prout ex ea alia materna, Domini Efferen, Domini de Stolberg, nec non ultimus defunctus Dominus de Meilendunck ex ipsa domo originem trahit: non poterit negare Syndicus, translationem per successionem fœmineam contigisse, quandoquidem constet, & ex vitreis fenestris tam in Curia Meilendunck Coloniæ, quam in ipso castro evidenter appareat, tam familiam Hœmen, quam, Flodorff, inter quatuor avita insignia exhiberi, nempe Meilendunck, Scheiffart, Flodorff, Hoemen duarum enim filiarum Arnoldi Humen uti hæredum domus Odenkirchen altera nupsit Nagel: altera & quidem major natu Milendunck, qui affines hæreditatem diviserunt, de qua divisione instrumenta adhuc extant, non sine vestigiis pœnitentiæ, quod major natu minori in divisione castrum cesserit.

Præterea, cum in omnibus & singulis investituris plures & diversæ intercurrere gratiæ, possint; nihil ad rem facit allegatio Gratiæ in genere nisi etiam in specie gratiam in puncto, de quo, hoc loco, quæstio est, unice radicatam esse, demonstretur, alias à separatis perperam inferretur consequentia.

Quia autem inter Burggraviatus hujus Archiepiscopatus numeratur Alpen, convenienter Investitura antiqua & fœminea hoc loco inseri potest Copia Infeudationis dominii Honnepel ex actis Alpensibus Bronckhorst contra Newenar & Alpen & Honnepel.

Nos Wilhelmus Dei gratia, Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ, Archiepiscopus Sacri imperii per Italiam Archicancellarius, notum facimus universis. Quod, cum nuper defuncto quondam Frederico de Honnepel, milite fideli nostro, castrum ipsius Honnepel à nobis & Ecclesia nostra Coloniensi, jure seu titulo feudali dependens, fuerit ad Beatricem de Honnepel, uxorem Henrici de Alpen, sororem dicti quondam Frederici, tanquam ad ipsius proximiorem hæredem, juxta continentiam literarum, per quondam Dn. Walramum Archiepiscopum Colon. prædecessorem nostrum recolendæ memoriæ, suæ & Capituli nostri Coloniensis sigillis sigillatarum, super hoc dicto quondam Frederico & ejus hæredibus traditarum, ipsaque Beatrix nobis humiliter & instanter supplicari fecerit, ut non obstante jure suo hæreditario, castri prædicti, ipsam tanquam proximiorem hæredem, ex obitu quondam Frederici fratris sui devoluto, ut præfertur, & cui ad usus Arnoldi de Alpen filii sui, deliberato animo, sponte & benevole cedere & renunciare decrevit, præfatum Arnoldum, ejus filium de antedicto castro, tanquam proximiorem hæredem, infeudare dignaremur.

Nos igitur gratiose annuentes precibus dictæ Beatricis, & considerantes grata servitia, nobis & Ecclesiæ nostræ, per dictum Arnoldum successio temporis, utiliter impendenda, ipsum de dicto castro Honnepel, cum allodio & proprietate ipsius prout à nobis & Ecclesia nostra titulo feudali dependet; præstita nobis per ipsum prius fidelitate, & homagii juramento, infeudamus; & illud sibi in feudo concessimus & concedimus per præsentes. Salvo nobis & Ecclesiæ nostræ, jure nostro, & unicuique alteri jure suo. In quorum testimonium, sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum & actum Brule, præsentibus Ludovico Domino de Randeraedt, consanguineo & consiliario & Joanne dicto Pief de Hairckeim Armigero fidelibus nostris anno 1357. ipso die Beatæ Agnetis.

296. Schwep-penberg. Quamvis Schweppenberg feudum, supra, incidenter, occasione exemplorum, in quibus juramenta fidelitatis in animas mulierum præstita sunt, attigerimus, tamen, quia Syndicus hoc feudum, per diversa, eaque absurda diverticula elabi conatur, plenius illud prosequendum videtur.

Itaque feudum hoc, ex certa ejusdem nominis familia, ad Schmidtberg, Kolb & Metternich, per successiones fœmineas transiisse, nemini investituras sub n. 78 79. & 80. ad acta exhibitas inspicienti, dubium esse potest; & ipse Syndicus in 66. & seqq. deductionalibus non potuit ire inficias, sed pleraque confessus est.

297. Quibus tamen clausulæ per Syndicum deductionali 67. adductæ, daß er solch Lehen bewohnen, ewig feur und flam darauff halten, dem Ertzbischoff und Ertzstifft gehorsam sein, mit dem harnisch dienen soll, non reperiuntur, sicque alleganti Syndico, fidem derogant.

Quia vero in istis investituris porro aliud feudum Castrense & Burggraviatus in Reineck, item jus Patronatus, ac decimæ Lutzenich, quæ alius quidam Joannes Hondig habuit, adjiciuntur. Hinc consuetudo transferendi feudi in diversas familias, sine ulla gratiæ memoria, & agnationis respectu seposito, confirmatur.

Confitetur itaque Syndicus deductionali 66. in fine Nicolaum Schmidberg Anno 1457. à Theodorico Archiepiscopo & articulo 68. Godhardum Kolb Anno 1482. fuisse investitos, sed ad extenuandam investituram, in qua juramentum fidelitatis in animam puellæ præstitum perhibetur, dicit filiæ mentionem, per errorem, notorium, factam, & pro excusatione, Archivi pro Hollandos factum spolium iterum, allegare non erubuit, quasi memoria tam notoriæ consuetudinis, imo & totius juris feudalis scripti, in quo Archiepiscopus se fundare nititur, in eandem captivitatem ducta sit.

Unde patet, ad quam absurda diffugia redigantur, qui Principem, alias, sua indole, non tam inclementem, ad rigoris apices & præcipitii periculum traxerunt.

Ejusdem etiam farinæ est, quod deductionali 74. ad primas investituras cujusque feudi provocat Syndicus, ubi ipse non tantum nullas, quas pro se allegat, adducit; verum etiam Vasallis ipsas ex archivo petentibus expresse denegat.

Deinde simili vanitati subjacet, quod idem Syndicus deductionali 76. generalem allegat regulam quasi Dominus feudum sua primæva natura masculinum, in præjudicium Agnatorum ad fœminas extendere non posset Non enim est dubium; id Dominum in suum præjudicium posse. Hieron.
298. Mangonus *decis.* 14. *n.* 23. *& seq. & n.* 40. *Zasius par.* 3. *de feudis n.* 4.

Quasi vero ista exceptio non esset de Jure tertii, ac Agnatorum, qui de hoc puncto nulli diem dixerunt; & quasi non sit petitio principii, ponere pro medio concludendi, hoc ipsum, quod in quæstionem venit, nempe omnia feuda hujus Diœcesis esse masculina; omnes investituras in contrarium factas, esse meras gratias, Jus Domini esse reservatum; Investituras esse erroneas &c. Bonum dormitasse Homerum; Archiepiscopum non posse præjudicare Capitulo, nec consuetudinem admittendo, nec de ea attestando & denique investituras sese referre ad superiores, de quibus nihil constat &c. ista enim plerumque sunt Aphorismata, qua omnia vulnera Syndicus Archiepiscopalis curare conatur, contra textum in *cap.* 2. *x. de feudis.* Frederic. a Sande *tit.* 30. *c.* 1. § 7. *n.* 78. *pag.* 165. & 166.

299. Vettelhoven. Non meliora sunt præsidia, quibus Syndicus suos Dominos, in feudo Vettelhoven propugnat, dum contra facti evidentiam negare non audet, feuda illa, numero, ac natura locoque diversa, ab eodem olim fonte manantia, inter tot familias, Kolb, Schmidtberg, Metternich, Weiß, successionibus fœmineis partita, imo & domum ipsam pro diversis familiis divisam: tamen conspiciendum requirit, ut in negotio tam antiquo, & ante secula cœpto, tales successiones in vim consuetudinis esse admissas, probetur, ubi ipse e contrario singulares suas gratias, quas ubique somniat, non recte probavit.

Præterquam enim, quod omnia plerumque feuda in meritis vel gratia aliqua se fundant, ut supra ex Dd. deductum est, si singulæ investituræ inspeciantur, nulla in iis solida & specialis gratia deprehendi potest.

Non in prima sub n. 110. quia illa simul comprehendit, in parte pupillos, & minorennes, quorum nulla possunt præsupponi merita:

Non in secunda sub. n. 111. quæ est ejusdem anni & diei cum superiore, sed alterius personæ ac familiæ, quia radicatur in meritis in futurum præsumptis, in quibus non est determinata veritas
300. *l. ventre ff. de acquir. hæreditate. l. quibona §. cum inter ff. de damno in facto l. si putator. ff. ad l. aquiliam.* D. Thomas Aquinas *c.* 1. *p.* 4. 14. *art.* 19. *lib.* 1. *contra gentes.*

Non in tertia, sub n. 112. quæ est sequentis anni, quia ibi filius succedit patri, quæ successio sub gratiam non cadit, & tamen reperitur præfatio gratiæ meritorum in futurum speratorum, umb sonderlich getreuen diensten willen, wie wir veracht en, zu unseren lieben getreuen Claesen von Schmidberg &c. Item vor sich und seine Miterben &c. non distinguendo, cujus sexus vel meriti &c.

Non in quarta & quinta, numeris 113. & 114. quæ ista clausula carent, prout non etiam in sexta sub

sub n. 115. quæ familia de Weiß (quæ in Hastiludio 16. 24. 27. & 28. celebris fuisse, deprehenditur) de certis partibus feudorum Kolbiorum, sine ullo respectu agnationis, ad divisionem admittitur, aut divisio jam dudum facta confirmatur, quod certe sine dubio fieri non potuisset, nisi Archiepiscopus, ejusque Consiliarii, pro indubitato præsuppoluissent, feuda Coloniensia, ex notoria consuetudine esse promiscua.

Interea acceptatur ex art. 94. quod Syndicus confiteatur formam feudi Castrensis (ex qua forma differentia feudi Castrensis ab aliis deprehenditur, & ad certa servitia restringitur) quod est argumentum, talia Feuda ad quoscunque successores, & ad sequiorem sexum, qui illa potest implere, transmitti: ibi, daß bemelter Johan Kolb bey solcher belehnung neben gebuirender Lehenpflicht, auch versprochen und zugesagt, daß er das Burglehen beuwig halten, bewohnen, feur und flam darauff halten, als Burgmans recht und gewohnheit ist &c. *textus est in c.* 104. *casus in quibus fil. in poss. feud. &c.* 301.

Deinde notandum, quod in omnibus supra inductis investituris nunquam reperiatur clausula in art. 95. jactitata, cum tamen tres priores sub num. 110. 111. 112. illa de Anno 1473. quam Syndicus adducit; sint antiquiores.

Sed meminisse debuit Syndicus eorum, quæ dixerat deductionali 77. quod ex primordio tituli, posterior formatur eventus & feudi natura, nunquam mutari censetur, nisi id expresse actum sit, & ex certa scientia. Et sicut in præcedenti art. 76. dixit, Dominum non posse mutare feudum masculinum, in præjudicium Agnatorum; dicat nunc vice versa, an feudum promiscuum, jam inter plures cognatos diversarum familiarum divisum, & possessum; possit, invitis illis, cognatis, ab eodem Domino, in personam particularis occupatoris, absque expressa conventione, in præjudicium aliorum Vasallorum, in rectum & masculinum mutari? Huc facit, quod Hieron. Magonius *d. decis.* 14. *n.* 42. *& seq.* dicit, feudum sub eadem forma & conditione datum, qua prior ille habuit, non censetur concessum, quando in posteriore adest nova qualitas & de diversitate apparet &c. ubi allegat Calderin. *consil.* 11. *Item* Alexand. Decium, & *alios.* 302.

Sed salva res est, & utrumque verum esse potest, si præsupponamus id, quod supra astruximus, hodie feuda recta & masculina, non ex eo dici atque vocari, quod ad soli mares, exclusis fœminis, vocentur, sed tantum ex eo, quod primæva natura Feudis, illud nomen imposuerit, quod omnibus etiam impropriis & fœmininis feudis post mutationem remanserit. 303.

Hodie enim, ut recte expressit Christophorus Besoldus *in suo thesauro practico sub lit.* E. §. 35. Erbmanlehen a feudis hæreditariis, ac rechten Lehen, non aliter differunt, quam, quod semper debeat per masculum recognosci, fidelitas jurari, & servitia præstari, etiam ubi fœmina in eo succedit, forte per maritum, filium, aut alium &c. Rosenthal. *cap.* 12. *concl.* 14. *n.* 8. cum cæteroqui fœminea Vasalla, iis casibus, quibus feudorum capax habetur, regulariter ipsam recognitionem tacere queat. *Item* Rosenthal. *c.* 6 *concl.* 31. *n.* 6. de quo est notabile exemplum in Centuria secunda n. 96. Ubi quædam Catharina Reimbach in propria persona, ob sperata ipsius servitia immediate investitur. 304.

Unde etiam quam frigidum sit argumentum, quod in deductionali 97. cum variarum familiarum successionem negare non potuit, ad illam anchoram, quasi ipsæ fœminæ in specie, in sua persona non inveniuntur investitæ, confugere cogitur Syndicus, omnibus est obvium: quasi vero hoc loco de forma investituræ magis, quam de effectu successionis & translationis feudorum, mediantibus fœminis, moveatur controversia? Nec etiam juxta 66. deductionalem, Syndico, hoc loco, sufficit, quod præter successionem, varii possint esse modi translationis Feudorum, in alias familias, citra tamen alterationem qualitatis feudalis, sit disputatio: a potentia enim ad habitum non procedit argumentum.

Quia vero successio est naturalis, & communissimus & inevitabilis modus, reliqui vero, cessionis, venditionis, cæterique sunt facti specialis, qui non præsumuntur, vel creduntur, nisi in specie probentur: Syndico incumbit specialem aliquem modum, quo feuda in alienis familiis inventa, præter viam successionis transierint, probare: Quilibet enim fundamentum suæ intentionis, & tam Reus, quam Actor probare compellitur, *l. actor C. de probat.* Cum enim cuilibet Vasallo constitutum sit, semel mori (*Pauli ad Hebræos* 9. *v.* 27.) si post mortem non reperiatur Dominus feudi in possessione, potius successione, quam singulari titulo, res apud tertium esse, præsumatur. 305.

Accedant duæ investituræ Emundi Metternich, sub n. 167. & 168 quibus ille de dimidia domo, & octava parte jurisdictionis ex Retractu a Cognato Kolb facto investitur, quo loco, & retractus, & tam crebræ divisiones, satis arguunt naturam feudi non esse recti & masculini, ad quam tot stirpes sunt admissæ; idque ex evidentia facti permanentis notorie apparet.

Quod de officiis hæreditariis, von den Erbembter, Erbmarschalck, Erbschenck, Erbkamer, Erbhoffmeister, a Syndico in deductionali 100. & seq. adfertur, tam in jure est erroneum, quam in facto minime probatum. Erbembter.

Nam hodie etiam mulieres, feudorum dignitatem annexam habentium, capaces esse in propatulo est, alias remittitur Syndicus ad Anglos, qui Elisabetham, non tantum reginam agnoverunt, ve-

rum etiam Papissam, vel, ut illi dicere malunt, Caput Ecclesiæ Anglicanæ esse, sustinuerunt, & inter articulos fidei credi voluerunt, uti ex tractatu Sanderi, de origine schismatis Anglicani constat.

Hoc in universum dici potest, ex quatuor officiatis, qui in Chronico Coloniensi fol. 149. pro gloria Archiepiscopatus appinguntur, Lulstorff, Gusten, Goestorff, Newenahr, nullum in officio hodie successisse, cum tamen familia Lulstorff adhuc duret, nec tamen ullum ex illis Ecclesiæ esse apertum, nisi fortassis Newenahr, idque per feloniam, ut mox dicetur, de quo tamen sub Judice lis est.

Cæterum, ex actis litis Alpensis, quæ inter Comites de Bronckhorst & Newenahr, nunc Benthem vertitur, illud ex quadam Chronologia patet, quod An 1181. quidam Gerhardus Eppendorff, Advocatus Coloniensis sit dictus, & ab imperatore Frederico reputatus, An vero 1312. officium illud apud Rutgerum von Goestorff, sub titulo nobilis Advocati, Edel Vogt von Cölln fuerit, quod per quendam Gompertum ad Newennahr transierit &c.

Ne vero nimium sibi fidat, in hoc Syndicus remittitur ad supra citatum Christ. Besoldi *thesaur. practicum litera E.* Erbempter §. 26. ubi ostendit, ne quidem officia hæreditaria in aurea Caroli Quarti Bulla, certis familiis ita esse constituta, ut non etiam subinde, ad alias familias transierint, ut vice Camerariatus a familia Valckenstein ad domum hohen Zollneren: Erbdruchses a Nortenberg ad Seldeneck, nunc Walpurg, Druchseß transitum fecerit.

Quo loco importunum non erit animadvertere, officia ista hæreditaria: non à principibus viris: sed ab ipso Cæsare fluxisse, neque necessario feudalia esse, quibus est in more positum dum Comi-
308. tatum in Ducatum erigunt, officiatos quatuor pro gloria status ex Nobilioribus assignare & nominare, quemadmodum gestum est, quando Comitatus Juliacensis in Marchionatum fuit sublimatus, Diploma, quod apud Camerarium Juliacensem adservatur, hanc habet periodum.

309 Wilhelmus Comes Juliacensis creatur in Marchionem Juliacensem, Anno 1336. a Ludovico Quarto, Romanorum Imperatore, his verbis &c. Sane cum illustris Wilhelmus &c. qui cujusque progenitores hactenus usi sunt titulo honoris Comitis Juliacensis, & qui ex multis suis progenitoribus & cognatis de regali stirpe, & Principum sanguine processerit, notum esse volumus. Eum in signum sui principatus, hoc officio honorantes, & prærogativa specialis honoris, omnibus aliis nostris & Imperii Principibus præferentes, ut videlicet cum nos & successores nostros, ad Imperii Principes ac fideles alios, pro quacunque Imperii necessitate & utilitate duxerimus convocandos, seu cum pro exercendis actibus solennibus puta, infeudatione Principum vel eorum creatione, indumentis Regalibus & Imperialibus indui nos contingat, cumque successores Imperii in Oppido Aquisgranensi, in Civitate Mediolanensi, & in urbe Roma coronari debebunt; ipse vel sui hæredes, Regiæ vel Imperiali Majestati adsistere, & Sceptrum Regale vel Imperiale, pro Augustatis culminis obsequio portare; & tenere debeant &c. Ordinantur præterea Officiati hæreditarii, videlicet Strenui viri Theodoricus Schinman de Aldenhoven, pro Dapifero, Nicon de Birgel, pro Marscalco. Henricus primogenitus Henrici Pincernæ de Frotzheim, pro Pincerna, & Gerhardus de Pomerio pro Camerario. Datur quoque potestas vendendi monetam &c. Nemus etiam deß Reichßwaldt, dictum assignatur, quod incipit apud Monasterium S. Cornelii, & protenditur usque ad Castrum Moniou, cum omni jure, libertate, & honore, quibus alii Marchiones S. Imperii Principes, quicunque usi sunt hactenus, datum in Castris prope Landaw, feria 4. post assumpt. B. Mariæ Anno 1336. reg. 22. Imper.

Johannes Rex Bohemiæ & Luxenburg Comes confirmat sublimationem & Creationem illustris Domini Wilhelmi Juliacensis consanguinei sui, in Principem & Marchionem Juliacensem, nec non alias gratias & libertates, Datum Franckfort in vigilia palmarum Anno 1339.

Henricus Sanctæ Moguntinensis sedis Archiepiscopus S. Imperii per Germaniam Archicancellarius, consentit in eandem sublimationem, Datum Franckfurt in die B. Gregorii Anno 1339.

Baldewinus S. Trevirensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Imperii, per Galliam Archi-Cancellarius confirmat sub dato eodem, vocatque Wilhelmum suum consanguineum.

Rudolphus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ S. R. Imperii Archidapifer confirmat, sub dato Franckfort feria 2. proxima, qua cantatur Judica 1339.

Ludovicus Brandenburgensis, & Lusatiæ Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Sacri Romani Imperii Archicancellarius, confirmat sub dato Franckfort in die Gregorii Papæ Anno 1339.

309. Rudolphus Dux Saxoniæ, Angariæ Westphaliæ, Comes in Brand. Burggravius in Magdenburg ꝛc. S. Romani Imperii Archimarscalcus, confirmat eodem die, loco, & anno.

Sic Ducatus Gelriæ habet in primo ordine quatuor Barones, Brunckhorstium, Bergensem, Barrensem, Wissium, qui non videntur necessario dari beneficio feudi, sed competere jure hæreditario, vel a superiore, vel ab ipso Statu & Ordinibus patriæ. Sande *in tractatu præliminari qui cap. 3 n. 12 pag. 13. & in Geldriæ descriptione pag.* 457. in sæpe citatis commentariis Gelricis recenset, primos hæreditarios officiatos constitutos cum prædiis titulo feudi concessis, inter quos primum locum occupat Jacobus de Myr-

Myrlar (cujus familia adhuc in illustri familia Meilendunckiorum continuatur & durat) secundum Eberhardus Wispe, tertium Wilhelmus Bruckhausen, quartum Theodorus de Linden tenet. Hodie vero primum locum obtinet familia Ladiorum, secundum Budsberiorum, tertium Gentionum &c. Sand. *d. tract. 2. c. 2. n. 15. & seqq.*

In monumentis & fundationibus Monasterii Canonicorum Regularium Novesiensium nominantur sub Anno 1190. quatuor officiati hæreditaria solis nominibus propriis, nullis cognominibus honorari, Henricus Dapifer, Adam Pincerna, Otto Camerarius & Pelegrinus Marschalcus, sed non multo post, nempe anno 1223. in alio documento citantur inter testes, Hermannus de Aluetere, & Tiricus Dapifer de Munckhaussen, e quo loco patet Alffter, fuisse singularem istius nominis stirpem, & officium Dapiferi fuisse apud familiam Munckhaussen, & postmodum ad varias familias transmigrasse.

Sed, ad species transeundo, Turris Pincernatus prope Arweiler, juxta Syndici deductionalem 310.
102. ad differentiam Turris in Arweiler, Kolberthurn; vendita est, confitente Syndico Archiepis- Thurn bey
copali, Anno 1429. ad octennium sub pacto reluitionis, cum clausula &c. Joanni Blanckart & Ahrweiler.
uxori Catharinæ (Ergo mulier qualificatur ad feudum) & eorum hæredibus, aut possessori literarum, oder Beheldter des principal Brieffs.

Quæ clausula sola sufficit ad convincendum, feudum illud esse hæreditarium, ut supra ex Rolando a Valle *consil. 42. n. 4. & seq.* & Carolus Kirchberg *cap. 4. n. 77.* probatum est.

Quo etiam facit articulus deductionalis 105. & ibi relatum documentum venditionis, Erbkauffbrieffs, uti supra quoque disputatum, Item confessio Syndici in art. 106. dum confitetur, feudum hoc non secus a muliere, ac viro in manus Domini refutatum esse, cum, quod non habuit, nec refutare potuisset.

Et quamvis in articulis 108. 110. 111. Syndico, alleganti infeudationes expresse zum rechten Manlehen, indigitatas esse, sine probationibus facti (quales hoc loco nullæ adferuntur) non credatur; tamen præter hoc, quod jam vidimus, vocem Manlehen, hodie a primæva Etymologia deflexisse; regeritur, quod idem Syndicus articulo 115. bene dixit, sed male applicavit, quod Investitura talis, in descendentibus præsumitur, qualis fuit in majoribus, & postquam constat, de antiquiore (ut in hac, in qua mulieres emptrices & venditrices fuisse, deprehenduntur) præsumuntur, secundum conditiones in antiquis positas, factæ.

Præsertim vero, quando posteriores Investituræ sunt duriores prioribus, tunc ille præsumuntur extortæ, vel obreptitiæ Wesenb. *consil. 4. n. 36.* Nam Investitura posterior priori, ex iis, quibus 312.
ex prioribus jus quæsitum est, tolli non potest, sed innovata investitura nullius est momenti. *per text. in c. 1. de feudi success.* Præpos. *in c. 1. n. 2. an agnat. vel. filius &c.* Alvarot. *in c. 1. n. 3. de Vasallo decrepitæ ætatis.* Geil. *lib. 2. obs. 49. per tot.*

Et in terminis, Fœminam venire posse ad successionem feudi virtute antiquarum investiturarum, 313.
per quas ad feuda admittebatur [ut hoc loco in feudo a fœmina vendito, effustucato, & respective empto] non obstantibus posterioribus Investituris, quæ tantum de masculo loquuntur, tenet Bald. *in c. 1. §. fin. vers. quæro de feudo Guardiæ. Item* Bald. *consil. 215. num. 1. vol. 2.* Sylvan. *de Recogn. feudi. quæst. 38. n. 3.* Cephalus *consil. 117. n. 91. vol. 2.*

Nisi in posterioribus Investituris expressim adjectum sit, illam primam de communi consensu eo- 314.
rum, qui in ea vocabantur, immutatam esse, Ita consuluit Decius *consil. 185. n. 3. versic. non obstat* Berous *consil. 72. n. 21. & consil. 113. n. 42. n. 2.* Menoch. *consil. 202. n. 85.* Cephalus *consil. 155. n. 10. vol. 2. Tessaur. quæst. forens. 100. n. 14.*

Alias potius ipse Princeps videtur deceptus, qui a prioribus concessionibus recedit, juxta De- 315.
cium *in l. nemo potest ff. de Reg. Juris* Alvarot. *d. c. 1. de Vasallo decrepitæ ætatis & in c. 1. §. 1. de success. feudi.* Bald *d. consil. 215. n. 1.* Geil. & Wesenb. *locis supracitatis.*

Posteriores enim Investituræ a primis: non hæ, ab illis, tanquam a fundamento & radice depen- 316.
dent, Decius *consil. 185. & consil. 19. n. 3.* Carol. Ruinus *consil. 20. n. 18. lib. 1.* Cephal. *cons. 369. n. 102. & consil. 307. n. 72. & consil. 368. n. 5. lib. 3.* Lud. Gozadin. *consil. 84.* Regner. Sixtin. *consil. 18. vol. 2. Marpurg.*

Prout & supra sæpius dictum est, Feudum quod semel ad fœminam transitum fecit, admittit fœmi- 317.
nas, etiamsi nulla earum amplius mentio in Investituris fiat, *c. unico ibi, nisi sit fœmineum, de nat. success. feudi &c. facit lex in c. 1. de gradib. success. & c. gl. in c. 1. §. & quia vidimus qui feudare possunt, in verbo si ergo & c. text in c. 1. de natur. success. feudi & c.* Roland. *consil. 67. n. 8. lib. 2.* Gozad. *consil. 76.* Decius *consil. 516.* Roman. *consil. 1. n. 2. & consil. 33. & consil. 367. n. 12.*

Et hæc est communiter recepta sententia, Hanetonius *de feudis lib. 2. cap. 8.* Zasius *in Epit. p. 8.* 318.
n. 39. Sonsbeck *de feudis p. 9. n. 123.* Clarus *§. feudum quæst. 73. n. 5.* Roland. à Valle *consil. 67. n. 20.* Hart. Pistor. *lib. 2. quæst. num. 18. cum seqq.*

Qualitas enim fœminea semel imbuta, videtur durare; Et verisimile est, tam concedentem, 319.
quam acquirentem, Feudum, in sua originali qualitate propagare voluisse, cum rem quamque sua metiamur origine *l. qui id quod ff. de donat. l. ff. fin. si ex noxali causa ag.* Zal. *d. p. 8 n. 39.*

 Unde

Unde Syndico non proderunt in posterum artificia, si Vasallis mutatas investituras obtrudere conatus fuerit, ut hactenus sæpe factitatum.

Huc faciunt literæ, suo tempore producendæ, cum pluribus in eisdem designatis, quarum tenor sic habet.

Ich Johan von der Marck, Herr zu Arnßberg, Vogt zu Hospengaw, thun kundt allen, und einem jeglichen, die diesen entgegenwertigen Brieff sollen sehen oder hören lesen, so als kurtzlich eine Erbtheilung, zwischen den Edel Herrn Wilhelm und Philips Graven zu Virnenburg, meinen lieben Schwager, meiner Haußfrauen, mir und unser beyder Kinder, durch unsere heimliche Freundt und Diener, vertheidinckt ist, nahe laut und Inhalt derent Scheidtsbrieff, von uns und unseren Freunden besiegelt, darin dan begriffen und benendt stehet, das die vorgd. unser Schwager und Neve, alle Brieff, Schrifft und Register zum Torn, bey Ahrweiler gelegen, und dem Erbschenck Ambt des Stiffts Cöllen gehoerendt, handreichen, und überlieberen soll. Als bekennen ich Johan von der Marck, Herr zu Arnberg vorß: vor mich und meine Erben, daß meine liebe Haußfrau, und ich, auff heut datum desselben, einen Pergaments Brieff mit 9. anhangenden Insiegelen empfangen zu han, inhaltendt. So wir Johan Herr zu Kerpen, und Margret von Torn, seine ehelige Haußfrau und bedtgenosse, den Wohlgebornen Herren, Robrechten Graven zu Virnenberg sehligen, meinem Schwegerherrn und Vader, dem Gott gnade, den Torn zu bey Ahrweiler gelegen, den Hoff zu Ringen, mit dem Erbschenckampt des gestichs von Cöllen, rc. erblich, umb eine nemlich Summa Gelts, sie darfür empfangen han, verkaufft han, Item noch einen anderen Perginien Brieff mit 4. anhangenden Insiegelen, so der vorß: Johan Herr zu Kerpen, dem vorß: meinem Schwagerherrn sehligen, die aufftragt, von denselbigen Gutteren und Erbschenckampt / von einem Ertzbischoffen zu Cöllen, in beywesen der Erb: Amptleuth und anderen Edlen Lehenmanneren des gestichts gethan, und uffgetragen han. Item noch einen anderen Pergamensbrieff, mit dreyen anhangenden Insiegelen; so die ehegenandte Margareth von Torn, uff ihr Wittumb verziegen hat (nota consuetudinem usufructus in Feudis Coloniensibus usitatam) und darzu einen Pergamens Brieff, mit fünff anhangenden Insiegelen, so meine liebe Haußfrau, und ich, uns Theil zu Vernenburg, Johannen von Eltze versatzt hatten, und der Edler Roprecht Grave zu Virnenburg, mein Schwager sehliger, auß seinen Handen geloest hat, und ist mit beredt, ob einige andere Brieff oder Bücher, als Registren weren, oder einige funden wurden, die sollen uns an stundt Ihnen auch überliebert werden, sonder einigerley Eintragt oder argelist, und des zu Gezeugnuß der Warheit, han ich Johan von Marck obgenendt mein Insiegel an diesen Brieff thuen hangen, der gegeben ist im Jahr 1468. uff unsers Herren Leichnambs Tag.

Pro Copia

Ex originali sigillato descripsit Johannes Fabritius
Notar. publ. juratus.

Unde evidenter perspicitur, Feudum, hoc non tantum per Fœminam, ad illas familias subinde, sine ulla difficultate devolutum, verum etiam esse Emptitium, & in dotem datum, à familia Torn (de qua superest Dux Bullioneus de Esdam, ut nummi aurei designant) ad familias Kerpen, Virnenburg, Eltze, Arnberg, Lyghey, transmissum.

Ex quibus omnibus efficitur, quod, quamvis Paribus Curiæ, hoc loco sufficiat, Syndicum Archiepiscopalem ne jota quidem eorum, quæ longa serie narravit, probavisse, tamen ex parte Parium & confessione partis adversæ, ac præcipue, quod mulieres fuerint tam emptrices quam venditrices feudorum, interveniente vel subsequente scientia, & consensu Domini; ita ut etiam mulierum effustucatio requisita, adhibitaque fuerit: sufficienter impleta est probatio; Feudum hoc naturam fœminei ac promiscui feudi; artificiis aulicis nihil morantibus, retinuisse, ac etiam nunc retinere.

321. Hoffmeister. Officium Comitis in Newenar, ex defectu sexus, Archiepiscopatui hodie vacare non creditur: licet ob fœloniam forte vacare dici posset, de quo tamen à Paribus Curiæ, solis ac veris causæ Judicibus, an judicatum sit, nescio. Hoc scio in Jure, utrum feudum ad Dominum, vel agnatos aut cognatos recidat, esse controversum, ut patet ex Fachinæo *lib. 7. c. 22.* Et Curiam Newenariam in urbe Coloniense titulo hæredum, possessores alios habere, ac litem alibi pendere, ita fieri solet, ubi jus & vis ex quasi privilegio idem valet, & quilibet in propria causa judicium sibi sumit.

Interea sufficit hoc loco à Fœlonia & authonomia, ad successionem perperam duci argumentum, prout nec ab iis, de quibus alibi Spiræ lis pendet, atque sic hoc loco (protestando de nonnullis in directorio probandi, nec non in designationibus sub n. 19. & 20. petitis, sed denegatis Juribus) transeo, ubi movero jam dudum clare in actis, tam in genere, quam in specie, circa Saffenberg, Gelstorff, rc. probatum esse, Newenar esse feudum promiscuum, à mulieribus possessum, translatum, libere alienatum, ita ut & absque læsione verecundiæ negari nequeat; propter multitudinem vero, unum, de multis, generale documentum extraho; ratione reliquorum, Lectorem

rem ad publicatum Krumbstab brevitatis gratia, ad numeros ab 80. usque ad centesimum inclusive, centuria prima, nec non 4. priores numeros centuriæ secundæ; in actis ipsis verò à n. 117. usque ad 135. & ad num. 151. me remittens, eademque pro expresse repetitis habendo, sic habet itaque capitulatio Archiepiscopi Frederici.

In Gottes Nahmen Amen, ꝛc. dae die Burg und Schloß Newenahr, die unsers Stiffts Lehen war, gewonnen worden, und die rechte Erben entweldiget wurden) ubi notandum, Catharinam vocari legitimam feudi hæredem) und zu unrecht darab verdreben (alia clausula) In Gottes Nahmen Amen, ꝛc. Wir Johan, Herr zu Saffenberg, ꝛc. und wir begehrend zu wissen, in dem ersten vor uns und unsere Erben, daß wiewohl es wir meynen und sagen, die **alinge Graffschafft von Newenahr**/ war Johannen dem Jungen von Saffenburg, Grave zu Newenahr vorß: mit Catharinen meinem Weib, **die ein einig Kind** und Dochter was, weiland Graff Wilhelms von Newenahr, und eine rechte Erbin daran war, zu weißlichem heilig gegeben ward, ubermitz Graff Crafften von Newenahr, ihrem Ohmen (ubi notandum, filiam, etiam extante patruo, legitimam hæredem fuisse) und andere ihre Freundt und Mäege, und ich, die vurß Catharina, mein ehelich Weib, **samentlich darahn kommen waren**/ und ich die vorged. Graffschafft hette, und darab belehent war, von dem Herren, dar die von zu Lehen rurte, ꝛc. (quæ omnia confirmantur) und wan alle diese vorß sachen, umb offenbahr nutz und beste, und zu grossem urber unsers Stiffts geschehen sein, **so haben wir Frederich Ertzbischoff** vorged. globt, und globen, in guter trawen, ubermitz diesen Brieff, vor uns, unsere Nachkomlingen, und Stiffts, alle diese vorgenandte puncten und Articulen, so wir an uns gebuerendt und treffendt stedt, fest, und unverbrüchlich zu halten, und darwider nichts zu thun, in einiger Weiß, und han diß zu gantzer stedigkeit, und zu urkundt, unser Kirchen Insiegel an diesen Brieff thun hangen, besiegelt, auch mit Siegel unsers Capituls vorged. und wir das Capitel der Kirchen zu Cöllen vorged. bekennen, daß alle diese vorß: sachen, mit unserem wiß und willen geschehen sein, und daß wir unseren Consent darzu gethan und geben haben, und ubergeben ubermitz diesen Brieff, wan wir gentzlich underweist sein, und klarlich gesehen han, daß des Stiffts von Cöllen offenbar nutz und urbar darmit geschehen ist, und hant diß zur urkundt unser Kirchen Insiegel ad causas, an diesen Brieff gehangen.

Alffter sedem Marschalci hæreditarii Coloniensis à progenie primæva diversos successores per fœminas Wifflighoven, Reifferscheid, & Salm, habuisse, ad sexagesimum libelli articulum, suo more, negare ausus fuit Syndicus Archiepiscopalis, pure & rotunde: quasi vero vel ignoraverit ipse, vel apud suos principales informare se nequiverit, unde Generosi Domini Comites Salmenses, Leonem istum in trabibus in insigniis ambulantem circum ferebant, & ut in Calendariis Coloniensibus ipsis, quotidie præ oculis vident. 322. Alffter.

Sed, qua conscientia id negaverit, quod mox in deductionali 117. confiteri debuit, ipse viderit: ubi etiam investituram ad hæredes ex corpore Vasallorum nascituros (quod tamen ejus intentioni, quoad qualitatem masculinitatis non subservit) conceptam fatetur, frustra iterum ad panaceam, toties jam refutatam confugit, quasi supplices Vasallorum preces, indicio sint, casum istum singularitati subjacere; cum tamen in feudis universale & solenne sit, Dominos à Vasallis pro honore suppliciter adorari, Zasius *in par. 8. feudalis epit.* Gœdd. *consi.* 37. *lib.* 4. *n.* 1100.

Circa Bachumb Syndicus solitam fugitivorum, negandi viam in 61. & seqq. articulis, suo more calcat: sed mox in defensionalibus art. 23. paululum, nec non 118. deductionali majorem scientiam, ex parte aperit, & consuetas supplicationum preces (quæ alias nunquam absunt) specialis gratiæ causæ consueta ineptia obtendit. 323. Bachumb.

Sed & illud æque ineptum est, quod in defensionali 34. tam audacter, sine ulla probationis oblatione, supplicantem: quasi confitentem adducit, ac si alias nisi cessionem obtineret, feudum Ecclesiæ aperiendum esset; cum tamen facile augurari potuisset, talia narrata, eadem, qua asseruntur, facilitate contemnenda fore.

Ex donatione quam Wehenerum de Bachumb, Pauvvino de Hemmerich fecisse, tandem post primam denegationem, ibi libellum deductionali 119. confitetur Syndicus: hoc efficitur, feuda Coloniensia esse alienabilia & hæreditaria, & consequenter ad fœminas promiscue transmissibilia, quod, hoc loco, solum in quæstionem venit.

Quod confirmatur sententia Roberti Imperatoris sub n. 101. ad acta data, & in Extractu Krumbstab n. 71. exemplata; alias cognati cognatæve donatoris, feudum in extraneum alienatum, ad se revocare potuissent. *text. in c. unico de alienat. feudi paterni in c.* 1. *§. præterea, quibus modis feudum amit. & c. c.* 1. *§. Titius si de feudo defuncti content. &c.* Vult. *de feud. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 79. *edit. noviss.* 158. 324.

Quo loco, iterum notandum, quod, quoties Syndicus per relationem ad investituras majorum, vel jus Ecclesiæ, ictum argumenti declinare satagit (quod illi fere in omnibus individuis solenne esse, supra n. 34 in tertio fundamento demonstratur) toties ambulat Syndicus in sophistico circulo, & præsupponit hoc, quod in cardine quæstionis vertitur & controvertitur. Sic enim

præsup-

præsupponit, Majorum infeudationes fuisse masculinas, nempe illud ipsum; quod ab hac parte negatur; imo plerumque implicat contradictionem; investire mulierem, vel ex ea descendentem, & investire secundum rectam scripti juris feudalis naturam: & tamen hujusmodi cavillationis apud Syndicum Metropol. nullus est finis.

Tandem, Syndicus Rutgerum Vellbrucken, tertium à prima progenie possessorem (intermixto solito suo gratiæ somnio) confitetur, sed istam confessionem inepta & plane ridicula causa vestire studuit, In Ansehung derselben gute Fueg und Ursach gehabt, solche gutter, als verfallene Lehen an sich zu schlagen, &c.

325. Sed quænam potuit esse ratio, cur isti Rutgero magis, quam ulli mortalium, congruebat, feuda Ecclesiæ aperta, invadere? Dicere quid est speciale, & nullam adferre specialitatis rationem, dicitur refugium miserorum & jam captorum. Ejusdem plane farinæ est, quod matrem dicti Vellbrucken, prætextu summarissimi possessorii in eodem feudo manutentam dicat, quam tamen, uti plane extraneam, istius feudi incapacem fuisse, disertis verbis profitetur, welche des Lehens, uti plane extranea, nit vehig in possessorio summarissimo von Ihr. Churf. Durchl. als dem Landtfursten generaliter in des Rutgers von Vellbruggen Allinger Verlassenschafft, salvo partibus ordinario, manutenirt und gehandthabt worden sey, &c.

326. Nunc itaque iterum quæro, cur non etiam vidua Goltsteins, ut sui patris ex priore matrimonio unica filia & hæres, generaliter in omnibus, tam feudalibus quam allodialibus, à parentibus sibi, juxta pacta dotalia relictis, salvo fratri consanguineo petitorio, non manutenetur? quæ tamen non est extranea, sed filia, ac proinde hæres, D. Paulus *ad Galatos* 4. *l.* 1. *C. de repudiand. vel abstin. hæredit.* Menoch. *lib.* 4 *præsumpt.* 105 *n* 73.

Sed si veritas dicenda est, rationem habuit Clementissimus & Laudatissimus Archiepiscopus Salentinus, quod sciret, illam feudorum Coloniensium indolem, quod non tantum Fœminæ, eorum sint capaces, sed etiam relictis viduis, ususfructus moribus patriæ, competat.

327. Si hoc negat Syndicus, prout illum ad negandum factum esse, convincunt negativæ ad libellum factæ responsiones, opportune hoc in loco, ac materia, probationes sunt ad manum. Itaque ad Extractum Krumbstab, sub n. 71. in actis verò ad num. 102. provoco & sic contraho & extraho.

Ich Johan von Hemmerich, Erb-Cammerer des Stiffts Cöllen, thuen kundt und bekennen, &c. So sach were oder wurde, daß Johan von Hemmerich, thodts halber abgienge, und keine lebendige Leibserben, gebuirt von uns Eheleuten beyde zusamen geschaffen, achter lassen, so soll Maria meine Haußfrau aller meiner gutter (non excipiuntur hic feudalia) wie ich Johan von Hemmerich achter lassen werde, ihr levelang restlich und rewlich, in zeugters weiß gebrauchen, sed ecce confirmatio.

Wir Herman, von Gottes Gnaden &c. thuen kundt, daß wir uff fleißig begehr und pitt, unsers Erb-Cammers, und lieben getrewen, Johan von Hemmerich diesen versiegelten vertrag, zwischen Johan, seiner haußfraw, und seiner erben uffgericht, mit unserem guten wissen, als der **Landtsfurst und Lehenherr des orts**, bewilligt, und ubermitz diesem unserem transsir brief, in allen seinen puncten und articulen bestedigt haben &c. doch vorbehalten uns, unseren nachkommen und Stifft, dae es sach were, daß Johan von Hemmerich vorß: ehe dan Maria seine haußfraw, sonder Leibserben thödlich abgienge, und die nachgelassene witwe in der erbgutter leibzucht unverhindert sitzen bliebe, daß nit desto minder des gemelte Johans negste gesipte erben (nulla mentio agnatorum) und blutsverwandten, dan solche erbgutter, alsdan von rechtswegen gebuiren, solche Lehngutter, als Johan von uns lehenrurig, nachgelassen wurdt, dieselbe von uns, und unserem Stifft zu lehen empfangen &c. Anno 1520. aliud documentum sub n. 73. in actis 103.

Im Nahmen unsers HErren JEsu Christi Amen &c. Allen leuthen sey offenbahr, daß gedeдingt und gearbeidtet ist, ein weißlich heylich zwischen Arnoldt von Hemmerich, Erb Cemmer des Stiffts Cöllen &c. Johan von Hemmerich sein sohn, uff die eine: und dan Sibert Spede &c. Leißbethen seiner ehelicher dochter &c.

Clausula concernens.

Fort ist mehr gethedigt und gefurwardt, wurds sach, daß Johan von Hemmerich sturbe, und erfuhre, ehe dan er ehelige gebuirt hette, von Leißbethen vorß: seinen eheligem weibe: so soll Leißbeth bleiben sitzen restlich und greulich, an solchem erb und gutt, mit nahmen &c. **Ihr leveland und leibzuchtersrecht** (nota consuetudinem) als das gewonlich und herkommen ist, in dem Stifft von Collen nach land und recht &c. Anno 1440. 26. Aprilis.

Videat itaque Syndicus, si bene suos Dominos defenderit, quando potius laudatissime memoriæ Principem, in suspicionem tantæ injuriæ trahere, quasi genuinam veritatem consuetudinis, usum fructum in feudalibus bonis indulgentis, concedere maluit; quæ tamen consuetudo nihilominus hic & in aliis locis abunde probatur; quandoquidem etiam Pater usumfructum in feudo moribus

328. Juliac. Montensium & Archiepiscopatus Coloniens. adscribat Rosent. *extra consilium in tract. de feud cap.* 10. *concl.* 6. *num.* 4.

Kendenich remissive

329. Quam secure, quamque audacter Syndicus Archiepiscopalis plerosque articulos inprimis, ut facti alieni, & à se ignoratos neget; moxque scientiam suam in defensionalibus & deductionalibus, plusquam

quam trecentis palliatis defensionalium additionibus prodat; Inter cætera elucet circa feudum Kendenich: ubi aliud agens, prodit, Adamum Orsbach duodecim annis ante factam compositionem in Anno 1529 de dominio Kendenich investitum, ac diutius in possessione feudi fuisse, cum tamen ex ista compositione constet, istum Kendenich, de originali familiæ istius nominis superfuisse, ideoque neminem, qui ejus nominis & familia non esset, ad illud feudum jus habere potuisse, si juxta præsuppositum Syndici ejusque Principalium, Feuda Coloniensia, pro rectis & masculinis haberi deberent, atque sic Syndicus suum Dominum indirecte injustitiæ arguit, quod feudum tertio, alterius familiæ viro, adjudicaverit.

Remittitur itaque Lector ad Extractus supra hoc fundamento verbaliter allegatos, ubi approbante Principe enunciatur, fratrem & sororem indubitabiles & necessarios hæredes in feudo paterno esse.

Et quia de Etgenhoff, similiter supra fuit actum, & laudum, quod *Syndicus* credere noluit in actis n. 50. in Krumbstab vero n. 28. Centuria prima nunc legitur, hinc illa cum tædio non repeto &c. 329. Etgenhoff remissive.

Duo tamen, hoc loco, in Syndico admiranda & notanda sunt, primo, quod credi sibi velit, eodem anno, nempe 1561. quo laudum publicatum est, adversam etiam partem Investituram accepisse, alterum, quod istius mutationis causam bello & avectioni Archivi, triginta circiter annis citius attribuat, quam contigerit, quasi filia potuerit esse senior matre.

Quam inepta, & tali Syndico indigna sit, ad tam solennem Ernesti, gloriosæ memoriæ Archiepiscopi, de injusta exclusione Comitissæ Waltburgis à dominio Bedtburg, legatorum Instructionem Responsio, ex verbosa illius condictione elucet, dum dicit, omnibus allegatis non obstantibus, Comitem Salmensem usque hodie manere in possessione, daß Ihre Gn. Graff Werner, ut sonant formalia, unverachtet alles widrigen instruirens, bey vorged. dieses Ertzstiffts lehen Bedtbur endlich und biß uff heutigen tag verblieben sey &c. 330. Bedtbur.

Quasi vero sufficiat, de facto fieri & obtineri, quod juste obtineri nequit, contra *l. Nepos Proculo ff. de verb. signif.* Surdus *consil.* 203. *n.* 44. An etiam non potest res ad alium statum, transactione, vel morte istius viduæ usufructuariæ, ac cognatæ, jamdudum notorie defunctæ devenisse? Quis scit quid serus vesper vehat? si lis Spiræ cum Generoso Dn. Comite Benthemico aut aliis definiatur?

Nec melior est responsio, quam *Syndicus*, adversus venditrices feudi Bockheim, filias defuncti Söllbruggen, ultimi de ista familia, contra tam luculenta, & supra recensita documenta venditionis adfert, nempe quod istæ filiæ nunquam fuerint investitæ, uti n. 290. 293. & quod legitimi hæredes in feudis sint necessario masculi, etiamsi ipsæ personæ de facto reperiantur esse generis fœminini, quas viris nupsisse, aut in monasterio esse Beguinatum professas, constat n. 292. 331. Bockheim.

Quid proderint matibus beneficia, si fœminæ declarantur incapaces feudi, & tamen ea vendere, & pretio gaudere poterunt? Gœdd. *consil.* 25 *num.* 133 *vol.* 1.

Talibus itaque fundamentis juvanda est Ecclesia Coloniensis, quo statum Nobilitatis & Vasallorum extinguere, & eorum fundos ad bona sd se trahere valeat, qualia in aliis minoris status hominibus riderentur, nec Replica digna haberentur.

Interim ex deductionali 192. acceptatur, quod Syndicus d. multiloquio suo prodidit, Theodori cum de Luttinghoven sine hæredibus feudalibus defecisse, nec tamen feud m illud, cum decimis in Hillen, feudalibus à Domino ex Commisso, occupatum, sed Johannem von der Starckenburg, de eo investitum esse. 332. Luttinghoven. Zehend Hillen.

Quod vero etiam iterum singularem gratiam obtendit, nec verum esse creditur, nec si verum esset, revelaret, ut toties dictum est supra &c.

Similes confessiones circa feudum Reineck, in deductionali 195. & seqq. (rejecta excusatione specialis allegatæ, sed non probatæ gratiæ) acceptantur. 333. Reineck.

Nec enim sufficit dicere specialem intervenisse gratiam, nisi simul etiam momentum gratiæ specificetur, An causæ, de qua agitur, conveniat? quod supra jam sæpius dictum comprobatum est.

Fieri etiam potest, quod specialis gratia in alio puncto consistat, ut verbi gratia, quod senior filius in feudo succedere debuisset, juxta art. seq. 196. ex quo ad aliam gratiam, nempe remissæ caducitatis, non poterit duci in argumentum

Deinde expressim notanda est confessio Syndici, quod Warsperg. *ut proximus cognatus infeudationem obtinuerit.*

Quod vero eadem injuste longo tempore denegata fuit ex ipsius *Syndici* confessione, d. art. 196. deprehenditur, quando fatetur priores investituras, corporales hæredes, Leibslehns Erben complexas, à qua Cognati ex eodem corpore descendentes, non possunt excludi *c.* 1. *de duobus fratribus à Capitaneo investitis.* Modestin. Pist. *lib.* 1. *consil.* 23. *n.* 9. *&* 10 334.

Quia Leibserben secundum regionis morem intelligendum est, qui mos probatur ex n. 67. in actis 97. in Centuria prima, in donatione dominii Lufftelberg.

U Quam

Bergerhaussen. remissive. Quam à vero aliena, quæ Syndicus circa Castrum Bergerhaussen vanis vocibus in articulo deductionali 216. narravit, & non probavit; jam supra, sub initium tertii fundamenti Archiepiscopalis n. 12. deductum est, quo me remisisse hoc loco sufficiat.

335. Elinckhoven. Frustra etiam circa feudum Elinckhoven, de discursibus circa translationem feudi ex futuris contingentibus jactitatis, necdum tamen probatis sub articulo 228. & seqq. digladiatur, & chartas implet Syndicus, quasi illi discursus essent sententiæ ac res judicatæ, aut actus præjudicales, quando velit, nolit, illis omnibus non obstantibus, translationem impletam, & sic actum istum pro Vasallis non pro se facere, confitetur.

336. Multa enim tractantur, quæ non perficiuntur. Vult. *consil.* 16. *lib.* 1. *n.* 25. & vetus est proverbium *secundum* Menochium *casu arbitrar.* 470. in principio, multa dicuntur, quæ non fiunt. Quæ igitur pertractantur & peraguntur à partibus, nisi conclusio aliqua sequatur, nihil operantur. *l. si ex causa §. nunc videndum, ff. de minoribus l. eleganter, in principio. ubi gl. ff. de condict. indebiti. l. si voluntate ff. de rescind. vendit.* Ubi *Baldus* dicit, solam conclusionem actus vel contractus spectandam, quia aliud est dixisse aliud fecisse. Afflict. *decis.* 973. *n.* 5. Abbas *in c. dudum x. de conversione conjugatorum.*

Quis enim scit, an tempore istius tractatus, non fuerit à parte cedentis replicatum, ita quod Dominus Feudi idcirco cesserit, & acquieverit, per tradita à Tyraquello & DD. ab eo allegatis de Retractu Conventionali ad finem n. 24.

Est igitur absurdum, ex jactitatis enunciativis, ante tot secula quicquam pro veritate inferre velle, ubi factum illis enunciativis contrarium impletum reperitur: magis enim factis & conclusionibus quam discursibus tribuendum.

Quam objectionem præsensisse videtur Syndicus, quando in defensionalibus, aliud latibulum quæsivit, infeudationem istam factam esse, Anno 1372. in festo S. Gertrudis, in Martio, cum privilegium Caroli Quarti in sequenti Julio fuerit obtentum, quo tamen loco tacite confitetur, consuetudinem illo tempore fuisse frequentatam, ita ut privilegio, contra eam pugnare, operæ pretium putatum sit. Hæc itaque confessio iterum Syndico in multiloquio 306. vetitorum & intrusorum additionalium excidit.

337. Nec satis etiam defenditur causa prætensorum privilegiorum, per hoc, quod articulo 240. dicitur, privilegium per actum contrarium ipsi privilegio, non tolli, nisi quoad actus præteritos; non autem futuros: quoniam illud in privilegiis tam exorbitantibus & odiosis, qualia sunt ista, non est satis tutum, per ea, quæ tradit Hieron. Schurf. *consil.* 14. *n.* 2. *cent.* 1. *per c. cum accessissent de constit.* Bart. *ad l.* 1. *Cod. de his qui sponte munera publica subeunt. lib.* 10 *per illum textum & l.* 2. *C. de jure Domini impetrando.* Quia, quando ultra taciturnitatem, factum positivum, in contrarium accessit, id plus operatur quam simplex taciturnitas, Schurf. *consil.* 59. *cent.* 1.

Maxime, quando non est adjecta protestatio; quæ, hoc casu, tanto magis adjicienda erat, si juxta jactationem Syndici, super caducitate disputatum fuit, Trentacinquius *tit. de rescript. & privileg. resolut.* 10 *n.* 8.

338. Præterea, quod dicitur, privilegium in aliis actibus reliquis durare, ob unum actum contrarium; non procedit, quando privilegiatus data occasione, non utitur privilegio intra decem annos, tunc enim in totum amittitur, quoad omnes, Schurf. *d consil.* 14. *n.* 59. *num.* 1. *cent.* 3. Everh. *consil.* 31. *n.* 23. Padilla *ad l.* 2. *n.* 1. *C. de divers. rescript.* Vultejus *consil.* 16. *n.* 35. & 70. *vol.* 1. *Marpurg. & plures allegati, per* Andr. Knichen *commentar. de Saxon. non provoc. jure. in verbo, ins. cap.* 2. *n.* 27. *mihi pag.* 329.

339. Trevelsdorff remissive. In decimis Trevelsdorff, cum multis adjunctis feudis, iterum respondetur, investituras, mera verba honoris ac complementa aulica (quibus hodie mundus gaudet) nihil solidi probare, utpote quæ etiam onerosis contractibus Principum adjiciantur, ut dictum est supra sub finem tertii fundamenti Archiepiscopalis n. 73. quod hoc loco, pro repetito habendum, &c.

340. Halterberg. remissive. Ratione vero feudi Holterberg, actum est similiter in jam tacto tertio fundamento, in quo hic brevitatis gratia acquiesco.

341. Mangelter. Quod Syndicus de mota controversia circa Mangelter, in fine suorum deductionalium nihil vult audire, id hoc loco vicissim & acceptatur, & contra ipsius acceptationem retorquetur. Actor enim & Reus non debent judicari, ad imparia, nisi quis probaverit, se esse etiam in hoc privilegiatum, ut ipsi quidvis dicere liceat, ipse vero Adversario suo silentium possit imponere, & cum hoc iterum brevitatis studio transeo.

342. Kallziehend und Kirchengifft. Donationes, vel cessiones de feudalibus decimis in Kall, & jure patronatus ibidem, quas Kolman von Geißbusch, in Theodoricum Wolff von Mullendorff, Anno 1484. ipso ascensionis Dominicæ, die transtulit, quasque Dominus Feudi demum post annum, nempe 1485. post Viti simpliciter confirmavit: & maxime iterata cessio istius à Geisbusch in Breidtbachium, Anno 1526. facta, consuetudinem, de qua agimus donandi, vendendi feuda Coloniensia, patriæ moribus esse receptam, satis evincunt, ita ut tergiversationi nullus superest locus.

Idem arguit etiam ipsa divisio in tres diversas familias, Geißbusch, Mulenbach & Breidtbach, quæ

quæ intervenire nequivisset, si fœminæ, vel ex fœminis descendentes, non essent feudorum capaces: manerent enim feuda integra penes solos Agnatos, aut redirent ad Dominum, juxta mentem à Syndico perperam Reverendissimo nostro persuasam.

Similis omnino cessio est, qua Nobilis quædam Greta von Frechen, feudum suum Klutingshoff, valido Spieß von Bullesheim, absque ulla impetratione consensus, juxta num. 47. cent. I. in actis vero n. 75. sub sola spe & præsumptione futurorum servitiorum cessit. 343. Klutings gut zu Frechen.

Ubi singulariter notandum, istam matronam de feudo hoc fuisse immediate, post Patris mortem, investitam, ut claret ex verbis.

Wir Robert thuen kundt und bekennen, so als Greta von Frechen Witwe, das Hauß zu Frechen gnt. Klutings gutt, mit seinem Zubehoer, nach thoedt Ludwigs Klutings ihres Vatters von uns, unseren gesticht, zu Lehen getragen hat (ubi notandum nullam nominari virilem personam intermediam, Lehendreger) uns das nun, in unser gegenwertigkeit, in beywesen unser Manne hernach beschrieben, ubergeben hatt, in handt Johan Spiessen von Busselheim, und dieselben Greta uns gebeden hatt, Johan vurß damit zu braiden, und belehnen: und wir uns den getrewen Diensten zu dem eheged. Johannen vermuthten, die er uns und unserem Stifft thuen mogen und soll, so belehnen wir ihn, &c. Anno 1466. Hoc igitur loco Fœmina feudi Investituram accepit, & fœmina effustucavit & cessit, nulla subternitur gratia, legisve Dispensatio, ergo consuetudo est plene probata, & Syndicus tales investituras negans convictus.

Ne verò quis tacitis cogitationibus regerat, quod una hyrundo non faciat ver, hinc ad probandum, tam esse feudorum capaces mulieres, ut etiam immediate investituras accipiant, adjicitur in fine secundæ centuriæ alia investitura in fœminam immediate facta sub hac verborum serie.

Nos Wilhelmus, Dei gratia Ecclesiæ Sanctæ Colon. Archiepiscopus, notum facimus universis, quod comparente coram nobis Catharina de Ahr, filia quondam Rolandi de Reinbach & Ding, de Ahr, conjugum & instanter nobis supplicante, ut ipsam (Nota) de bonis infra scriptis, videlicet 30. Jurnalibus terræ arabilis, cum juribus & pertinentiis suis, undique à nobis & Ecclesia nostra, jure & titulo feudi dependentibus, quæ dicti quondam Parentes sui à Prædecessoribus Ecclesiæ nostræ in feudum retinuerunt, tanquam proximiorem hæredem (ubi obiter videt Syndicus hæredis appellatione moribus nostris etiam fœminam intelligi) infeudare & sibi & hæredibus suis, in feudo concedere dignaremur. Nos considerantes servitia, quæ prædicti quondam parentes sui Ecclesiæ nostræ impenderunt, & quæ ipsa Catharina & hæredes ejus, nobis & Ecclesiæ nostræ ulterius impendere potuerunt; eandem Catharinam præstita, nobis per ipsam (nota iterum) fidelitate debita, de bonis omnibus & singulis infeudavimus An. 1351. I. Augusti. 344. Von der Fischell.

Fœminam enim Vasallam, ubi est capax successionis, posse per ipsam feudum recognoscere, *Testis est* Rosental. *cap. 6. concl. 31. n. 6.*

Quod vero hæc eadem feuda, post annos 13. nempe Anno 1364. à familia Ahr & Reinbach, ad familiam Gymmenich transierint, & post duos alios annos cuidam Agnetæ in donationem propter nuptias assignata sint; apparet ex duobus ultimis numeris Centuriæ secundæ Krumbstab, quorum primus incipit.

Nos Adolphus Dei gratia, &c. in qua Investitura supra mentionata feuda cum pluribus aliis specificantur, Item wir Engelbert von Gottes Gnaden, &c. thuen kundt, daß vor uns kommen und erschienen sein, Henrich von Gymmenich, Ritter, unser Mann und Burgman, als ein gerecht Manbar in einer weißlicher Mambarschafft. Johans seines Sohns, auff eine seide: und Neffe, Dochter Gerhardten Roß von Wiler, ehelich geheiligt Weib des vorß: Johans von Gymmenich uff die ander seit, &c.

Vort hat der vorß Henrich von Gymmenich seinen vorß: Sohn, und Neffen seiner Haußfrawen in einer Mitgaben zu ihrem gedumb geben, alle seine Erb, gulde, und guete zu Reinbach, und so was darzu gehort, also das alles das guete, das hier vorß: ist, in den heiligs Briefen, die gemacht, und zwischen Henrichen von Gymmenich, und Rost von Wilre, und Johan und Neffen, ihre Kinderen, &c. und hierumb wandt dan von Rechten und Gewonheiten redtlich und zeitlich ist, daß man Frawen ihren Wittumb nit versagen soll, und ihnen den steedt machen und halten soll, &c. (quid æquius, justius, clarius?)

So haben wir zu beden und heischen des vorß: Henrichs, &c. ubermiß gezeug unser man hernahe geschrieben, also als das gewohnlich und recht ist (nota consuetudinem per Dominum contestatam, Anno 1366 Nativitat. B. Mariæ) atque notandum ceremoniam effustucationis in concessione ususfructus adhiberi, nec eo magis transferri dominium. Item quod etiam generaliter Vasalli filia, in defectum allodialium, ex feudo dotetur. Pistor. *lib. 2. quæst. 37. par. post* Fachin. *d. lib. 7. cap. 78. in fine.*

Dirmersheim feudum à fratre Joanne Kriechenbeck ad fratrem Henricum devolutum n. 13. in Krumbstab cent. I. in actis vero n. 37. & Mariæ Keßgen, viduæ venditum est, cujus frater nomine sororis de eo Edwardt, Keßgen in usum sororis, vel ut habeat formalia, zu Behoeff der vurß Marien seiner Schwester, investitur, &c. n. 38. idque per Archiepiscopum Adolphum &c. Quam investi- 345. Dirmersheim.

vestituram successor Philippus, Anno 1512. post 18. Annos confirmat, postmodum duo filii d. Everhardi, Anno 1531. de eo investiuntur n. 16. alias 40. Nihil hic recti feudi, ubi mulier emit & investitur, illique fratris filii Collaterales, ex ejus corpore non progeniti, succedunt, nulla gratiæ significatione inserta, deprehenditur text. Jura feudalia scripta, *tot. tit. de beneficio fratr. &c. de fratribus de novo beneficio investitis, &c.*

346. Carbo zehen. Decimæ feudales in Kardorff, à familia Dutz, quæ in ramis adhuc multiplicata viget, Anno 1464. possessæ, Krumbstab, n. 10. in actis vero n. 34. & successione per Irmgarden, ad familiam Ketzgen, legitima successione devoluta, numeri 11. & 12. centur. 1. respective vero 35. & 36. nullam in successione feudorum sexus differentiam in hac Diœcesi esse & fuisse ostendunt.

Wir Johan Gebhardt, thuen kundt, daß wir unseren Erbthurwarter Wilhelm Ketzgen mit dem Weinzehenden zu Kardorff, wie der von uns, und unserem Stifft zu Lehen gehet, und etwan Conradt Dutz von Dußheim, denselben von unseren vorfahren empfangen und getragen, und gedachtes Lehendregers mutter Irmgardt von Diepenbroich denselben Zehenden etwan von Dahmen ihrem ohmen ererbt, und herbracht: darauff wir rc. ne nomintâ quidem gratiâ &c. Anno 1562.

Licet autem modernus Archiepiscopus in sua investitura superioris filio Eberhardo, nulla subsistente gratiæ materia, verbum solitum complementi, gnedigst belehent haben, adjecerit num 12. aut 36 hoc tamen antiquioribus nihil derogare potest, ubi paulo ante dictum &c. sed styli lubricitatem magis arguit, quam excusat.

Quo loco mirum est, quod illo tempore, quo præsens controversia jam concepta erat, nihilominus origo hujus successionis, eisdem verbis repetita sit, & non potius abortum non procuraverit (ibi) sonsten gedachtes Lehendregers Mutter Irmgardt von Diepenbroich denselben gantzen Zehendt, von etwan Dahmen Dutzen ihrem ohmen ererbt und herbracht rc. 1615. 22. Maii. Ergo Fœmina, nostris moribus in Feudo hæres.

347. Louichenheim. Louichenheim inferius (duo enim videntur esse feuda ejusdem nomins) in familia Bulich anno 1551. in Hastiludiis celebri, juxta instrumentum investituræ sub n. 41. ad acta datum, & sub n. 17. in Krumbstab in cent. prima relatum, possessum esse, verisimile est.

Et quamvis illa Investitura, quondam Reinerum Bulach, possessorem dicti feudi, sine hærede à corpore suo nato defecisse; feudumque cuidam Bruell sororio defuncti, ex speciali gratia collatum esse, Syndicus Metropol. dicere velit: tamen illud ipsum, præterquam quod scripturæ proscribenti alicui infirmiori obtrusæ, non credatur: causæ Vasallorum non officit.

Tum, quia expressim illud Instrumentum, non in defectu masculinæ propaginis, sed hæredum ex corpore natorum se fundat, & sic non loquitur in casu, in quo hoc loco versamur: Plus est enim, & difficiliorem facit causam, nullum descendentem habere, quam fœminam reliquisse.

Tum, quia satis notorium est, non defuisse agnatos illo tempore, qui Dominum Feudi procul dubio, si ille caducitatem prætendere voluisset, exclusissent: Tum, quia Dominus se super cognatione, & proximitate collateralium informavit, eamque secutus, sorores & sororios ad feudum admisit, quod facere non erat necessarium, si feudum hoc, ex regula juris feudalis scripti metiri in animo habuisset.

Quæ allegatio gratiæ specialis, tanto magis videtur esse solum superficialis, qua Dominus feudi suum interesse, non potuit, quam diu adhuc Agnati supererant, movere; Quandoquidem se ab Agnatis ab apertione feudi excludi sentiebat, ideo de suo, priusquam illi jus esset quæsitum, nihil potuit remittere, atque sic illa clausula nihil est operata. Præterea, Feudum hoc factum est emptitium, & quidem sub clausulis, quæ feudo recto nequaquam conveniunt, sed quam proxime ad indolem allodialium bonorum accedunt, adeoque faciunt feudum mere hæreditarium, & ad quascunque personas universaliter & particulariter alienabile, quod est illud ipsum, quod hoc loco quærimus.

Inprimis Conjuges utrinque vendunt & emunt, Reinardt, Schellardt, Michaela, Leeck, venditores, Ott Walpott, Johanne Scheiffardt Ihnen, ihren Erben, Erbnehmen und Nachkommen, emptores.

348. Verbum enim Erbnehmen, non solum hæredem, sed & quemcunque successorem comprehendit. Paulus Matth. Wehenerus *practicar. observ. lit. E.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 21. n. 3. & 9.* Besold. *in thesaur. pract. lit. E.* § 30.

Item verbum Nachkommen comprehendit tam descendentes, quam hæredes, & tam masculos, quam fœminas. Alex. *in l. si quis n 25 ff. de jurisd. omn. judic.* Corn. 190 *lib. 3. & consil. 263. in fine* [illegible] 1. Cravetta *consil. 251. per legem si ita scriptum ff. de leg. 2. l. qui duos ff. de legat. 3. & l si quis ita ff. de testam. tut. &c.* Item vor alle unser Erben, Erbnehmen und Nachkommen, in bester bestendigster Form und Rechten, auch wie solches nae gewonheit/ herkommmen / und gebrauch der Landen und gericht, darin, die Gutter gelegen, am allerkrefftigsten geschehen soll, kan, oder mag rc. die Keuffere sollen solche verkauffte Gutter, zu rechten Erb und Eigenthumb einhaben, und besitzen, und sich deroselben gebrauchen sollen nach allem ihrem willen und wolgefallen / wie andere ihre eigne Erbgutter rc. nescio, an quid clarius ac apertius dici queat, ubi sequitur Confirmatio per transfixum &c.

Wir

Wir Frederich ꝛc. bekennen, daß wir gegenwertigen Kauffbrieff, dardurch dieser Transfix gestochen ꝛc. mit fleiß besichtiget und gegrundet, und dieweil wir solchen contract (nota) den rechten und billigkeit gemeeß, und darumb zulessig befunden: So haben wir als Landtfurst und Lehenherren denselben Kauff ꝛc. genedigst bewilligt, Datum Buschoven, 1565. Jahr am 1. Junii.

An iterum altum hic stertit Homerus? quod Syndici Archiepiscopalis solet esse refugium.

Denique hoc etiam notandum venit, hanc venditionem factam An. 1563. confirmationem vero post biennium demum secutam; ex quo sequitur, quod, nisi rigor Longobardici Juris esset dissuetudine abrogatus &c. & feuda non essent alienabilia; feudum hoc cecidisset in commissum. *text. in c. 1. de Vasallo, qui contra constitut. Lothar & c & c. Imperialem § callidis, de prohibit. feudi alienat. per Freder. & c. c. 1. § si autem livellario, quibus modis feudum amitt. & c. Dd. relati per* Cothm. *resp.* 81. *vol.* 1. *n.* 7 8. 9. Etiamsi alienatio facta esset cum clausula, salvo jure Domini, nec aliter, nec alio modo, Fachin *d. l.* 7 *c.* 85 *c* 1. *de prohibit. feudi alienat per Lotharium & c.* 349.

In feudis enim rectis non alienabilibus, in ipso actu intervenire debet consensus, Sozin. Jun. *consil* 77. *n.* 114. *vol.* 1. Gozad. *consil.* 9 *n.* 22. *&* 33. Roland à Valle *consil* 2. *n.* 146 *vol.* 1. Vult. *consil.* 14. *n.* 61. *lib* 4. *Marp.* Tyraq. *legib. commun. in verbo consentiente n* 3. Afflictus *in c Imperialem in princ. vers.* 24 Calcanaus *consil.* 57. *n.* 4. Camerarius *in d. c. Imperialem.* Bald. *in l. his quae C. de praediis & aliis rebus minor. & in cap.* 2. *de feudo sine culpa non amit.* Felin. *in c. cum dilecta x. de rescript.* Bart. *in l. ita stipulatus de verb. oblig.* Chassaneus *in consuet. Burg. §.* 1. *Rubrica* 4. *Resp. testamento feudali* 2. *n.* 245. 350.

Aldendorff certae familiae nomen fuisse ex saepe citatis Hastiludiis fit verosimile, quandoquidem in 2. & 80. nomen illud reperitur. Sed, quicquid sit, Nobiles de Weiß, quos supra priscae nobilitati adscripsimus illud Feudum possedisse, constat ex n 84. & 85. prima centuria Krumbstab & tametsi in posteriori dicatur, sororem Engelberto ex singulari gratia successisse, tamen ad hoc respondetur, ut supra proxime in Kierchenheimb responsum fuit, nempe Agnatos de Weiß adhuc superstites fecisse, quodque Principi non fuerit feudum apertum, ideoque eidem materiam gratiae defuisse, nisi in obtrusis, extra rem, verbis honoris, quae non ligant: solent enim in Cancellariis Reversalia Vasallis prius à Cancellistis concepta offerri, ac quasi obtrudi &c. nec ab ignaris forte literarum Vasallis, morae pertaesis, examinari. 351. Wenigen Aldendorff.

Verba enim jactantiae causa probata & toties inculcata, non inducunt dispositionem, *l. ult ff. de Testam l. cum epistolis C. de probat. l. nemo ff. de hared. instit.* Maxime cum supra crebro viderimus hujus Cancellariae, quasi stylum esse, libenter suas gratias verbales praedicare, ubi nullae sunt, ut in Investituris castri Drachenfelts toties jactitatum & dictum. 352.

Quomodo autem id, & quam affectuose Cancellaria variet Stylum in hac Curia, colligi potest ex duabus Investituris, Johanni Goldtschmidt Advocato Novesiensi p. m. factis mihique respondenti, benigne communicatis, innotescit; Quas circa finem Centuriae secundae Krumbstabs adjicio. In quarum priore de Anno 1577. praeter morem aliarum adjecta est clausula, alias (teste Sandeo *lit.* 1. *c.* 2 *in fine n.* 13. *pag.* 58.) non improbanda, und was etwo vor dieser zeit, davon kommen, versplissen, oder sonsten einiger gestalt verendert, solches nach aller seiner macht beyzubringen, abzuschaffen, und in vorigen billigen stand zu stellen. In posteriore vero de An. 1590. adhuc alia nova injicitur In aller massen Conradt von Eicken und Reinhardt Ludwigs, fort Johan und Peter Ebels, denselben als ein Erblehen (quod in superioribus non invenitur) besessen, also und dergestalt, daß er, unser Vogt und seine Erben, dasselbig als ein altes gemeines Erblehen einhaben, besitzen und geniessen, und so offt es nöttig, von uns und unseren Nachkommen zu Lehen tragen soll, quae tamen infeudato non caret hodie controversia. 353.

Alii enim feudum emptitium, & cessum, fit in persona cessionarii novum, nisi in contractu, & incontinenti, aliud actum dictumque sit. Tanti est habere Cancellarium, vel Secretarios amicos. 354.

Quare ulterius notoria consuetudo promiscuae ac foemineae successionis, ut & gratiae ostentatio secundum stylum Curiae Coloniensis elucescit, singulariter circa feudum Treven, quod, contitente Syndico Archiepiscopali, deductionali 274. tres diversarum familiarum Landtgraff, Buderich & Zevel, possessores habuit, quod quidem sine alienatione, vel foeminea successione, contingere non potest, prout idem Syndicus medietatem à fratribus emptam, articulo sequenti, narravit. 355. Treven.

Quin imo, ibidem, dum articulo 276. & 277. totum negotium tenebris involvere studet Syndicus; se ipsum evidentius confundit, dum, propria confessione, liberos & haeredes istius Landtgraff, feudum cum reliquis allodialibus in communem divisionem haereditatis, nulla sexus discretione habita, contulisse; & feudum sorori, non fratribus Emmerico & Hermanno Landtgraff obtigisse, prodit.

Quo loco, fatui fuissent fratres, quod sorores ad divisionem, existentibus allodialibus, admisissent, nisi notorium fuisset, Feuda, more regionis, non recta, sed promiscua successione utrivis sexui deferri. Constat enim feuda recta, nec in collationem filiarum, nec in divisionem, imo nec in legitimam venire, Fachinaeus *lib.* 4. *controv. cap.* 23. *& lib.* 7. *cap* 44 46. *&* 47 356.

Sed risu magis, quam admiratione dignum est, quod Syndicus suo more, articulo 278. & 279.

279. confirmationem istius divisionis singulari gratiæ adscribere, non veretur; ubi tot fratres, qui Dominum à Commisso, posita: nequaquam vero concessa recta, Longobardici feudi, natura, procul dubio excluderent, intercedunt: & ita Domino nullum jus apertum fuisse potest.

Contra potuit enim scire Syndicus, verba literarum Principis, uff beschehenes unterthienigst ansuchen und bitten, feudi naturam non mutare, sed, uti verba mere Enunciativa, nil operari Ro-
357. ta *decis.* 11. *n.* 1. *de Jure Patronatus l. epistola, & ibi* Bart. *ff. de pactis l. Titia cum testamento ff. de legat.* 2. *l. ex hac de donationibus*; ut toties crambem ter coctam repetere non fuisset opus.

358 Quandoquidem indubitato Jure constat, Vasallos, sine consensu Domini, Feudum dividere posse, *c.* 1. §. *omnes filii si de feudo defuncti controvers. & c.* 1. §. *præterea de prohib. feudi alien. per Frederic.* Zas. *p.* 9. *n.* 40. Rosent. *c.* 9. *concl.* 77. & 81. Vult. *de feud. c.* 10. *n.* 88. *edit. nov. n.* 152.

Quamvis enim, hoc loco, solius Metropolitici relationi, etiam de hac Enunciatione, absque
359. probatione non stetur; attamen certum est; positis, non concessis terminis, verba Enunciativa contra tertium nihil probare, Frederici Sen. *consil.* 64. *vers. talia verba*, Philip. Decius *cons.* 576. *n.* 10. Ruin. *consil.* 44. *n.* 6. *vol.* 5. Hypolit. Riminald. *consil.* 242. *n.* 161. *vol.* 3. Laur. Kirchovius *in auth. si quis in aliquo. numero* 14. *C. de edendo.* Cothm. *resp.* 68. *n.* 55. *vol.* 1.

Præter hasce Syndici Adversarii, in suis multiloquiis proditas confessiones, probarunt in actis Pares Curiæ, n. 107. in Centuria vero prima Krumbstab n. 77. Theodoricum Berck hoc feudum Treven Bertramo von der Lyp, condicto Hoen, vendidisse; illamque venditionem à D. Feudi sub generali & consueto clementiæ elogio, nulla difficultate, confirmatam fuisse: convincunt acta sub num. 107. referente Krumbstab num. 77. hac forma.

Wir Herman, 2c. bekennendt, 2c. als unser lieber getreuer Diederich Berg, von Emmerich, das Hauß zu Treven, 2c. von uns zu Lehen eingehabt, und nun folgendts dasselbe Hauß unserem lieben getreuen Bertram von der Lip, gnt. Hoen verkaufft, in Krafft, welches Kauffs, uns auch solchs Hauß, 2c. auffgetragen, und geboden, solchen Kauff zu bewilligen, und gemelten Bertram Hoen damit zu belehnen, 2c. daß wir dannoch uff fleißige Bitt, gedachtes Diederichen solchen Kauff bewilligt, 2c. Anno 1529.

Similiter sub. n. 108. alias 78. sine ulla difficultate & nullo scrupulo moto, Archiepiscopum Salentinum, illius Emptoris filiam de eodem feudo, Anno 1560. investivisse; demonstratur sequentibus verbis.

Wir Salentein, 2c. thuen kundt, daß wir unseren lieben getreuen Reinharden von Raspelt, an statt und von wegen seiner Haußfrawen Annen von der Lip gnandt Hoen, mit dem Hauß Treven, 2c. und etwan Bertramb von der Lip gnt. Hoen, gedachter Annen Vatter selbiges mit Verwilligung Weylandt unsers Vorfahren an sich erkaufft Anno 1560. &c.

Nec ibi diu hæsit, sed iterum à Raspelt per filiam Beatricem ad Johannem Eckardt, condictum Balduin, fœminea successione devolutum est n. 79. in actis 109. testante hoc summario extractu. Von Gottes Gnaden, 2c. Wir Ernst, 2c. Als wir heut dato &c. Johan Eckberts gnant Baldewin, in Nahmen und von wegen Beatricen von Raspelt, seiner Haußfrawen, mit dem Hauß Treven, 2c. in aller massen 2c. etwan Bertram von der Lip, und Reinhardt Raspelt, darnahe dasselbe zu Lehen empfangen und getragen, gnedtlich belehent haben, 2c. Anno 1609. Jahr.

Septem igitur familias, Revell, Buderach, Landtgraff, Berck, Hoen, Raspelt & Eickardt, hoc feudum, legitime, intra centum annorum spatium, possedisse, deprehenditur, & tamen notorium consuetudinis promiscuæ successionis adhuc negare audet Archiepiscopalis Syndicus?

360. Alldenderne feudum Coloniense, an olim à speciali familia ejus nominis possessum fuerit, quæ
Alldenderne. Hastiludio 3. & 26. nomina sua dedit, & die Freyen von Dern appellati sunt, curiosis investigandum relinquo. Quod vel ea probalilitate adjuvari videtur, quod in eodem Hastiludio plures nostrates, videlicet, Harph, Walpott, Drachenfelts, Quaedt, Staffel, Forst, Leeraedts, Schillinck 2c. Munstero teste Anno 1436. interfuere.

Cæterum ex Investitura sub n 162. per Pares ad Acta exhibita, feudum Alldenderne per Joannem Schwantzbelle, sub Archiepiscopo Frederico, Henrico Sontag, absque ulla controversia venditum, & deinde per filiam istius Sontags, ad Hermannum Laer ejus maritum devolutum, sed ab eodem donatione in Engelbertum Haner translatum esse, liquide probatum est, his pene verbis.

Wir Robert, 2c thuen kundt, 2c. So wilne Johan Schwantzbelle, 2c. den Hoff Alldenderne unsers Stiffts Lehen, wilne Henrichen Sontag, verkaufft hatte, derselbe dan auch, 2c. von uns zu Lehen empfangen hatt, und nun durch Dorotheam Sontags des vorß: Henrichs Dochter an, 2c. Hermannen Laer ihren Haußwirdt und eheligen Man gekommen ist, der den vorß: Hoff, 2c. uns auffgegeben hat zu behoeff, 2c. Engelberten Haner, welche uffgifft wir umb flehentlich pitten willen deß vorß Hermannen von Laer und Engelberten vorß: von sonderlichen Gnad uffgenohmen und zugelassen haben, 2c. Anno 1470.

Frustra autem ex adverso obmovetur in hac ultima translationis singularis gratiæ concessione mentionem fieri, tum, quia, ut supra vidimus, jactabunda enunciatio nihil disponit; quia nihil adfer-

adfertur; in quo puncto constiterit illa gratia, quæ potuit verbi gratia in personæ qualificatione, vel remissione contemptus Domini, consistere: tum, quia superius alia alienatio & devolutio ad fœminam, absque difficultate, admissa fuit: tum denique, quia non est novum, Cancellariam jactabundas gratias, Vasallis extra rem obtrudere, quod Syndicus deductionali 252. diserte fateri debuit.

Muedersheim (quod primogenitus propriam ejus nominis familiam, ut communiter fit, habuit) à diversis familiis possessum fuisse, Rawe von Oußheim, Olmussen gnt. Mulstron, & Kindsweiler: non abnuit, sed in deductionali 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. confitetur Adversarius; & insuper in actis sub investituris n. 141. 142. & 143. probatum existit. 361. Muedersheim.

Nec habet, quod contradicat Syndicus Adversarius, nisi quod putet non esse satis, quod feudum à socero ad generum transeat, nisi etiam exprimatur filiæ, quasi personæ qualificatæ mentio: alias cessiones ejus contemplatione factas non considerari, & quasi non potius successio naturalis & necessaria quam accidentaria & contingens præsumenda esset, aut quasi realis datio sine verborum pompa, non esset ejusdem cum reliquis efficaciæ?

Sed hujusmodi alias per se, judicio discretorum virorum nimis inania diffugia, per ipsius Syndici confessionem sub deductionali 10. ibi als Lehens recht und Gewonheit ist, zu belehnen, satis redarguitur, Pauwinum, de quo sermo est, non ex speciali gratia, sed juxta jus consuetudinarium investituram petiisse.

Eligat itaque nunc Syndicus Metropolitanus, utrum investituram illam jure dotandi filias, an vero donandi, etiam uti extraneo subsistere velit, & utrovis modo proprium jugulum feriet, ac alienandi potestatem liberam, de qua agimus, concedat, oportet, idque jure & consuetudine feudali in instrumento expressa.

Non enim Domino honorem requisitionis, etiam supplicis negamus, ita, ut etiam ea contempta, commisso locum fore arbitremur, sed extra terminos nostræ controversiæ consuetudinem alienandi ejus potentiæ reor (ego Referens, aliorum judicio salvo) quod in casu, quo idonea persona Domino præsentetur per consuetudinem hanc alienandi (& magis per alienandi clausulas venditionum instrumentis insertas) manus Domini ad investiendum ligatæ sint, ut videmus in jure patronatus fieri, ubi collatori manus sunt ligatæ, dum patronus idoneum ad beneficium præsentat. *c. significasti x. de jure patronatus argumento* §. *similiter in c. unico de leg. Corradi, &c.* 362.

Mecum sentit, & in Franconia servari, testatur Bern. Wurmserus *tit. 51. obs. 15. & 16. in Delphinatu*, Guido Papæ *decis. 415. Nisi ex causa.* Mar. Freccia *de feud. lib. 2. n. 13. & 77.* Hart. Hartmanni *lib. 2. tit. 54 obs. 37. n. 4.* Fred. à Sande *tract. 2. tit. 2. de jure vasalli c. 1 n. 7. p. 291.* Anton. Corsetus *sing. incip. licet feudum non possit &c.* Bart. *in l. murilegulis c. de murilegulis lib. 11.*

Nova Syndico Coloniensi in deductionali 32. confessio excidit, qua confitetur sororem Joannis de Graffin Veste, in collationem & divisionem feudalium bonorum admissam esse, dum incaute allegat, querimoniam, qua is feudum sibi soli alias competens, rigorosius æstimatum esse plangit; cum tamen, hoc loco, in illa facti vel juris quæstione, an masculus cum fœmina simul admittatur, non versemur; sed in illa, an fœmina in masculorum defectu ad exclusionem Domini admittenda veniat? cardo negotii vertitur. 363. Jan de Graffin Veste.

Nam in feudis etiam fœmineis, masculos in concursu excludere fœminas, etiam in pari gradu, in propatulo est, uti pleno cornu tractavit Vultejus *lib. 1. de feud. cap. 9. n. 49. nov. edit. n. 66 & consil. 11. n. 127. vol. 4 text. in c. 1. §. quin etiam Episcop. vel Abbatem & c. 1. §. fin. ff de success. feudi.* Fachinæus *lib. 7. cap. 42. & 43.* 364.

De eo potuit itaque frater, absque præjudicio hujus causæ, lamentari, qui tamen, illo loco, non de excludenda in totum sorore, sed de moderatione in æstimatione dotis adhibenda agit, quam, si jus scriptum sequeremur, totaliter excludere potuisset.

Eo itaque angustiarum redigitur Syndicus Metropoliticus, ut in tam elumbibus argumentis præsidium & deploratæ suæ causæ evanidum colorem quærere cogatur, speretque nihilominus sese Vasallis redimendæ veræ gratiæ quicquam extorturum.

Restat nunc ex feudis in libello exempli gratia specificatis, domus feudalis in Gleen, Fleckenhaussen nuncupata, quæ quamvis ad Curiam Archiepiscopalem non spectet; sed tantum in Diœcesis territorio sit sita, & à Comitibus de Salm, ac Dominis de Reifferscheidt & Dick dependeat, & moveatur, quod tamen dominium Dick, immediate ab Imperio, non ab Archiepiscopatu dependet; contigit tamen, cum feudum illud ex defectu masculæ prolis ad ultimi Vasalli Fleck von Baelen, filiam Margaretham successione devolveretur; Comesque feudum, uti jure communi scripto sibi devolutum, occupasset, quod Archiepiscopus Coloniensis, istam devolutionem non ferens, filiam ad possessionem feudi, expulso feudi asserto Domino, restituerit, nulla alia motus ratione, quam, quod allegaretur in Diœcesi Coloniensi, & consequenter in Gleen, non esse ulla feuda masculina, in rerum natura, cujus contrarium nunc sustinet Archiepiscopus. 365.

Et licet Syndicus hujusmodi narrata articulo 70. 71. 72. & 73. libelli complexa, uti facti alieni, sibique ignoti, suo more, in responsionibus primis negare non sit veritus, attamen res est tam manifesta, ut ob notorietatem probatione non egeat.

Est

Est enim notorium facti permanentis, domum istam adhuc hodie priscum nomen Gleckenhauß retinere, illudque etiamnum, non per familiam Gleck, sed per Joannem Wilhelmum Hall, istius unicæ filiæ Margarethæ maritum possideri, nulla etiam tergiversatione celari potest, id, quod, nostra memoria, inspectante, & mirante tota Regione, vidimus & audivimus, occupationem, authoritate Archiepiscopi, manu militari factam, filiamque, ac ejusdem Maritum, restitutos, in quieta possessione perseverare.

Frustra itaque Syndicus Archiepiscopalis ad diverticulum labitur, quod juxta deductionalem 133. verificationem narratorum, publica fama notoriorum narratorum verificationem, & personarum Interessentium qualificationem exspectare velit; Quandoquidem constitutus in possessione: imo ab ipso Principe immissus non tenetur personam suam qualificare *l. cogi ff. de petit. hæredit.*

Hoc casu præsertim, ubi deprehenditur filia in possessione, juxta illud *D. Pauli, Si filius ergò hæres, ad Galatas* 4. & sic qualificatione personæ non est opus, cum possessio, præsumptione sua onus probationis rejiciat in Adversarium, *l. circa ff. de probat. l. vis ejus* C. *eod. libertus* §. *ult. ff. de liberali causa.* Menoch. *d. præsumt.* 69 *in pr. lib.* 6.

Efficitur igitur, Syndico Adversario onus probandi incumbere, cur filia illa Gleck in Diœcesi Coloniensi succedat & successerit, excluso Domino, in feudo, si feuda hujus Diœcesis regulariter juxta Jus Lombardicum sint ejus naturæ, quod Fœminæ eorum non sint capaces, cui fateatur necesse est, vel hanc litem ex parte Archiepiscopatus injusto inviti fundamento: vel Dominum Comitem injuste de possessione domus illius esse dejectum.

Hactenus itaque intentio Parium Curiæ feudalis Coloniensis, ducentis circiter documentis [quorum 175. priora currente sine controversia, quantacunque potentia, vel arte impedito termino; ad acta palam exhibita fuere) remotis etiam iis, quæ in contrarium objiciuntur, clare, perspicue, & sufficienter probata esse convincitur, ubi etiam vel una Ernestina Confessio, vel solæ res judicatæ, inter cætera adductæ, ad probationem tam notoriæ consuetudinis sufficere potuissent. Ubi e converso, Syndicus Adversarius in tenebris micare, ex occlusa obserataque capsa panicum timorem ciere, & terrorem inanem incutere, & prius de effluxo Compromisso, propria authoritate triumphum canere, quam arma producere maluit.

Quamvis enim ex hac parte etiam investituræ illorum feudorum, quorum Curiæ sub aliorum Principum districtu sitæ sunt, in argumenta tracta sunt, non tamen potest Syndicus per hoc, quod in nonnullis Jurisdictio sit aliena, horum argumentorum aciem retundere, cum juxta communiorem ac rationi viciniorem opinionem Jus succedendi in feudis (præsertim ubi contractus in ipsa

365. Curia invenitur celebratus, Gœddæus *consil.* 37. *n.* 806. *lib.* 4. *Marp. consil*) ex consuetudine Curiæ feudalis magis, aut potius, quam rei sitæ videatur metiendus, *c. Imperialem* §. 1. *de prohibita feudi alienat. per Freder. & c. c. tit. an apud Iudicem vel Dominum &c.* licet Dominus Rosenthal. præponat forum rei sitæ, foro Curiæ *cap.* 12. *concl.* 7. *n.* 7. *gl. f. &c.* 1. *concl.* 14. *num.* 21. *&* 25.

Si autem Syndicus hoc ipsum negare, illamque potestatem suo Domino, infausto suo servitio abrogare voluerit, tamen, pro suo proposito, parum, aut nihil rei fecisse deprehenditur; quandoquidem Vasalli sub vicinis destrictibus commorantes, non habent, quod illa exorbitantia privatæ executionis privilegia timeant, sed ad Dominos Jurisdictionis recurrent, ibique plus præsidii, quam ex pacto istius Compromissi, sperare possunt.

366. Vasalli itaque hoc loco rectius consuetudinem admittendi ad feuda fœminas, ad exclusionem Dominii, ad Curiam ipsam magis, quam loci situs adstringendam, contendunt, & ab omnibus contribulibus causam faciunt esse communem, quandoquidem universalis, ut & in definita enuncia-

367. tio nihil excludit *l. si chorus ff. de leg.* 3. *l. cum quærebatur ff. de verbor. signif. l. si servitus ff. de servitut.*

368. *urb. prædior. l. si plures & l. Julianus ff. de legatis.* 3. Maxime, ubi eadem militat ratio, ut hic, prout Syndicus Adversarius rationem diversitatis dare nequit. Castrens. *consil.* 153. *n.* 3. *lib.* 1. *& consil.* 176 *n.* 2. *lib.* 1. Alex. *consil.* 26. Card. Tusc. *tom.* 4. *lit.* I. *n.* 1. *&* 2.

369. Meminisse interim debet Syndic. Domini, feudalem recognitionem non tribuere superioritatem. Gœd. *d. consil.* 37. *n.* 8. 9. *& alibi n.* 49. Guido Papæ *decis.* 518. *versic. non obstat.* Hart. Pistor. *quæst.*

370. 15. *n.* 33. *lib.* 1. Andr. Knichen *de vestit. pact. part.* 2. *n.* 5. *n* 140. Item Juramentum fidelitatis ratione territorii, longe abinvicem differre, graphice [ut omnia docet, Vult. *lib.* 1. *de feud.* 6. *n.* 5.

371. Quamvis enim alias, concedens alicui Castrum vel Civitatem in feudum, altam jurisdictionem, quam ipse habuit, concessisse videatur; licet de ea mentio facta non sit: imo etiam merum mixtumque Imperium dedisse, videatur Bart. *in l.* 1. *ff de jurisd.* Joannes Andr. *in additione ad speculatorem de jurisd.* §. 2. *vers. sed quæ mera &c.* Hostiensis *in summa* x. *de offic. de leg.* §. *delegari circa fin.* Bal. *in d. c.* 1. *de Capitan. qui Curiam vendidit &c. gl. in clem. verbo omnimodam.* x. *de foro competenti.* Geil. *obs.* 62. *n.* 9. Vult. *consil.* 25. *n.* 123. *vol.* 4.

372. Quia beneficia Principum quam latissime interpretanda sunt *l. fin.* C. *de constit. principum l.* 3. *ff. ead. l si quando C. de inoffic. testam. l.* 2. *C. de noxal. act. cum dilecti de donat c. quia circa de privi. & c. cum olim de verb. signif. ubi de solius Principis concedentis præjudicio agitur.* Jas. *in l. fin. n.* 19. *ff. de constit. Princ.* Oldr. *consil.* 50. *in fin. vers. non obstat.*

Secus

Secus tamen est in converso, quando quis bona sua allodialia, domum, vel arcem recognoscit, alicui Principi in feudum: Hoc enim casu, non censetur Jurisdictionem suam, quam ibi habet, nisi hoc exprimatur; fecisse feudalem, nemo enim præsumitur donare, vel nimium esse liberalis *l. cum ne in debito ff. de probat.* Gœdd. *d. consil. 37. n. 61* Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 9. per tot. & in fine lit. e cap. 6. concl. 68. in gloss. gg. vers. sed hic ubi constat. &c.* 373.

Quia in tali Recognitione, non nisi ea, quæ expressa sunt, veniunt: tum, propter communem libertatis præsumptionem *l. altius l. si in ædibus* C. *de servit.* tum, ob communissimam juris Regulam, quod quilibet se, suosque in quam minimo gravare voluisse, præsumitur *l. semper in stipulationibus ff. de Reg. Juris l. semper in obscuris p. tit. & eod. tit. in 6.* 374.

Tum, quia investituræ, & pacta feudalia sunt stricti juris, ideoque strictissimè interpretanda, Laurent. Sylvanus *de feud quæst. 4. in fin.* Wesenb. *de feud. c. 1. n. 8. & seqq.* Clarus §. *feudum quæst. 6.* Alvarot *c. 1. de feudi cognit. &c.* Cacheran. *decis. Pedem. 23.* Curt. Jun. *p. 1. quæst. 9.* 375.

Ideo investituræ, ultra ea, quæ sunt expressa, extendendæ non veniunt, *l. si unus §. ante omnia l. tres fratres, & l. qui in futurum ff. de pactis l. qui cum tutoribus §. fin ff. de transact.* Modestin. pistor. *consil. 1. n. 29. & consil. 29. n. 10. consil 35. n. 7. 7. vol. 1.* Wesenb. *consil. 3. n. 29. & consil. 51. n. 4. per l. od probandum ff. de probat.* Roland à Valle *consil 39. n. 5. vol. 1.* 376.

Quapropter posset Syndicus Archiepiscopalis, si placebit per otium, aut oblata opportunitate, absque exprobatione Vasallorum (quos ubique in invidiam & odium apud Dominum trahere contendit) apud se ipsum dispicere; an Domini in Saffenberg & similes, quando domum Gelstorff, cum muris, sua recognitione fecerunt feudalem etiam jurisdictionem simul, quam ibidem habuerunt, in Archiepiscopum transtulerint, ac sese Jurisdictioni Archiepiscopali subjecerint, ut idcirco etiam ad dictas Provinciales comparere teneantur? quo informis deductionalis 255. circa finem frustra collimat.

Quia itaque ex hactenus deductis, tam probatissimorum recentiorumque nostri climatis Doctorum autoritatibus quam tribus retro seculis, continuatis exemplis, demonstratum est; Feuda Coloniensia (ut & vicinorum districtuum) ab antiquis & antiquatis & Longobardicis, materia, forma, diffinitione, & effectu, & sic tota quasi fere, substantia dissidere; causam vero huic perniciosissimo dissidio, Jurisconsultos illos, qui quod in scholis, ex informi Jure Longobardico didicerunt, in foro (juxta Joannem Sande, fratrem Frederici, in præfatione ad tractatum feudalem Gelricum) assentandi forte animo, dediscere nolunt, dedisse; Consequitur Serenissimi Reverendissimique Principis intentionem, uti carioso fulcro nixam, Jure non subsistere Ernestinam vero confessionem & attestationem esse verissimam, continua praxi 300. annorum evidentissimam ac pro totius causæ decisione sufficientissimam.

Si itaque tandem aliquando præsens causa, simili rigore, qualem Reverendissimus Archiepiscopus, in devotos suos Fideles ac Vasallos durante controversia, exercuit, terminanda erit: metuo, ne Reverendissimus noster, non tantum generaliter tota causa, cum victoria sumptuum & expensarum, casurus sit: Verum etiam (tam ob privatam occupationem Castri Reinsheim, quam ob toties, toti Statui Parium Curiæ, in re tam notoria, Justitiæ, cum consensu Capituli Metropolitani, denegationem) tam ad restitutionem dicti Castri, & reliquorum bonorum, cum fructibus perceptis, & percipiendis, quam ad amissionem & privationem totius Juris Feudalis, imposterum condemnandus sit.

INDEX
RERUM ET VERBORUM IN OPERE HOC CONTENTORUM, PRIOR NUMERUS FOLIUM, ALTER NUMERUM MARGINALEM DENOTAT.

Abbatiæ Wedensis & Indiensis habent Vasallos principes p. 28. n. 93. 94.

Si acquirenti primo succedendum sit, jure Longobardico patruus magnus tam filium quam filiam excluderet p. 97. n. 26. E. feuda Longobardica nobis antiquata vel nunquam recepta sunt p. 97. n. 28. 29.

Actor est qui petit, non qui possidet, reis autem datur exceptio p. 8. n. 10.

Actor & reus in medio litis judicantur ad paria p. 51. num. 38.

Actus omnes justificantur per scientiam & patientiam Superiorum p. 110. n. 37.

Advocatus quidam se ob legem Aurelius damnatum est attestatus p. 122. n. 168.

Æquitas scripta in genere, rigori scripto etiam in genere præferenda pag. 123. num. 175. 176. 177. 179.

Agnatus remotior ab hominum memoria non exclusit cognatum proximiorem in hac diœcesi p. 13. num. 80.

Agnati ejusdem nominis & Clypei habent pro se præsumptionem p. 28. n. 70.

Agnati non sunt legitimi contradictores ad impediendum immissionem p. 60. n. 90.

Agnatis magis quam Dominis in feudis favendum p. 97. n. 24. 25.

Aldenderne *p. 162. n. 360.*

Alffter *p. 155. n. 322.*

Alienatio injusta condictione avocanda 33. n. 157.

Alienatio & infeudatio bonorum Ecclesiasticorum vetita p. 74. n. 82.

Aliud est feudum consistere in solo annuo reditu, aliud in bonis & eorum proprietate p. 80. n. 126. 129. 133. 134.

Alienabile semel alienabile semper p. 93. n. 55. 56.

Allegans privilegium præsupponit jus esse in contrarium p. 31. n. 131.

Alteri faciendum, quod nobis fieri volumus p. 32. num. 142.

Andreas Knichen testatur feuda Juliacensia esse promiscua p. 27. n. 67.

Angli fœminæ non tantum regnum sed etiam Pontificatum detulerunt p. 151. n. 306.

Antecedens qui vult, vult & consequens 109. n. 23.

Apostoli Episcoporum Patriarchæ, pauperes sine pera & baculo missi p. 74. n. 69. 70.

Arbitrorum est judicare de compromisso non partis alterutrius p. 5. n. 24.

Archiepiscopus instrumenta sua tantum dicis gratia verbaliter oblata publicari vetuit p. 4. n. 15.

Archiepiscopus male colligit octo terminos in unum. p. 5. n. 19.

Archiepiscopus nihil probavit, Vasalli omnia p. 5. n. 20. & seqq.

Archiepiscopus non potest sibi & judicaturam & executionem arrogare p. 5. n. 23.

Archiepiscopus actoris personam potius quam rei, sustinet p. 8. n. 8. veluti in judicio diffamationis, in quo diffamatus prius actor, post in principali fit reus 8. n. 9.

Archiepiscopus Coloniensis Justinens terminum probatorium effluxisse, ab omni probatione exclusus est p. 9. n. 18.

Archiepiscopus nullus totis 300. annis hisce putativis privilegiis ante modernum usus est p. 38. n. 196. anno 1608. 19. Sept. primum in præsentia 13. Consiliorum de usu eorum introducendo actum p. 38. n. 197.

Archiepiscopus in jure scripto absque respectu consuetudinis se fundare intendit p. 43. n. 30.

Archiepiscopus fatetur, filias esse veras feudi hæredes p. 132. n. 252.

Archiepiscopus denegat copias contra oblationem in comitiis factam p. 144. n. 286.

Argumenta Cothmanni contra autonomiam recensentur p. 32. n. 141.

Argumenta eorum, qui negant Clericos feuda habere posse maxime privatæ Ecclesiæ non cohærentia p. 74. n. 79. 81.

Argumentum à verisimili mente disponentium in omni dispositione valet p. 119. n. 132. 133.

Argumenta contrariæ opinionis ratione feudi emptitii refutantur p. 121. 122. 123. n. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 169. 170. 171. 172. 178. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 187. p. 124. n. 191. 192. 194. 195. 196

Aspernari in aliena persona quis non debet, quod in sua æquum putavit p. 4. n. 9.

Assertioni Principis de sua provincia consuetudine attestantis standum etiamsi superiores recognoscat p. 72. n. 42. 43. 48. 49. p. 81. n. 144.

Attestatio Ernestina omni exceptione major de feudis Coloniens. p. 70. n. 20. p. 71. n. 41. p. 72. num. 53.

Attestationi Consiliarii standum p. 72. n. 44. p. 73. n. 54. maxime in verbis per modum causæ prolatis, ita ut ne admittatur quidem probatio in contrarium p. 72. n. 45. 46.

Augustus Cæsar, ut primum fari cœpit, silentium ranis indixit p. 18. n. 6.

Authoritas Horatii & Caroli Magni laudatur p. 52. n. 49. 48.

B.

Bachheimb *p. 129. n. 237.*

Bachumb *p. 155. n. 323.*

Baculus & virga quomodo differant p. 74. n. 71.

Baculus inflexus in Scriptura fundatus à Syndico Episcopali frustra ridetur p. 74. n. 73.

Baculus

Baculus curvus Episcoporum designat potestatem coarctatam p. 88. n. 214.

Bedtbur *feudum constat octo plaustris annuis vini 300 marcis ab Archiepiscopo tandem redemptis p. 77. n. 108.*

Bedbur *p. 157. n. 330.*

Bergerhaussen *p. 158. n. 335.*

Bewestigut *significat rem hypotheca suppositam esse p. 80. n. 145.*

Blancketta signata, non prius obligant, quamiterum integra inspiciantur p. 34. n. 171.

Bornheimb *p. 126. n. 205.*

Bruno Archiepiscopus Coloniens. factus dux Lotharingiæ p. 91. n. 22. 24. 26.

Buchel *consiliarii Archiepiscopi testatur de consuetudine fœmineæ successionis p. 233. n. 254.*

Buischfeld *p. 235. n. 265.*

C.

Cæsar dat officia hæreditaria ducentibus, exemplum in Duce Juliacensi & Geldriæ p. 152. n. 308. 309.

Cancellaria hodie non ultimam tantum sed etiam primam investituram perperam exigit p. 43. num. 31.

Cancellaria Coloniensis affectat clausulas gratiosas p. 130. n. 243.

Cancellaria favoritis mutat stylum p. 161. n. 353.

Carst *134. n. 259.*

Casus aliquot tales in his actis probantur decisi p. 55 n. 67. 68. 69. 70. 71.

Casus qui frequenter evenit, prævideri potest & debet p 80. n. 130.

Catalogi feudorum translatorum p. 66. 67. 68. 69. n. 10. 11. 12. 13.

Catalogus emptitiorum feudorum expenditur per singularia exempla plurium alienationum p. 125. num. 203.

Causa limitata limitatum producit effectum p. 10. num. 36.

Causa cur Pontifex non utatur pedo Pastorali remissive p. 70. n. 27.

An causa feudalis sit in curia vel sub judice rei sita, agitanda p. 164. n. 366.

Censuarius multis annis canonem non solvens non privatur dominio p. 84 num. 173 174.

Census gravis alterat naturam feudi p. 131. n. 244.

Christus Dominus de virgine natus, non ideo minus fuit filius David & hæres sedis p. 11. n. 50.

Clausula generalis de appertinentiis (mit seinem zugehör *) restringitur tantum ad specificata & illis similia p. 36. n. 182.*

Clausula ex certa scientia non operatur nisi Principe de rei notitia plenissime informato p. 37. n. 192. 193. Etiamsi id factum dicatur, quia eadem facilitate potest induci Princeps ad inferendum istas clausulas p. 37. n. 194. 195.

Clausula salvo jure Ecclesiæ & cujuscunque non pertinet ad ea, quæ specialiter exprimuntur in instrumento p. 42 n. 23.

Clausulas assentatorias gratiæ ad decisiones juris feudalis adsciscere, periculosum est p. 47. n. 73.

Clausula mit Hand, Helm und Mund uffgetragen, *usurpata est olim in constitutione usufructus & redituum redimibilium p. 81. n. 143. 146.*

Clausula mit Hand, Helm, und Mund, *est imaginaria in reditibus, alias faceret ista clausula omnes reservativos & emphyteuticos p. 82. n. 147. 148. 149. n. 151. 152. 153 p. 84. n. 176.*

Clausula hæreditaria, alienationibus inserta, convincunt qualitatem hæreditariam p. 101. num. 54. 55.

Clausula, vor getreuer Brieffs inhabere, *indicat feudum mere hæreditarium p. 111. num 45.*

Clausula, hæredibus omnibus, plerumque feudorum emptionibus inserta arguit feudum hæreditarium & ad quosvis hæredes mares & fœminas ad extraneos transitivum p. 113. n. 57.

Clausula zum rechten Lehen, *non impedit successionem fœmineam pag. 128 n. 233. p. 151. num. 303. 304.*

Clausula hälter des Brieffs, *est mere hæreditaria p. 241. n. 273.*

Clausula feudi castrensis Burglehen *p. 150 n. 297.*

Clerici & mulieres in feudis pari passu ambulant p. 75. n. 80.

Cognatus proximior hodie excludit agnatum remotiorem contra scriptum jus feudale p. 13. n. 75.

Cognati jus suum negligentes, sibi non aliis nocent p. 45. n. 58.

Collaterales apud Saxones nec dum succedunt, nisi in simultanea investitura comprehensi p. 12. n. 60.

Collaterales, etiam ab acquirente non descendentes, generali Germaniæ consuetudine ad feuda admittuntur p. 28. n. 73.

Colonienses cum Trevirensibus aliisque vicinis ab antiqua Lotharingia avulsi, mores feudales retinuerunt p. 9.. n. 20. p. 91. n. 27.

Compromissum an expiraverit, judicis, non partis, judicium requirit p. 4 n. 11.

Compromissum conditionaliter, vel sub certo modo, terminos ab initio ordinavit utiles p. 4. n 16.

Ex Compromissi contextu demonstratur, id finitum non esse, aut saltem reiterandum, vel implorandum judicem ordinarium p. 5. n. 31.

Compromissa sunt strictissimi juris p. 9. n. 25.

Compromissum hoc, de facto consuetudinis conceptum est p. 18. num. 3.

Composita naturam simplicium retinent p. 47. n. 71.

A Commisso, ex causa feloniæ ad successionem perperam infertur p. 46. n. 61.

Complexio feudistarum rigidorum esse videtur, quæ est vasis acetarii, ut quodcunque in fundis acescat p. 85. n. 186.

Comites Arensbergii dederunt Archiepiscopo Colon. jus gladii in urbe Colon. p. 91 n. 25.

Comitissa septem una die simul investita in curia Coloniensi p. 128 n 228.

Concessum tantum, quantum expressum p. 31. n. 124.

Concedens castrum in feudum, etiam altam jurisdictionem, quam habuit, concessisse videtur p. 164. n. 371. 372. Secus est, è converso, quod cognoscens castrum in feudum, non cognoscit jurisdictionem, nisi hoc dicatur expresse n. 373. 374.

Conditio impedita per adversarium habetur pro impleta p. 3. n. 2. maxime in rebus magni non autem minimi præjudicii p. 4. n. 3.
Conditio probationis pro completa habenda ubi ipse adversarius implementum impedit. p. 49. n. 12.
Confessio Ernestina sola ad victoriam sufficit. p. 5. num. 22.
In Confirmatione generali non comprehenduntur, quæ quis in specie non esset concessurus p. 37. n. 190.
Conjecturis in claris & certis non est opus p. 45. num. 53.
An Consensus Domini in feudo alienabili iterum requirendus? p. 108. num. 18.
Consensus in ipso actu intervenire, non sequi debet 136. n. 272 p. 161. n. 349. 350.
Consuetudo contraria tempore petitorum privilegiorum viguit 32. n. p. 130.
Consuetado admittendi fœminas tam est rationabilis, ut tempore compromissi de ea non sit dubitatum p. 9. n. 26. 27.
Consuetudinem fœminas ad feuda admittentem, corruptelæ accusare mirabile & absurdum est, p. 18. n. 2.
Consuetudo etiam rationalis in feudis, nisi peccatum nutriat, valet p. 18. n. 4. imo & ludicra Servitia, ut ranis imponere silentium, alaudam curru vehere & rusticam cantilenam vel cytharæ subsistere n. 5. 7 8.
Consuetudo fœminas ad feuda admittendi, uti legitima, nequaquam vero corruptela multis provinciis usitatissima, quæ recensentur p. 26. n. 41. 42. usque ad 63.
Consetudinem tam generalem quam in specie Coloniensem attestantur diversi Doctores p. 65. n. 3.
Consuetudo specialis derogat generali p. 65. n. 4.
Consuetudo in antiquis probatur per solam famam p. 70. n. 24.
Consuetudines feudales Longobardicæ, licet sint in Scholis receptæ, non tamen ideo valent in foro, nisi ibidem etiam recepta p. 87. n. 206.
Consuetudo nihil est aliud quam consuetudo, & ideo nihil valet, nisi in foro recepta p. 87. n. 205. 207. 208
Consuetudo viciniæ consideranda in dubio, quæ communicationem consuetudinis operatur p. 89. n. 2. 6. p. 91. n. 38.
Consuetudines feudales, excludentes fœminas in defectu masculæ sobolis, sunt odiosæ p. 94 n. 68.
Ad Consuetudinem introducendam quatuor requiruntur p. 94. n. 76. in ea nec titulo nec fide bona opus est. p. 94. n. 77.
Consuetudo alienandi extendit se etiam ad feuda nunquam alienata p. 110. n. 32. p. 110. n. 36. 38. 39 40 41. 43. usque ad 85.
Consuetudo specialis non vincit legem generalem extra illam speciem p. 120. n. 140. 141.
Consuetudo dotandi filias ex feudo p. 145. n. 288.
Consuetudo alienandi feuda ligat Domini manus, quod teneatur investire idoneum invitus p. 163. num. 362.
Contentio quando est inter Dominum & Vasallum pares sunt judices necessario p. 41. n. 18.
De contingentibus futuris non est determinata veritas pag. 150. n. 300.
Continuatio infeudationis magis quam nova institutio permissa p. 75. n. 89. 90.
Contractus non interpretandi contra verisimilem mentem contrahentium pag. 76. n. 97. p. 84. n. 180. p. 85. n. 185.
Contractus iniqui feudistici resolvuntur ex imaginaria venditione in mutuum usurarium p. 80. 81. n 135. 136.
Contrahentes à Stylo curiæ recedentes, sibi, non aliis præjudicant 97. n. 20.
In Contractibus requiritur concursus consensus utriusque p. 119. n. 137. p. 120. n. 142.
Contractus feudalis in curia celebratus fundat ibidem jurisdictionem p. 164. n. 365.
Contraveniens privilegio in faciendo consistenti, illi renunciare videtur p 38. n. 198.
In Controversia omni feudali ad tenorem investituræ recurrendum maxime primæ p. 48. n. 2.
Corollarium Ecclesiæ præter vitam æternam in centuplum promissum & datum p. 75. n. 82.
Creutzberg, p. 126. n. 208. p. 150. n. 279.
Curia Geldriensis, fœminas jure Coloniensi investit p. 29. n. 95.
Catastrophe similis metuenda ad similem culpam, p. 51. n. 34.

D.

Datum mulieri à cognatis viri vel contra non venit in acquestus p. 62. n. 99.
Decisio quæstionis non ita pridem in vicinia mota p. 60 n. 94.
Definitio feudorum Coloniensibus feudis non convenit p. 73. n. 55.
Definitio feudi p. 94 n. 75.
Delictum in viris illustribus non præsumendum p. 80. n. 132.
Denominatio à majore parte sumenda p. 87. n. 210.
Denominatio fit à potentiori p. 90. n. 17.
Descendentes cujuscunque sexus in feudo hæreditario sine dubio succedunt p. 96. n. 15.
Determinatio una respiciens plura eandem eis tribuit qualitatem p 110. n. 42.
Deus promisit Evangelizantibus verbum Spolia gentium & dedit p. 73. n. 58.
Dicens speciale & non probans confunditur p. 156. num. 325.
Dicere non sufficit ubi probatione opus p. 41. n. 9.
Dictum Antiochi 3. Regis Asiæ laudatur p. 34. num. 167.
Dictum Iserniæ laudatur p. 46. n. 68.
Dictum M. Antonii Imperatoris laudatur p. 52. num. 46.
Dictio NISI, est adversativa præcedentium p. 117. num. 110.
Dickhoff vel Harbuscherhoff p. 141. n. 277.
Diplomata prætensorum privilegiorum ad hoc compromissum non pertinent p. 9. n. 21.

Diplomata

Diplomata Cæsarum magis probant quam pernegant consuetudinem p. 31. n. 122.
Diploma Monasteriensium ac declaratio discretionis circa feuda p. 89. n. 4.
Dirmersheim *p. 161. n. 345.*
A Disparatis & pluribus particularibus perperam infertur p. 116. n. 104.
Dispositio generalis restringitur juxta rationem & causam p. 116. n. 102. 103.
Dispositio generalis non extenditur ad non verisimilia p. 37. n. 191.
Ditio Thuringica, Coburgica, Hennebergica promiscua feuda habet p. 28. n. 68.
Diversitas nominum diversitatem rerum indicat p. 20. n. 28.
Diversitas nominum diversitatem rerum & naturam importat p. 74. n. 66.
Diversitas facti diversitatem juris operatur p. 79. num. 119.
Divisio feudorum in hæreditariam & non hæreditariam non à textibus sed Doctoribus est inventa p. 117. n. 106.
Documenta Syndici consistunt tantum in concertantium allegationibus p. 40. n. 5.
Doctores de consuetudine Coloniensi testantes referuntur p. 93. n. 64.
Doctoribus legentibus magis quam consulentibus credendum, nisi contra partem respondeant pag. 120. n. 145. 146.
Doctores rationes dubitandi, initio cumulantes suspensum tenent lectorem p. 9. n. 21.
Dominus feudi edere tenetur investituras & documenta communia, & contra p. 4 n. 5
Dominus & Vasallus ad paria judicantur p. 4. n. 6. p. 49. n. 15.
Dominus in diversitate rami se fundans, eam probare debet p. 28. n. 71.
Dominus etiam secundum multorum opinionem feudum devolutum proximiori dare obligatur p. 32. n. 138. præsertim in feudis Ecclesiasticis num. 139.
Dominus non potest privare successorem ob fœloniam defuncti 46. n. 64. nec alias si absit contumacia vel dolus p. 46. n. 65. 66.
Dominus feudi denegans justitiam caret omni jure p. 49. n. 13. Et privatur proprietate n. 14.
Dominus hoc loco nimia multitudini occurrere potuisset p. 51. n. 36. 39.
Dominus distinguens feuda in tria genera, recusavit classes singulorum declarare p. 51. n. 40.
Dominus cum Vasallis benigne als mit lieben getreuen, *non ut cum infensis agere debet p. 52. 45.*
Dominus factum ministrorum præstare tenetur pag. 59. n. 86.
Dominium directum hodie etiam in feudis transire posse, ut hoc casu factum est 62. n. 98.
Dominus investiendo mulieres aliquid de suo jure remittit p. 92. n. 51. p. 93. n. 60.
Dominus, qui consuevit assensum dare, consentire videtur, alias injuriam Vasallis faceret p. 108. n. 15. n. 16. 17. 19. 20. 21. 22. p. 109. n. 23. 25. 26. 29.
Dominus consentiens impignorationi sibi præjudicat non obstante clausula, salvo jure Domini p. 116. 103.
Domini tenentur amissum castrum feudale restituere p. 246. n. 291.
Dominus in suum præjudicium potest mutare feudum masculinum in fœmininum p. 150. n. 298.
Dominus non potest mutare feudum promiscuum in masculinum invitis interessentibus p. 125 num. 202. 203.
Drachenfels *p. 144. n. 284.*
Ducibus Juliæ non est consultum, prætendere feuda suorum Vasallorum esse masculina, ne sibi ipsis præjudicium faciant p. 27. n 64 nam dispositum in capite ad membra quoque aptatur p. 27. n. 65.

E.

Ecclesia est cultrix justitiæ p. 19. n. 15.
Ecclesia præ aliis fovet justitiam, ideo fœminas à successione non excludit p. 70. n. 17.
Ecclesia, teste D. Augustino, non potest recipere bona parentum ad privationem filiorum p. 76. num. 96.
Editiones binis decretis adjudicatas, & à parte verbis oblatas, denegari, à ratione deviat p. 5. n. 23. & seqq.
Ehrenstein *p. 128. n. 230.*
Ehreshoven *p. 141. n. 279.*
Eickerhoff *p. 161. n. 353.*
Electores quasi reges p. 72. n. 47.
Elinckhoven *p. 158. n. 335*
Emptio & datio pecuniæ in feudis, eorum naturam in successione mutat p. 117. n. 108. 109. 111.
Enunciatio universalis & indefinita nihil excludit p. 164. n. 367. 368.
Episcopo Hildesiensi non profuit cautela c. n. §. sed diversum de alienat feudi & quare p. 51. num. 30. 31. 32.
Episcopi in forma gregis suos pascere non secundum dominatum gentium rigorose tractare minus deglutire debent p. 74. n. 76.
Episcopatuum finis præcipuus, animarum ad pascua, non armatorum ad prælia deductio 90. n. 10
Erb Empter *151. n. 305.*
Erb nehmen *verbum quid* Nachkommen *p. 160. num. 348.*
Erblehen *importat aliquam feudi naturam ac servitutem, quæ ad rem liberam propius accedat p. 47. n. 70.*
Erblehen *ad quosvis hæredes transit p 98 n. 31.*
Erlongus Episcopus Herbip. primus gladium sibi anteferri curavit quod alii imitati p. 91. n. 37.
Etgenhoff *p. 157. n. 329.*
Ernesto Sereniss. in legatione attestanti præ omnibus fides est adhibenda p. 13. n. 79.
Error Syndici Archiepiscopalis pag. 42. n. 19. 20. 21. 22.
Eventus posterior formatur à primordio tituli pag. 49. num. 6.
Exceptio firmat regulam in non exceptis p. 91. n. 29.
Exclusio fœminarum conservationem filiarum magis quam emolumentum Dominii respicit p. 90. num. 14.

Exorbitantia similes alibi probata & confessata pag. 47. n. 75.

Expositio Psalmi 67. p. 73. n. 59.

Expositio Psalmi 22. p. 74. n. 72.

Expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur: & vocabulum hæres interpretandum secundum subjectum materiam p. 8. n. 10.

Expressum dicitur, quod expressi est consequens p. 81. num. 141.

Expressum dicitur: quod in necessarium consequens vel antecedens venit p. 124. n. 188.

Extraneus propinquior excludit remotiorem sanguinis p. 13. n. 76. n. 85. 86.

F.

Facultas testandi convincit feuda nostra, mere esse hæreditaria p. 98. n. 33. 34.

Facultas testandi in toto hoc Belgio per Ottrojas frequentatur p. 14. num. 89.

Familia Harff ante annos plurimos frequentavit crebro solennia hastiludia p. 11. n. 54.

Familiæ similes hodie perdurantes numerantur p. 11. n. 55.

Fœmina non inficit partum. quia omnes de fœmina nascimur p. 11. n. 47.

Fœmina succedit in feudo, cujus servitium præstare decenter poterit, etiam de jure feudali scripto p. 12. n. 63.

Fœmina sequiorem masculum, moribus nostris excludit, etiam in feudis dignitatum p. 13. n. 77.

Fœminas in feudis succedere, accuratius loquendo, non potest vere dici esse contra jus Longobardicum p. 19. n. 19. nam contra jus esse dicitur, quod jus prohibet, aut improbat n. 20. non quod ratum habet, aut cui formam præscribit n. 21.

Fœminæ succedunt in feudis potentia juris, quod fallit sæpe ob pacta & consuetudines p. 40. n. 8.

Fœmina a corpore feudi exclusa, excluditur a pretio ejus p. 41. n. 13.

Fœminæ in feudis rectis, ne quidem legitima competit, imo ne ex mixtis quidem p. 44. n. 37. 38.

Fœminæ de feudis hæreditariis participant p. 44. n. 39.

Fœminam primi tori in feudo promiscuo excludit fratrem, secundi tam moribus quam jure scripto feudali p. 55. n. 66.

Fœminam in feudis Ecclesiasticis non tantum defendendam sed & immittendam esse indubitati juris p. 58. n. 82. 83. exempla demonstrantur in hisce actis p. 59. n. 84.

Fœminam in feudali immitti & manuteneri post multas disputationes deventum est p. 59. n. 87. nisi in continenti probetur præsumptio contraria num. 88. ejus ratio & Cimeralia præjudicia p. 60. n. 89.

Fœminæ in prioribus investituris vocatæ, veniunt ex posterioribus sine earum nominatione p. 93. n. 57. 58.

Fœmina regulariter a pari masculo excluditur p. 102. n. 62.

Fœmina quævis per investituram cum Masculo concurrere posset, tamen potest consuetudine excludi p. 103. n. 74.

Fœminas ad successionem cum mare concurrere, potius concendum est, quam Dominum fœminam excludere p. 103. n. 77.

Fœminæ an in feudis emptitiis succedunt? p. 113. n. 61. 62. 63. 64. & seq. usque ad 85.

Fœminas in feudis emptiis succedere, probatur p. 115. n. 86.

Fœmina virtute antiquarum investiturarum non obstantibus intermediis succedit p. 153. n. 313. 314. 317. 318.

Favor exclusionis non dominium sed familiam respicit. p. 94. n. 69. 70.

Favori, pro se introducto quilibet potest renunciare p. 104. n. 83.

Feudistæ in fœminas rigidi novas comminiscuntur p. 10. n. 37.

Ex feudorum decrepita nunc natura fragile petitur argumentum ab adversariis p. 11. n. 57.

Feudorum origo initio fuit personalis p. 11. n. 59.

Feuda a genuina indole qua censebantur recta & mascula, sensim degenerarunt p. 12. n. 61. 71. 73. 74.

Feuda tum tempore scriptorum feudorum in maribus simul & fœminis tradi solita p. 12. n. 70.

Feuda eo hodie degenerarunt, ut etiam per testamenta transeunt p. 13. n. 87.

Feudalia sunt odiosa, ut facile ad primam naturam & jus commune reducantur p. 18. n. 9. Et ita interpretanda, ut quam minime jus commune lædant n. 10.

Feudi definitio tacite vel expresse admittit fœminas p. 20. n. 22.

Feuda hæreditaria, licet secundum nonnullos in dubio non præsumantur, tamen non etiam jure scripto vetantur p. 20. n. 24.

Feudorum genera plura sunt, a pluribus naturalibus appellata, quæ recensentur p. 20. n. 27.

Feudalia jura fœmineam successionem non proprie persequuntur odio p. 20. n. 23.

Feuda dividuntur secundum plerosq; in hæreditaria 20. n. 29.

Feudi natura secundum morem regionis magis, quam jus scriptum, attendenda p. 24. n. 35.

Feudi natura est, esse gratuitum p. 113. 129. 130.

Feudi natura per personam ementis mutatur p. 120. n. 147.

Feuda Iuliacensia esse promiscua, probatur præjudicio, ubi & investitura de Gartzen distinguens inter feudum masculinum & commune Iuliacense p. 26. n. 63.

Feuda Astensia, Metensia, Monast. Vltrajectina, Osnaburgica sunt promiscua p. 28. a num. 75. ad 81.

Feuda recta zum rechten Lehen, fœminina nostris moribus p. 28. n. 89. 90. 91. 92.

Feuda petitionem hæreditatis non veniunt, nisi sint promiscua p. 44. n. 41. 42.

Feudum promiscuum infertur ex venditione feudi, inscio Domino facta & postea confirmata p. 45. num. 52.

A feudo hæreditario non arcentur fœminæ nec extranei p. 47. n. 69.

Feuda

Feuda Coloniensia plerumque constant ex allodiis Vasallorum p. 52. n. 50.
Feuda hodie eo progressa sunt, ut ad ea generaliter admittantur, qui specialiter non prohibentur p. 60. n. 91.
Feudum fœmineum aut promiscuum, cujus concessioni fœmina causam dedit p. 60. n. 95.
Etiamsi non dicatur hoc expresse p. 60. n. 96.
Feuda rara ex nostrorum Principum liberatione prodeunt p. 61. n. 97.
Feuda ecclesiastica sunt pleraq; omnia hæreditaria p. 70. n. 25. p. 71. n. 31. 37.
Feuda ecclesiastica ex bonis Vasallorum, non Ecclesiæ constant p. 73. n. 57. p. 75. n. 81.
Feuda ecclesiæ, aliam originem & materiam habentia, tota natura ab aliis differre, non est mirum p. 73. n. 61. 64. p. 76. n. 100.
Feuda in modico reditu constituta ad proprietatem bonorum extendere evidens & inexcusabilis iniquitas est p. 74. n. 65. p. 77. n. 108. 109.
Feuda ex propriis bonis recognita nunquam Dominis aperiuntur p. 76. n. 102.
Feudum non sub prætextu pecuniæ, sed honore & amore Domini quærendum est p. 77. n. 105.
Feudum sola pecunia constituendi contra regulas Longobardicas, hodie ars inventa est pag. 77. n. 106. Ex quo intollerabilis insurgit injustitia p. 77. n. 108. 111. 112. 114. 115. 117. p. 79. n. 121. 122. 123. 124. 125. p. 80. n. 131. p. 81. n. 138. p. 82. 147. p. 83. n. 162. 163. 164. 165.
Feudum gaudium accipienti tribuere debet pag. 77. num. 113.
Feuda ex rebus Domini, à nostris, ex rebus Vasallorum recognitis, late differunt p. 84. n. 177. 178.
Feudis hodie plerumque mitigatis, non est æquum, ea rigidioribus subjicere regulis p. 86. n. 195. p. 87. n. 204.
Feudum non in pecunia sed in re immobili vel quasi consistere, quod tamen hodie Domini facere conantur p. 85. n. 191. p. 86. n. 196. p. 86. n. 198. 199. p. 87. n. 202. 203.
Feuda impositia, nunquam Domino feudi & ne Imperatori quidem aperiuntur ob defectum sexus p. 88. n. 215.
Feuda Trevirensia constant ex allodiis Vasallorum p. 90. n. 12. 15. n. 19.
Feuda Trevirensia imaginarie empta p. 90. n. 18.
Feuda per viam successionis translata p. 92. n. 47. per alienationem ubi mulieres sæpe concurrunt in acquisitione & cum clausulis hæreditariis pag. 92. n. 48. 52. 53. per viam retractus, p. 92. n. 49. per pacta dotalia p. 92. n. 50.
Feudum alienabile transit ad quemcunque hæredem p. 92. n. 54.
In feudo alias regulariter nemo succedit, qui ab acquirente primo non descendit p. 95. n. 3.
In feudo mere hæreditario succeditur sicut in allodialibus p. 95. n. 4. tam quoad successionem quam quoad alienationem n. 5.
Feudum mere hæreditarium quid sit p. 96. n. 10. 11. 12.
In feudo proprie fœmineo, tamen masculus remotior, excludit fœminam proximiorem, secus in curia hac pag. 96. n. 17. 19.
In feudo hæreditario succeditur ultimo defuncto, in recto, primo acquirenti p. 96. n. 18. 27.
Feuda Coloniensia respectu agnatorum pro impropriis, Domini vero contemplatione, recta habere velle, absurdum est pag. 97. n. 22.
Feuda ergo Longobardica nobis antiquata vel nunquam recepta sunt p. 97. n. 28. 29.
Feuda, hodie moribus Germaniæ, in dubio præsumuntur esse hæreditaria secundum plerosque p. 98. n. 32.
Feudum non mere hæreditarium, ne uni quidem filiorum assignari potest p. 98. n. 35.
Feudum rectum non potest sine consensu Domini in dotem dari p. 100. n. 49.
Feuda Coloniensia ex Vasallorum bonis sunt recognita, ideo hæreditaria & transmissibilia p. 100. n. 50. 51. 52. 53.
Feudum hæreditarium unde nominetur p. 101. n. 57.
An in feudis hæreditariis simul cum masculo succedat fœmina p. 101. 102. 103. 104. n. 58. 59. 60. 61. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 76. 78. 79. 80. 81. 85.
Feudum, quod alienatur etiam cum consensu Domini judicatur quasi allodium p. 107. 108. n. 4. 5. 9. 10.
Feudum semel alienabile semper tale præsumitur, & transmissibile, etiam ex unico actu vel aliqua parte p. 108. n. 12.
Feuda Coloniensia coram solis paribus alienantur & oppignorantur inscio Domino p. 111. 112. n. 46. 47. 48. 49.
Feudum datum pro omnibus hæredibus transmittitur ad extraneos pag. 112. n. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56.
Feuda tribus modis fiunt alienationis capacia, in quibus fœminæ succedunt p. 113. n. 58. 59. 60.
Feuda anomala licet in separatis punctis maneant regularia, non tamen in punctis cognatis p. 115. n. 98. 99. 101.
In feudis emptitiis regulas attendere velle, stultum esse dixit Natta p. 117. n. 114.
Feudum emptitium improprium esse omnes Doctores fatentur præter unum Sonsbeck pag. 117. num. 115.
Feudum emptitium datur, quando pecunia præponderat gratiæ p. 118. n. 118. p. 120. n. 143.
Feudum proprium duplici respectu dici potest pag. 118. n. 122. 123. 124. 125. 126. 127.
Feudum magis debet sequi naturam contractus quam juris feudalis scripti 119. n. 134. 135. 136.
Feuda emptitia pro allodiis respectu successionis & alienationis habentur non ultra p. 121. n. 159.
Feudum ob simplex homicidium non potest confiscari p. 147. n. 292.
Feuda officiorum hæreditariorum ad fœminas transiarunt p. 152. n. 307. 308.
Feuda alienata per agnatos à cognato suo, revocari possunt p. 155. n. 324.

Feudum emptitium vel cessum in persona ementis vel cessionarii fit novum p. 161. n. 354.
Feuda recta nec in divisionem nec collationem, nec in legitimam fœminarum veniunt p. 161. n. 356.
Filia aut fœmina proximioris gradus nunquam hodie in successione collaterali à remotiore agnato excluditur p. 96. 97. n. 16. 21.
Filius ergo hæres p. 156. n. 326.
Finis feudalitatis non est impinguatio Domini sed fidele servitium & defensio Vasalli p. 94. n. 74.
Von der Fischel, p. 159. n. 344.
In feudis Fischel und Frechen *investita reperiuntur fœminæ, immediate in persona fœminea* p. 159 n. 343. 344.
Forst pag. 127. n. 215.
Frechen pag. 159. n. 343.
Fuld *Abbatia* pag. 28. n. 89. 90.
Fundamenta, nudæ jactationi innixa, eadem facilitate contemnuntur, qua nascuntur p. 40. n. 8.
Fundamentum suæ intentionis quilibet probare tenetur p. 151. 1. 305.

G.

Gelstorff pag. 141. n. 274.
Gimmenich *familiam superstitem, à cognatis proximioribus exclusam, patet ex actis circa* Bornheimb, Lufftelberg, &c. p. 13. n. 81.
Gleen p. 164. n. 365.
Godenaw p. 143. n. 283.
Goestorff pag. 152 n. 307.
Cur Goltstein *viduæ negetur, quod aliis conceditur ex Missiva* p. 59. n. 85.
Grachthoff p. 142. n. 280.
Gratia singulari principis adscribi, quod soror de feudo, si cum fratribus divisio, investiatur, absurdum est p. 44. n. 36. *& quod notet ex gratia* pag. 42.

H.

Halterberg p. 158. n. 340.
Hanenhoff p. 131. n. 245.
Haußgeller in Nuß p. 147. n. 293.
Hæreditati renunciando, videtur quis adivisse & donasse ei, cui renunciavit p. 41. n. 41. *Et ut hæreditarium quod defertur, ut nec adiri ita nec repudiari potest* p. 41. n. 15.
Hæres juxta subjectam materiam, id est, naturam feudi accipiendus non juxta jus scriptum p. 44. n 46. *E. moribus nostris comprehenditur etiam fœmina, legitima & necessaria hæres dicta* pag. 44. n. 47.
Hæres in feudis descendentes notantur p. 44. n. 48.
Hæres in feudis impropriis accipitur pro descendente p. 44. n. 49.
Hæredis vocabulum alias utrique sexui commune est pag. 44 n. 50.
Hæres addita vocacula (verus) intelligitur de utroque sexu p. 45. n. 51.
Hæres Patris etiam in feudis non potest contravenire facto Patris pag. 57. n. 74. *quod probatur ab Ernesto Cothmanno pluribus autoritatibus* p. 57. 58. n. 75. 76. 77. 78. 79
Hæredum nomine etiam fœminas ex subjecta materia in feudis comprehendi, non est absurdum pag. 76. n. 98. *Et maxime masculos ex fœminis descendentes* p. 76. n. 99.
Heredes etiam extranei in feudo alienabili succedunt p. 109. n. 24.
Hirschfeld *Abbatia promiscua* p. 28. n. 89.
Hollandi auferendo Archivum, non vexerunt secum memoriam consuetudinis, nec juris scripti p. 43. n. 29.
Holterberg *feudum, per mortem usufructariæ vacasse, quod tamen pro Reverendissimo allegatur, nimis absurdum* p. 43. n. 33.
Höningen p. 136. n. 269.
An Huckingii à feudo Buir *recte exclusi?* p. 28. num 69.
Hulsdunck 233. n. 257.

I.

Jan *de* Gräffin veste p. 163. n. 363.
Imperator non potest sibi parem in imperio facere p. 30. n. 119.
Imperator vel Princeps non præsumitur alicui sine cognitione causæ jus suum auferre p. 36. n. 184.
Imperatorem dando privilegium Vasallis, nihil præjudicare posse, Camerales judicant p. 36. n. 187.
In causis compromissi utraque pars est Actor & Reus p. 8. n. 12. *ideo utrique parti onus probandi incumbit* n. 13. *idem est in judiciis duplicib.* n. 14.
Initium rerum potissima pars & causa p. 49 n. 7.
Aut infeudatio nulla Ecclesiasticorum valet aut nulla Infeudatio ex Ecclesiæ bonis facta est p. 75. n. 84.
Iniquum & per se nullum, per Imperatorum Rescripta non convalescit p. 36. n. 183.
Instrumenta edita, nisi adversæ parti communicentur, non probant p. 9. n. 19.
Instrumenta producta fiunt utrique parti communia probantque etiam contra producentem p. 40. n. 1.
Instrumentum producens censetur omnia in eo contenta fateri p. 40. n. 2. *etiamsi cum protestatione producatur* p. 40. n. 3.
Instrumenta sua occultans, diffidit suæ causæ p. 40. num. 4.
Instrumenta nulla producere, & producta parti adversæ non communicare, paria sunt p. 41. n. 10.
Instrumentum Kendenich *à sorore pro medietate emptum, & ex parte per successionem devolutum, dicit Contrahentes hæredes necessarios & legitimos* p. 110. n. 43. 45.
Interpretatio in dubio contra Principem *latissime facienda* p. 94. n. 71.
Interventio pecuniæ plures effectus operatur, quam quod non dicatur feudum gratuitum pag. 118. num. 128.
Ad Investituras primas, reliqua regulantur p. 4. num. 4.
Ad investiturarum tenorem prius, deinde Consuetudinem localem, quam ad jus scriptum recurrendum p. 8. n. 7.
Investitura prima est basis reliquarum p. 49. n. 8. *sequentes & accessoriæ nihil conferunt* n. 9.
Investiturarum forma communis pag. 49. num. 10.

rara

rara hic armorum mentio, hinc Seculares gladio, Ecclesiastici baculo investiunt pag. 49. *n.* 10.

Post investituram secundo loco ad Curiæ *Consuetudinem convertimur p.* 64. *n.* 1.

Investituræ concessiones dubiæ, ab observantia interpretationem accipiunt p. 91. *n.* 40.

Investituræ posteriores à prioribus dependent non contra p. 153. *n.* 316.

Isernia dicitur Evangelista Feudistarum *pag.* 87. *n.* 209.

Iudex nemo constituendus in propria causa p. 32. *num.* 140.

Iudex privans aliquem possessione, dicitur committere spolium, sicut privatus p. 34 *n.* 161.

Iudicem & Executorem in propria causa Dominum facere, magis ad corruptelam accedit p. 19. *n.* 15.

Iudices necessarii ubi Curiæ *Pares sunt: ibi Cancellariæ* R*ecessus sunt irriti p.* 41. *n.* 18

Iudex administrare justitiam negligens, perdit officium p 50 *n.* 22.

Iudex sine exceptionis probationis contra Regulam judicans, facit litem suam p. 104. *n* 82.

Iudicans contra seipsum Baldo satuus censetur pag. 35 *n.* 173.

Iuramentum Feudale *& Juramentum* Territorii *longe differunt p.* 164. *n.* 370.

Ius per protestationes reservatum durat, donec tollantur impedimenta p. 4. *n.* 7. *imò solius impedimenti probatio, cursum termini probatori, sistit etiamnum sistit n.* 8.

Ius Longobardicum, major pars orbis antiqua vit in successionibus fœmineis p 14. *n.* 94. 95.

Ius Commune non tam assistit quam resistit potius Sereniss. Dn. *Electori &* Capit. *p.* 15. *n.* 101.

Iuro Lombardico, tam natos ex fœminis, quam fœminas, à Feudo excludi, dubitatione caret p. 18. *n.* 1.

Ius separationis allodialium & retentionis, in melioramentis, Vasallis auferri nequit p. 35. *num.* 178.

Ius Retentionis *legibus proditum p.* 36. *n.* 181.

Ius scriptum non curatur, ubi de C*onsuetudine constat. p.* 65. *n.* 2.

Ius Longobardicum non agnoscit hæreditariam successionem p. 97. *n.* 30.

Iustitia multipliciter hic denegata p. 51. *n.* 35.

K.

Kall Zehend und Kirchengifft *p.* 158. *n.* 342.

Kardorffer Zehend *p.* 128. *n.* 221.

Kaulle *p.* 131. *n.* 247.

Kendenich 156. *n.* 329.

Krey *pag.* 128. *n.* 232.

Krumbstab eine Kruck *p.* 91. *n.* 23.

Krummel *p.* 133 *n.* 256.

Kuchenheimb *p.* 126. *n.* 209.

L.

Legis peritus absque calumnia in casibus consuetudine Feudali, *non comprehensis uti potest, Legibus scriptis p.* 119 *n* 138 139.

Leibs Lehens Erben *restringit feudum ad heredes ex corpore Vasalli descendentes, exclusis aliis p.* 47. *n.* 72.

Leibs Lehens Erben *p.* 157. *n.* 334.

Lex salica eximit solium Regni Galliæ, in cæderis vero addmmittis secundum plerosque, quod tamen negat Hundius p. 15. *n.* 96.

Lex salica derivatur à Seligenstat, *aliis à Sala p.* 91. *n.* 35.

Lex prospexit ff. qui & à quibus, &c. obtinet tantum in decisis, expresso textu p. 122. *n.* 167.

Libri de hastiludiis historici vel Cosmographici fidem merertur p. 11. *n.* 53.

Licentia sententiæ, alicui in re propria absque summa iniquitate tribui non potest p. 32. *n.* 147.

Limites C*ompromissi, excessi plusquam trecentis p.* 51. *num.* 37.

Limitatio Regulæ, quod feudo in uno mutato, in reliquis maneat, à mutatis non dependentibus p. 109. *n.* 27. 28.

Litigantium alteruter in omni lite male allegat p. 40. *n.* 6

Lovichenheim *pag.* 160. *n.* 347.

Lufftelberg *p.* 127. *n.* 214. *p.* 128. *n.* 235.

Luisch *feudum promiscuum p.* 44. *n.* 43.

Luisch *pag.* 130. *n.* 240.

Luttingenhoven *p.* 157. *n.* 332.

M.

Magistratus spolians prætextu putativi privilegii, incidit in pœnam l. meminerit & d. l. si quis in tantam. p. 34. *n.* 162. *Hinc ob difficultatem Restitutionis, periculum animarum, quia annum Gratiæ non habent Episcopi p.* 34 *n.* 163.

De Magistratu licet bene præsumendum, nihilominus tamen multa illi vetita p. 36. *n.* 185. 186.

Mala ne prius præsumamus credere, quam probare, Deus ipse dedit exemplum p. 33. *n.* 155.

Mandatum ad spoliandum sine cognitione causæ nulliter, & absque legis autoritate procedit p. 34. *num.* 164.

Mannlehen *propriissime loquendo, opponitur* Frauen oder Runckel Lehen *p* 20. *n.* 31.

Mann Cammer *hodie vocantur Curiæ, etiamsi in illis nulla inveniantur feuda masculina p.* 20. *num.* 32.

Mannlehen *vocantur nihilominus feuda, in quibus successio fœminæ reservata est p.* 21. *n.* 34. *p.* 24. *num.* 36.

Per Mannlehen *verbum designatur hodie feudalitas, in genere* Lehenschafft, *non qualitas masculæ in specie p.* 24. *n.* 37.

Mann Güter *opponuntur hodie allodialibus,* Scheffengütter, *aliquando* Taubgüter, *aut etiam* Leibgewinn *p.* 24. *n.* 38. 39. *cujus differentiæ exemplum præbet in liberatione cujusdam prædii* Kessenich *in territoria Juliacensi p.* 25. *n.* 40.

Propter Mannlehen *verbum, Reversali* Reinßheimb, *contra pacta insertum, orta hæc tragœdia p.* 47. *n* 74.

Mannlehen *&* Erbmannlehen *appellantur etiam feuda promiscua, ut hoc exemplo p.* 62. *n.* 100.

Manngelter *p.* 158. *n.* 341.

Mannlehen und Lehen *idem p.* 134. *n.* 260. 261. 262. 263. 264. 265.

Masculus

Masculus ex fœmina non excluditur nisi præsupponatur fœminam semel exclusam semper excludi, juxta Manticam p. 10. n. 45.
Masculos ex fœminis descendentes, maxime hæredum nomine, ex subjecta materia in feudis comprehendi, non est absurdum p. 76. n. 98.
Masculi in feudis fœmineis etiam propinquiores excludunt p. 163. n. 364.
Materia æque ac forma consideranda, quia ex nihilo nihil fit p. 121. n. 152. 153
Matrimonium diversorum, diversæ successiones p. 55. n. 72.
Matrem filio succedere, est contra naturam feudi Longobardici p. 128. n. 231.
Pro Medio concludendi non est ponendum, quod in quæstione est p. 72. n. 52.
Mehoff zu Selickumb p. 130. n. 242.
Meill p. 135. n. 263.
Melioramenta per Vasallos in feudis facta, pro meris allodialibus habentur p. 35. n. 179. *& in iis succedunt tam fœminæ quam extranei* p. 35. num. 180.
Metternich p. 130. n. 239.
Mickenhoven p. 141. n. 278.
Ministrorum facta p. 59. n. 86.
Minus gratiæ Domino debet, qui minus beneficii tenet p. 120. n. 143.
Moguntini & Herbipolenses à Carolo Magno originem ducunt p. 91. n. 33.
Monasterienses circa feuda humani & discreti p. 89. n. 4.
Moram à defuncto commissam remittere, gratia exigua est p 143. n. 281.
Morenhoven p. 132. n. 251.
Muldersheim, p 163. n. 361.
Mulier in concursu cum masculo non semper excluditur p. 54. n. 63. 64.
Mull zu Geich, p. 143. n. 282.
Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta valent p. 50. n 28.
Multa fieri possunt per indirectum & in pœnam, quæ non fierent directo p. 51. n 29.
Mutatio personarum singularum, populum novum non efficit p. 51. n. 33.
Mutatio qualitatis feudi, facit fœminam succedere p. 93 n. 61.
Multa tractantur, quæ non perficiuntur p. 158. num. 336.

N

Nabuchodonosor non solum interpretari, sed & ipsum somnium sibi divinari petivit p. 4. n. 15.
Nachkommen *verbum quid* p. 160 n. 348.
Nati ex spuriis sibi invicem succedunt: ipsi vero spurii non succedunt p. 11. n. 48.
Natura venditionis est creare jus perpetuum pag. 115. n. 91.
Ex natura contractus empsionis est, ut succedant non tantum fœminæ sed etiam extranei p. 124. num. 195.
Negotium mixtum non includit suum simplex, quando terminos sui simplicis egreditur p. 124. num. 186.
Newenar p. 154. n. 321. p. 152. n. 307.
Nersen *castrum* p. 135. n. 267.
Nobiles vivi hodie, tam in maternis quam paternis insigniis gloriantur p. 11. n. 56.
Nordenberg p. 152. n. 307.
Notorium evidens & manifestum probatione non indiget nec admittit probationem in contrarium p. 65. n. 7. 8.
Notoria sola negatione non destruuntur pag. 69. num. 14.
Notorium est sententia populi p. 70. n. 18. 19.
Notorium consuetudinis probatur exhibitione plurium documentorum p. 93. n. 62.

O.

Obligatio re contracta non potest extendi ultra rem datam p. 79. n. 120.
Obscurum per æque obscurum non declaratur p. 42. n. 24. *nec per repetitionem principii, in quod impingit syndicus* 35. *vicibus* p 42 n. 25. 26.
Observatia non debet necessario esse præscripta, quia est interpretativa p. 92. n 41. 42.
Observantia non requirit scientiam superioris pag. 92. n. 43.
Observantia probatur per famam & documenta, quæ designantur p 92 n. 44. 45. 46.
Occasio injuriarum à Magistratu, unde jura nascuntur, nasci non debet p. 32. n. 146.
Occupatio propriæ autoritatis injustitiæ portas pandis p. 32. n. 135.
Occupatio feudi causæ cognitionem requirit p. 32. n. 136. *Nec sufficit sua Domini assertio, alias pro lubitu privaretur Vasallus* p. 32. n. 137.
Odenkirchen *per* Humen Nagel, Glodorff, *per manus familiarum diversarum successione legitima ad* Bötzler *transivit* p. 13. n. 82.
Odenkirchen p. 148. n. 294.
Omnia ad principia sua referenda p. 49. n. 5.
Omnia nostra facimus, quibus nostram autoritatem impertimur p. 117. n. 112.
Origo cujusque rei spectanda p. 76. n. 101.

P.

Pacta nuptialia feudis dant legenm, quam alter conjugum injure quæsito revocare nequit p. 55. num. 73.
Pactum legis Commissoria in pignoribus reprobatum est p. 81. n. 139. p. 87. n. 200.
Pares Curiæ inter Dominum & Vasallum judicaturi, utrinque pari numero eligendi nec valet consuetudo in contrarium, licet sint dissentientes opiniones inter Doctores p. 35. n 174 *unde obiter infertur, quod omnes recessus Cancellariarum pro principibus dati, ipso jure sint irriti, licet sint dissidentes opiniones inter Doctores* p. 35. n. 175.
Paritas pœnæ inter Dominum & Vasallum stabilitur p 53. n. 52. 53. 54. 55 58. 59.
Pœna privationis hoc casu justior, in persona Domini jus denegantis p. 53. n. 51.
Utrum Pensio judicetur emphyteusis vel census, judicatur ex frequentia contractus in ea regione celebrari soliti p. 82. n. 150.
Pensiones annuæ quatuor modis constituuntur pag. 82. num. 157.

Perfectio actuum humanorum tria requirit, potestatem, voluntatem, justitiam p. 75. n. 83.
Persona pauperis aliquando non consideranda nec honorandus vultus potentis p. 60. n. 92.
Perplexitas & concursus plurium singularium vitiat p. 86. n. 193. 194.
Is possidet cujus nomine possidetur p. 136. n. 268.
Possessionem violentam autoritate rescripti tueri velle, Imperatores Diocl. & Maxim. minus ineptum esse declarant p. 32. n. 145.
Possessione nemo destituendus, sive juste sive injuste eam possideat, nisi prius legitime citetur, processus ordinetur & de ea lite sufficiente instructa, cognoscatur p. 32. n. 148. Etiam prædo non tantum manu tenendus sed etiam ante omnia restituendus n. 149. sine vel cum temperamento notorietatis n. 150. 151. modo æstimari possit probabiliter possessorem uti defensione posse n. 152.
Possessione ab ipso quidem Principe absque citatione auferri potest p. 33. n. 153.
Id possumus, quod juste possumus p. 75. n. 82.
Potestas capiendi possessionem, intelligenda est de vacua p. 33 n. 159.
Potestas infeudandi prælatis ab Urbano secundo Anno 1110. prælatis infeudandi potestas adempta est: à Justiniano vero anno 535. p. 75. num. 85. 86.
Prælatus negligens solvere canonem consensu capituli privatur cum successoribus p. 51. n. 35.
Prælati in puncto denegatæ justitiæ de pœna monendi p. 52. n. 42. 43.
Prælatis Ecclesiæ per canones & jura feudalia subtracta est materia infeudandi pag. 73. n. 60.
Prælatos principatus habere posse, cum Calvinistis non negatur p. 74. n. 75. 77. 78.
Prælatis in capitulationibus alienationes juramento interdicta etiam papa pag. 75. n. 87. 88.
Præjudicia pendente lite non sunt fabricanda p. 54. num. 65.
Principi ne quidem, de suo commodo proprio asserenti, creditur p. 33 n. 156.
Principes propter importunitatem petentium, sæpe non concedunt p. 34 n. 166.
Principes boni non solent ob fœloniam privare vasallos sed citare p. 46. n. 67.
Principes improbantes facta prædecessorum sibi ipsis contradicunt p. 72. n. 49.
Princeps investituram mutans in pejus, videtur deceptus p. 153. n. 315.
Privatio, & reditus, præsupponit habitum & abitum p. 73. n. 56.
Privatio præsupponit habitum p. 32. n. 133.
Privilegium testandi de feudis Saxonibus datum recensetur p. 14. n. 91.
Privilegium Osnabrugense p. 28. n. 81.
Privilegium dicitur lex privata p. 32. n. 132.
Privilegia dupliciter singularia dicuntur inania & temeraria p. 31. n. 133
Privilegia per potentiam impetrata non valent p. 35. n. 177.
Privilegium per usum amittitur, cum ejus utendi occasio oblata est p. 38. n. 199. quales occasiones hoc loco ante ducentos vel 300. fere annos aa fuisse probatur ex actis p. 35. n. 200.
Privilegium per actum privilegio contrarium tollitur, quod limitatur & declaratur p. 158. num. 336 338.
Processus miseria processuum 41. princ. debet fieri competentibus remediis p. 33. n. 158.
A proprietate verborum receditur ex consuetudine loquentis vel religionis p 20 n. 33.
A proprietate verborum receditur propter usum p. 134. num. 261.
Protestatio tantum restituit, quantum abstulit læsio p. 5. n. 25.
Proverbium Krumbstab schleust niemand auß propter generalem Ecclesiasticorum consuetudinem p. 65. n. 5. p. 69. n. 15. 16. p. 70. n. 21. n. 28. 30 p. 73. n. 62. 63.
Proverbium Krumbstab ad claves Ecclesiæ referre, est ineptum p 70. n. 26. p. 71. n. 32.
Proverbium hoc in Pontifice Romano sunt, qui limitent p. 70. n. 28.
Proverbium Krumbstab schleust niemand auß, videtur multos invitasse ad recognitiones feudales faciendas p. 88. n. 211.

Q

Qualitas fundamentalis probanda p. 28. n 22.
Qualitas feudalis, magis à consuetudine facti, quam scripta dependens facile mutatu p. 91. n. 39.
Qualitas adveniens enti, mutat ejus naturam p. 93. n. 59. 61.
Qualitas hæreditaria probatur tot alienationibus adductis. p. 98. 100. n. 43. 44. 45. 46. similiter tot donationibus propter nuptias p. 100 n. 47. 48
Qualitas hæreditaria arguitur inde, quod Vasalli decessorum debita solvere cogantur p. 101. n 56.
Qualitas adveniens Enti illud in aliam speciem & naturam mutat p 115. n. 94. p. 116. n. 102.
Quæstio an sit. à quæstione, quale sit, toto genere differt p. 9. n 24.
Quæstio hoc loco non est, an filius feudum Patre adhuc superstite, transmittit ad filiam p. 40. n. 7.
Qualibet res præsumatur libera, nisi probetur obligata p. 78. n. 116.
Qui sexum sexui præponunt, naturæ quasi accusatores existunt, quod non totos masculos generaverit p. 9. n. 28.
Qui nimium amplectitur, parum stringit. p. 52. n. 41.
Qui vult genus, vult speciem sub genere comprehensam p. 109. n. 30.
Quorum æqualis est sanctitas, æqualis eorum celebranda festivitas p. 60 n. 93.
Quod non mutatur, quare stare prohibetur p. 124. n. 190.

R.

Raede die Horst p. 127. n. 219.
Rariora non attenduntur p. 90. n. 16.
Ratione cessante, lex cessat, & cessante causa cessat effectus p. 10. n. 34. & seqq.

Ratio major pro exclusione Domini, quam filia militat, ubi & privilegium Marchense Clevicum recensetur p. 18. n. 13.
Non ratio retinendæ possessionis sed origo nanciscendæ exquirenda est magis quam feudi natura communis p. 49. n. 3. 4.
Ratio ubi par, ibi æqualis juris dispotio pag. 90. num. 11. Recessus Cancellariarum pro principibus dati, ipso jure sunt irriti tanquam dati à non habentibus jurisdictionem p. 35 n. 175.
Recessus Cancellariæ pro vidua Holstein *nonnulli boni sed parvæ energiæ p. 53. n. 58. 59. 61. 62.*
Recognitiones feudorum ante pacem publicam ob defensionis spem cœptæ p. 76. n. 103.
Recognitio feudalis non tribuit jurisdictionem pag. 164. num. 369.
Rectum & alienabile in eodem subjecto non consistunt p. 107. n. 6. 7. 8.
Reditus olim in feudis ad rationem 10. pro uno illicite constitutos fuisse p. 81. n. 137. 143.
Regnum Ciciliæ perhibetur hæreditarium, unde omnia ejus feuda hæreditaria esse dignoscuntur. p. 27. n. 66.
Regna Angliæ, Hispaniæ, Lusitaniæ, Scotiæ, Cypri, Armeniæ, Valentiæ fœminina p. 28. à. n. 82. ad 89.
Regula juris feudalis scripti est, feuda nec ad fœminas nec per fœminas devolvi p. 8. n. 1. & 3.
Regulam pro se habens obtinet, etiamsi nihil præstiterit, quod tamen fallit in feudi possessore pag. 8. num. 2.
Regula, si vinco vincentem, vinco te, quando obtineat? p. 10. n. 41. 42. 43. 44.
Regula est ubi causa exclusionis cessat, ibi & ipsa cessat exclusio p. 11. n. 49.
Regula à majori parte sumi debet p. 20. n. 30.
Regula illa contentiosa mulierem semel, exclusam, semper excludi, fallit in feudo improprio p. 62. num. 101.
Regula, non exemplis sed legibus judicandum esse, limitatur, quando fit in vim consuetudinis legi contrariæ p. 110. n. 37.
An à regula curvi baculi, Moguntini & Herbipolensis eximendi p. 91. n. 28. 30. 31. 32.
Regulæ fœminarum exclusive procedunt in feudis rectis & propriis non autem impropriis p. 115. num. 86.
Regula imputandum esse ei, qui legem apertius potuit dicere, limitatur inter privatos, non autem Principes in beneficiis p. 124 num. 193.
Regulæ *Rigorosorum* Feudistarum *fœminam semel exclusam semper exclusi absurdissima pag. 123. num. 185.*
Reinsheimb *habet rem judicatam, quod frater uterinus à sanguine alienus exclusit cognatum p. 13. num. 85.*
Reinsheimb *ob unam vocem* Manlehen *erronee insertam occupatum p. 34. n. 169.*
Reinsheim *feudum mere hæreditarium esse probatur per sententiam p. 107. n. 1. 2. 6. 8.*
Reinsheim *feudum in mare & fœmina acquisitum contra instrumenti venditionis textum, hæredibus ablatum p. 12. n. 71.*
Reineck *p. 157. n. 333.*
Rem suam alteri tradens, liberius legens imponit, quam in re aliena paciscens p. 84. n. 175.
Renunciatio matris, secundum multos, non nocet filiis, si ante avum mater moriatur p. 10. n. 46.
Renunciationes fœminarum sunt otiosæ in feudis masculinis p. 41. n. 16.
Renneberg *cur non veniat h. l. in considerationem causæ p. 45. n. 54 55. 56. 57.*
Renunciationes fœminarum in feudis masculinis odiosæ; quæ renunciatio duo extrema requirit p. 135. num 266.
Reo hodie non est expectandum, donec autor intentionem suam impleverit, ubi termini sunt communes p. 9. n. 16.
Requisita tria ad hoc, ut transferantur Dominia recognoscentium Vasallorum pag 85. n. 188. 189. 190.
Res sua nemini servit, creditoris & debitoris persona concurrente extinguitur obligatio p. 82. n. 159. n. 161.
Res qualibet facile ad primævam naturam relabitur & ad jus commune p. 94. n. 72. 73.
Res eadem non debet diverso jure censeri pag. 97. n. 23.
Res in odiosis facile ad suam naturam revertitur p. 108. n. 11. 12. 13. p. 110. n. 33. 34. 35.
Res feudales sunt vendibiles etiam mulieribus pag. 121. n. 155. 156. 157.
Rescriptum Principis non facit Æthiopem album p. 29. n. 101.
Rescripta tanquam contra jus data sunt nulla & à judicibus refutanda p. 34. n. 165.
Rescriptum ex quo controversia, cum totius status offendiculo nata est potius corruptela quam consuetudo feudi promiscui dicendum p. 34. n. 167.
Rescripta in curiis à potentioribus impetrata, in præjudicium tertii non valent p. 35. n. 174.
Responsio generalis ad specialem interrogationem excludit & eludit interrogantem p. 32. n. 123.
Responsum Wilhelmi Knutelii examinatur p. 78. n. 117. 118.
Reversale tantum signatum & non subscriptum, suspectum p. 34. n. 171.
Rigorem feudisticum in Diœcesi nunquam fuisse ceptum, non esset inconveniens, sustinere p. 18. num. 12.
Rigor par non convenit in feudis oblatis quam in datis p. 76 n. 92. 93 94. 95.
Rigor feudistarum cerebrinus potius rejiciendus, quam æquitas cerebrina p. 123. n. 173. 174.

S.

Saffig *pag. 126. n. 204.*
Saffenberg *p. 128. n. 229.*
An Saltzmas *feudum servitium certum habens, juste dicatur masculinum ac fœminæ ab eo jure scripto arceantur? p. 22. n. 72.*
Sanguinem suum nemo odio habere præsumitur, ne in sextu quidem fœmineo p. 76. n. 91.

Saltzfei

Saßfei p. 135. n. 264.

Schonberg p. 200. n. 131.

Scriptura reversalis non subscripta, si discordat cum investitura & contractu præambulo, suspecta & contigit in causa Reinsheimb *p. 34. n. 172.*

Schweppenberg. p. 150. n. 296.

Sententia depositionis Wenceslai propter Blanquetas venditas p. 30. n. 118.

Sententia manifestam iniquitatem continens est nulla, ita & Privilegium p. 31. n. 120. 121.

Sententia etiam una consuetudinem satis probat, quanto magis plures p. 71. n. 38. 39 40.

Sententia contra jus constitutionis lata est ipso Jure nulla p. 96. n. 7.

In Servitiis ad hæredes transitoriis generaliter non censetur electa industria personæ p. 125. n. 202.

Sigillum Herbipolense p. 91. n. 34.

Signum promiscui feudi & evidens, dum soror cum fratre dividit p. 44 n. 40..

Solennitas tanta non requiritur in probatione consuetudinis jam introductæ quam introducendæ. p. 93 n. 66. 67.

Sonsteck notatur; quod dicat feudum justo pretio emptum esse proprium p. 119. n 131.

Status Ecclesiasticus in Eleemosinis fundatus p. 74. n. 74.

Substantia feudi consistit in fidelitate p. 74. n 58.

Submittens se gratiæ Principum non amittit libertatem & dominium bonorum suorum p. 84. num. 179.

Successionem fœmineam corruptelam esse, nullus, in quam scriptorum dixit, primus igitur Syndicus Coloniensis notatur p. 19. n. 16. 18. imo magis ad corruptelam accedit, Dominum in propria causa facere judicem & executorem p. 19 n. 15. imo Doctores judicant improbum esse dicere, talem consuetudinem non valere p. 19. n. 17.

Successionem fœmineam, uti corruptelam qui damnant injustissimi naturæ accusatores sunt. p. 20. n. 25. adeo ut erroneum sit dicere. fœminas prohiberi succedere, quæ tantum tacitè excluduntur, si in investitura non memorentur n. 26.

Successio promiscua, probatur per hoc, quo feuda Coloniensia tantum tria, in prima progenie adhuc durant p. 65. n. 6. 9.

Successor tenetur servare gesta antecessoris ne illa arguat mendacii p. 72. n 50 51.

Successio juxta jus feudale obtinet in feudis antiquo illo jure cognitis. non in aliis p 88. n. 212. 213.

Successio fœminarum non est odiosa, sed earum exclusio, quando reditur ad jus commune p. 115. n. 87.

Successio fœminea non est adeo odiosa, ut mens ideo præsumatur pretium velle perdere p. 121. n. 158.

Non sufficit caput feudi esse feudale, ut E. etiam reliqua membra habeantur feudalia p. 141. n. 276.

Suetzhoff p. 126. n. 206.

Surrogatum subintrat naturam surrogati. p. 46. n 63.

Syndicus parium plus quam septuagies de impedimentis protestatus p. 5. n. 21.

Syndico nostro contingit, quod Hassiacis ICtis in causa Nassovica p. 13. n. 78.

Syndicus Archiepiscopi quæ in responsionibus negavit in contradictionalibus confessus est. p. 13. n 84.

Syndicus Archiepiscopalis minax p. 14. n. n. 90.

Syndicus contra Bergerhaussen*, contra evidentiam pugnat p. 41. n. 12*

Syndicus Archiepiscopalis secum pugnat p. 43. n. 32. 33. 35.

Syndicus Archiepiscopi 300. additionales titulo deductionalium male intrusit. p. 71. n. 36.

Syndicus Electoris denegat primas investituras, ut origo suorum feudorum lateat p. 77. n. 104.

Syndicus sibi contrarius p. 136. n. 270. 271. 272. p. 157. n. 331.

T.

Terminus non currit impedito p. 3. n. 1.

Terminus expeditionis Actorum, Rotulorum collationis &c. Notarios magis quam partes ligat aut tangit p. 4. n 13.

Termini prius exspirare non possunt, quam incipere queant p. 4. n. 14.

Termini plerique initio sunt utiles p. 4. n. 16.

Testes in alio judicio auditi probant, si repeti nequeunt alias secus p. 71. n. 33. 34.

Testes à Vasallis designati, cavillationibus adversarii auditi non sunt p. 71. n. 35

Testimonio unius famosi doctoris de consuetudine suæ provinciæ attestantis, creditur secundum plerosque p. 93. n. 63.

Testimonio Archiepiscopi Ernesti solius, sine pudoris læsione contradici nequit p. 93. n. 65.

Testamenta per Vasallos facta recensentur p. 98. n. 37. 39. 40 41. 42.

Testamentum Vasalli potest Dominus ratificare in præjudicium suum non autem cognatorum pag. 98. n. 38.

Testamenta enumerantur feudalia p. 133. n. 256. 257 258. 259.

Textus ubi habetur, ibi suffragiis Doctorum non egemus p. 33. n. 154.

Textus expressus feudalis non semper requiritur, ubi res alteri regulas fortiori includitur p. 115. n. 95. 96 97. 100.

Textus feudales sæpe discordant p. 116. n. 105. p. 117. n. 107.

Thurn bey Ahrweiler *p. 153. n. 310.*

Traditio imaginaria in simulata emptione dominium non transfert p. 83. n. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 177.

Transferens Dominium rei suæ plus juris habet, quam obligans rem alienam p. 115. n. 89. 90.

Tres vel quatuor adhuc termini ad integritatem compromissi residui, manente impedimento inchoare nequeunt p. 4. n. 10.

Treven p. 161. n. 355.

Trevesdorff *feudum huc non spectat, quamdiu non probatur filiam, quæ ob sexum exclusa esset, in rerum natura fuisse p 45. n. 58.*

Trevesdorff & Gelsdorff *feuda sunt ex allodialibus facta p. 83. n. 166.*

Trevesdorff p. 158. n. 339.
Trevirensis impetravit privilegium multo exorbitantius Coloniensi p. 29 n. 96. 97.
Trevirensis diplomatis absurda puncta p. 29. n. 98. 102. 103. 104. 105. 106. 107. usque ad 116. multorum nutuum causa p. 29. n. 99. 100.
Trevirenses vicini, an conformentur ad Krumbstab? *quod sic p. 89. 90. n. 7. 9.*
Trevirenses privilegia magis exorbitantia quam Colonienses prætendunt p. 89. n. 8.

V.

Vasalli Colonienses præter jus urgentur ad edendas investituras, tam primas quam novissimas pag. 4. n. 6.
Vasallis restant quatuor menses à prima protestatione adhuc in termino probatorio facta p. 5. n. 27.
Vasalli protestantur de justitia denegata, ejusque pœna, quæ est amissio totius juris feudalis p. 5. num. 28.
Vasallos pati sibi obtrudi, clausulam Gratiæ jactatoriam, ubi alias re ipsa patiuntur, facile est p. 46. n. 62.
Vasallus denegans qualitatem feudi, eo privatur, vel celans investituram p. 49. n. 16. 17.
Vasallus Domino edere tenetur & vice versa p. 50. num 18.
Vasalli experti austeritatem p. 52. n. 49.
Vasalli plerique omnes, qui in reditibus feuda constituerunt, hodie deprehenduntur decepti p. 74. num. 67.
Vasallos sanguinem & vitam pro Domino ponere, & eorum liberos & filias bonis exui iniquum est pag. 90. num. 13.
Vasalli exemplis se fundantes sustinent tres tantum familias in primævis feudis durare pag. 107. num. 1. 2.
Vasallis periculosum est, alibi quam coram paribus cum Domino litigare p. 107. n. 3.
Vasallo liberum est servire vel solvendo medietatem fructuum, se liberare pro illo anno p. 125. num. 200. 201.
Vasallus Dominum ad aperturam admittens, non tenetur ipse abire à domo feudali p. 145 n. 289.
Vasalli non tenentur propriis sumptibus suas arces defendere p. 146. n. 290.
Vasalli sine consensu Domini feudum dividere possunt p. 162. 358.
Vasallus de feudo hæreditario absque Domini consensu potest testari p. 96. n. 13. 14. p. 98. n. 36.
Verbum auß Gnaden, *ex gratia, &c. apponitur, ex consuetudine, etiam in contractibus p. 42. n. 28.*
Verbum Hæres significare masculum, etiam ubi fœmina nominatur, rechte Erben, *absurda interpretatio est p. 44. n. 44. ex consuetudine, etiam in contractibus pag. 42. num. 28.*
Verba nulla præsertim restringentia in contractibus redundare debent p. 80. n. 127. 128. p. 81. n. 142. p. 82. n. 154.
Vettelhoven p. 150. n. 299.
Verba assentativa complementi & gratiæ in feudis nihil operantur p. 145. n. 287. p. 161. n. 352.
Verba mere enunciativa nihil operantur maxime contra tertium p. 162. n. 357. 359.
Vicinitas operatur, communicationem consuetudinis p. 28 n. 74. p. 90. n. 15.
Vicini Coloniensium recensentur p. 89. n. 3.
Viri Nobiles hodie non nisi cum nobilibus ineunt matrimonia p. 11. n. 52.
Virmund *sententia contra* Virmund *p. 131. n. 250*
Ultionem ne quis sibi permittat, generalis juris ordinatio est p. 32. n. 143. Quæ ordinatio etiam Magistratui vincula injicit p. 32. n. 144.
Unio prolium veteribus incognita, Consuetudine sustinetur p. 58. n. 80. in qua primi thori liberis aliquid præcipui ordinari solet p. 58. n. 81.
Voces sunt passionum in animo notæ pag. 31. n. 126. corn. datur ad significandum Deo, labia scriptura ad significandum hominibus p. 31. n 127.
Vogelsanck *p. 126. n. 207.*
Voluntas præsumitur ex loquela, ut quod quis non loquitur, nec velle præsumatur p. 31. n. 125.
Voluntas cernitur in verbis sicut facies in speculo p. 31. n. 127.
Usus vicinorum prius, post investituras & stylum Curiæ, quam jus scriptum, respiciendus p. 89. num. 1.
Usus fructus in feudis moribus nostris, superstiti conjugi competit p. 156. n. 326.
Vultejus sibi contrarius videtur p. 120. 121. num. 149. 150. 156.
Vulenbach *p. 131. n. 246.*
Uxores plebejæ, apud veteres, virorum radiis coruscebant p. 11. n. 51.

W.

Weingen Allendorff *p. 161. n. 351.*
Weger *feudum per retractum fœmineum receptum p. 132. n. 253.*
Wildberg *p. 131 n. 249.*

Z.

Zornberg *p. 129. n. 234.*

FINIS.

D. JOANNIS PAULI KRESSII

PROFESSORIS JURIS ORD, ACAD. JULIA DESIGN.

DISSERTATIO PROOEMIALIS

AD

WERNERUM THUMMERMUTHIUM.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus OTTONIS JOSEPHI STEINHAUS Bibliopolæ;
unter fetten Hennen. M. DCCXXXVIII.

JOAN. PAULI KRESSII
DISSERTATIO PROOEMIALIS AD LECTOREM.

§. I.

PRodit tandem in publicum, multorum eruditorum votis expetitus THUMMERMUTHII tractatus. Diu omnique diligentia, tam inter doctos in academiis, quam in Curiis, vel alibi constitutis, quæsivi auctorem. Fuerunt statim ab initio, qui eo potiundi spem hinc inde fecerunt, sed frustraneam omnino atque inanem. Putabam tandem, cum ante aliquot annos Viennæ hærerem, in ædibus, ubi Imperii Regesta reconduntur, me certo certius illum repperturum esse: sed inspectis aliquot actorum Coloniensium inter Electorem & Ordinem equestrem ventilatorum voluminibus, cum annexis suis, THUMMERMUTHIUM nequicquam detegere laborabam. Verum cum jam in eo essem, ut omne istius desiderium ex animo exuerem, commode accidebat, ut Perillustri Baroni de PURCK, jam fere ante biennium Pragæ placide defuncto, innotescerem, qui libri copiam non tantum ultro mihi promittebat, sed raro promissorum hujus seculi exemplo, promissum quoque, simul ac amplissima ipsius supellex libraria Pragam Wezlaria adventarat, Ienam sine invidia transmittebat, sub lege tamen, ut eundem publicis typis exscribendum curarem. Non defuere quidem, qui sumptus ex librariis offerrent operi edendo: verum cum non nudum & prout acceperam, sed aliquot additionibus locupletatum in scenam producere constituissem, subsidiorum autem & documentorum impetrandorum majoris operis & laboris, quam ipsius auctoris impetrandi res esset, apud me hactenus in occulto sepultum jacuit.

§. II. Sane, si mea vota valuissent, ampliori Dissertatione præliminari præmissa, de sequentibus egissem argumentis 1) de vita & scriptis auctoris, 2) de historia & fatis libri, 3) de origine controversiæ, quam tractat, 4) de argumenro scripti feudisque ecclesiasticis, 5) de feudis officialium ecclesiasticorum, 6) de feudis ecclesiæ extra curtem, 7) de objectionibus REFUTATORIS, 8) de iis, quæ ipsi in Authore desideremus. Enimvero cum non semper agere liceat, quod volumus, sed agendum sit quod possumus, tantum specilegia quædam, aut si mavis fragmenta horum Capitum a me reipublicæ literariæ communicantur, & ii, quibus amplior res domi est, ad divitias suas in publicum erogandas humanissime invitantur.

§. III. Quod vitam THUMMERMUTHII attinet, præter id, quod frontispicium libri ipsum indicat, scilicet Ordinis equestris Coloniensis in causis feudalibus Syndicum fuisse, nil reperire potui. Nam quæ REFUTATOR ipsius hinc inde annotat, v. c. quod sæpius ad Kyriandrum provocet ejusque Augustam Trevirorum laudet, cum tamen Kyriander judice Browero *c. 2. n. 111. in proparasc.* sit *fallax historiæ Scriptor, corvusque mala ova parturiens*, ut proinde, si non ex se, ex socio tamen facile sit noscendus, & quæ hujus farinæ alia, non ad vitæ illius rationem describendam, sed ad doctrinæ censuram pertinere videntur.

§. IV. Cæterum de scriptis Thummermuthii, ex ipso constat, quod plura, quam præsens opusculum, congesserit. Mentionem enim facit *p. 13. n. 87 & p. 29. n. 90.* libri: Extractus jurium des Cöllnischen Krumb-Stabs, item alius: *Centuriarum* des Krumbstabs inscripti. Quodque hæc non vane jactentur, ex deductione Saynensi, quæ Anno 1643. contra Electorem Coloniensem sub rubro Widerlegung der Cöllnischen *Informativ-Deduction p. 6.* ubi integri tractatus, in numero plurali, de hoc argumento commemorantur; satis liquet.

§. V. Quare operam quidem dedi, ut & horum mihi copia fieret. Et cum causam Coloniensem coram Camera Imperiali ventilatam esse nossem, scripsi ad Illustrem hujus Judicii Assessorem Dn. KREBSIUM, ex cujus amplissima supellectili rariora scripta publica præ cæteris expromi posse, certissimo testimonio jamdiu didiceram. Verum respondit Vir laude mea major, nec in ipsius Bibliotheca nec in Archivo Camerali Wezlariensi, nec in eo, quod Aschaffnæburgi adhuc hæret, hujus rei quicquam extare, sed, si quæ superessent, illa in tabulario Statuum provincialium Coloniensium quærenda esse.

§. VI. Ad nostri libri notitiam spectat, quod Anno 1643. publicis typis excusus sit. An deinde auctior prodierit, non convenit. Sunt, qui id affirmant, ut mihi vir quidam summus retulit. Verum

alii

alii id negant, nec in ipsa Camera Imperiali alia, quam præsens editio noscitur, ut proinde de prioris sententiæ fide merito dubitare cogar. Præcipue cum REFUTATOR nostri, cui tamen archiva Coloniensia patuerunt, eodem, quod hic edimus, exemplo Ann. 1643. scilicet impresso in sua refutatione usus sit.

§. VII. Non sine applausu tractatum nostrum susceptum esse, vel inde constat, quod dein controversiis de successione in feudis Coloniensibus recrudescentibus, vasallorum advocati plerumque ad illum provocarint, usique sint argumentis Thummermuthianis. Non in inferiori tantum, ut loquimur, instantia, sed coram ipso supremæ Cameræ tribunali.

§. VIII. Neque vero refutatores defuerunt, nam secutum est Thummermuthium editum scriptum sub titulo: Cöllnischer Krumbstab schleust die Weiber aus, Anno 1686. Et iterum post decennium, cum in causa Domini de Harff Drimbornii Dynastæ, denuo rationibus Thummermuthii contra Electorem pugnaretur, aliud ejusdem argumenti & inscriptionis, quæ conjunctim Hildeshemii Anno 1696. excusa prostant. Auctorem utriusque, communis fama laudat ZIMMERMANNUM, initio Electoris Aulæ Consiliarium, mox Cancellarium Hildesiensem, & tandem Consiliarium Cæsaris atque ad Visitationem Cameræ ablegatum Concommissarium, ante aliquot annos defunctum. Hancque famam non inanem rumorem esse, jam pridem me docuit PURCKIUS, quam supra jam cum laude allegavi.

§. IX. Ipsa quæ in libro nostro tractatur controversia non nova, sed ante aliquot sæcula jam agitata est. Initia tamen ad finem sæculi XIII. quantum indagare potui, referri debent. Nam Alberto I. imperante litem ad Cæsarem, in oppido Bingen tunc temporis curiam convocantem, perlatam fuisse, ex Diplomate Alberti, de quo deinde plura, perdisco. Postea sub Carolo IV. novi motus cœperunt, quos novo Diplomate, quod pariter infra videbimus, Carolus tollere & contra Vasallos pronunciare tentavit. Excipiunt hæc confirmationes Maximiliani II. & Rudolphi II, singulæ ad calcem à nobis exhibendæ. Deinde nominatim de feudi Reinsheimiensis successione controversum & Anno 1612. decisio ad Compromissum ablegata est. Conscripsit quidem in hanc rem ROSENTHALIUS peculiare responsum, sed nec illud ullibi reperire potui. Tandem auctor noster eandem contentionis terram in scriptis suis traxit. Ultimo autem Anno 1659. satis antiqua de successione in beneficiis Coloniensibus Disputatio inter Electorem Capitulumque & Ordines Provinciales aliqualiter per transactionem, inter annexa producendam, componi cœpit, cui Leopoldus I. Anno 1682. peculiari rescripto ad Cameram, ut imposterum secundum hæc compactata judicarent, transmisso, novam conciliavit auctoritatem.

§. X. Contenta & leges transigendi sunt, ut si in literis investituræ conceptis verbis extet: auff männliche, solorum quoque masculorum à primo acquirente descendentium successio, his deficientibus autem Electoris de feudo reducendo, sibique appropriando liberum arbitrium sit. Quod si in formula investituræ habeatur: auff beyderley geschlecht, vel manns- und weibs-personen, fœminæ sub conditione servitiorum per masculos exhibendorum, citra moram ad feudum admittantur. Si autem feuda *informiter*, ut loquuntur, seu sine ullius, sive potioris, sive sequioris sexus nominatione concessa reperiantur, ibi hæredes in pari gradu constituti pariter citra sexus ullum discrimen, aut prærogativam, sub eadem tamen lege de servitiis per masculum præstandis, in successione sequantur. Cæterum de feudis ab Electore semel reductis, aliisque collatis legitima actio instituatur, parium curiæ & ultimo supremorum judicum sententia expectetur. Tandem, si vel masculus ex stirpe fœminea, vel fœmina succedere velit, decima pars pretii feudi loco recognitionis Electori solvatur.

§. XI. Cum vero, ceu vidimus, quædam feudorum classis ad disceptationem forensem remissa sit; nec post transactionem omnia pacata facta sunt, sed hinc inde de hæreditate controversiæ exortæ atque veteres altercationes sæpius denuo exsuscitatæ sunt, obtinuitque speciatim, ut ab eodem PURCKIO didici, privignus ipsius Illustrissimus Comes de Virmond pro se victricem sententiam.

§. XII. Sed accedamus nunc propius ad scriptum autoris. Sane ex ipsa inscriptione constat, quod agat de feudis ecclesiasticis non quidem in modum plenioris systematis, verum ad modum, ut loquimur, deductionis & consultationis ad partis litigantis usum conscriptæ.

§. XIII. De feudis ecclesiasticis pauca exstant in jure Longobardico. Textus hujus rei sunt sequentes: I. F. I. agitur de potestate dandi feudum ecclesiasticum, diciturque, quod Prælati etiam de bonis ecclesiæ feuda dare possint, non tamen absque discrimine, sed tunc demum si sit res in feudum dari solita. 1. F. 3. exponit de obligatione successoris prælati, quod hic non teneatur ex antecessoris investitura abusiva, nisi feudum promissum vacare contingat, vivo adhuc abusive investiente. Idem repetitur 1. F. 8. 1. F. 25. §. *si Dominus* 2. F. 26. §. *moribus* 2. F. 35. ubi tamen singulare additur de Archipræsule Mediolanensi, quod hic non possit dare in feudum bona, quæ tempore interitus sui in dominio invenerit, bene autem illa, quæ postea ipsi aperiuntur. Nam respectu aliorum Prælatorum aliter distinguitur, scilicet an tempore investituræ penes investitorem fuerit possessio, an apud tertium, ibi investitura ligat successorem, hic iterum videndum, an in

vestitura pure facta, an sub conditione, vel in diem, sin illud non valet, nisi Vasallus possessor consenserit, sin hoc, vel conditio aut dies extitit superstite investitore, & investitura valet, vel non extitit illo superstite, & actus non tenet Prælati successorem.

§. XIV. Sequitur 1. F. 6. quod caput reassumit quæstionem de Prælatorum investiendi jure, & excipit à rebus in feudum dandis titulos. Insuper distinguit, an investitura circa hoc contigerit ante prohibitionem Papæ Urbani, an post illam, priorem infeudationem confirmat, posteriorem rejicit. Quoad reliqua repetit doctrinam de rebus in feudum dari solitis. In Capitulo 1. F. 13. statuitur, ne Ecclesia de Laicorum Vasallis prædia feudalia accipiat in libellum, atque hac ratione, cum Ecclesia non moriatur, sed æternum duret, omnem spem aperiendi & recipiendi prædia, Vasalli Domino intervertat. In textu 2. F. 6. ex epistola Episcopi Philiberti formula juramenti à Vasallis præstandi exhibetur. In 2. F. 20. lite inter Prælatum & Vasallum oriunda, pares curiæ causam cognoscere jubentur, 2. F. 21. & 26. §. *Clericus*, feudum amitti dicitur Clericatu, aut voto religionis assumpto, ita & 2. F. 27. quod magis confirmatur 2. F. 30. & 2. F. 36. Clericus pacis publicæ violator à Comite mulcta coercetur, sed hoc ne quidem ad jus feudale spectat. Felonia Prælati non nocet Ecclesiæ 2. F. 40. Tandem universitate aliqua Ecclesiæ vendita, censentur illi quoque venditi Vasalli, licet de his nil dictum 2. F. 54.

§. XV. Definitio ista feudi Ecclesiastici omittitur. Definiri autem solet: feudum quod à persona Ecclesiastica de bonis Ecclesiæ (*a*) conceditur.

§. XVI. Sed quod personas concedentes attinet, videmus in Germania, Feuda Ecclesiastica sive geistliche Lehen concedi etiam à sæcularibus. Sic Imperator (*b*) Moguntinum investit mit allen geistlichen und weltlichen Lehenschafften, & ita passim alios Prælatos, aut facile constat ex LUNGII diplomatibus.

§. XVII. Imo plane sæculares à sæculari ita investiuntur, ita enim Maximilianus I. investit Wilhelmum Juniorem Hassiæ Landgravium Anno 1495. mit Stiffteren, Klösteren, Voigtheyen, Lehen und Lehenschafften geistlichen und weltlichen, *Lunig tom. II. Part Special. p.* 768. sub Hessen. Et Ferdinandus III. Fridericum Ulricum Ducem Brunswigo Lunenburgensem: mit allen eroberten Stücken, Lehen und Afterlehen, geistlichen und weltlichen Vogtheyen der geistlichen Klöster und Kirchhöfe p. 414 apud eundem. Item Elector Brandenburgicus Johannes investitur à Maximiliano I. Anno 1496. mit allen geistlichen Angefällen. *Idem p.* 12. *c. l.*

§. XVIII. Porro, bona Ecclesiæ variè dividuntur, in temporalia & spiritualia. Huc referunt decimas, primitias, Eleemosynas, illuc pertinere dicunt, bona Ecclesiæ reliqua, *vid.* STUCK. *p.* 1. *Consil p.* 650. *n.* 58. ubi *n.* 76. consentientem citat VINCENTIUM in causa Venetorum. Coincidit autore STUCKIO hæc distinctio, cum distinctione bonorum Ecclesiæ in necessaria & reliqua bona. Nec aliter fere GEORGIUS EVERHARD. *Volum. II. Consil. Ingolstad.* 17. *n.* 43. scilicet Prælatos possidere bona spiritualia & talia quæ ipsi Ecclesiæ pro necessariis & ornatu collata, deinde autem ulterius: regalia & temporalia feuda. In *Fascicul.* verschiedener Hildesheimischen Schrifften *p.* 10. res ita effertur: *Bona Ecclesiæ sunt, vel Deo dicata & ad ministerium consecrata, unde sacra dicuntur, vel bona reliqua, ut fundi, possessiones &c. quæ sacra non sunt*

§. XIX. Usus distinctionis in eo quæritur, quod primi generis bona pertineant ad Prælatum, ut talem, posterioris autem ad Prælatum tanquam Principem; (2) quod prioribus Ecclesia carere nequeat, posteriora vero acquirantur, amittantur STUCK *n.* 140. *c. l.* judicenturque secundum jura civitatis. Unde temporalia Prælatorum bona, 1) recognoscuntur à Cæsare, 2) vasallagium de illis præstandum, subsunt 3) constitutionibus pacis publicæ, & de communi denario 4) inserta sunt matriculis, relata in circulos, 5) inde Prælatorum tituli Ducum sc. Landgraviorum, Burggraviorum dominorumque seculares, v. c. Coloniensis, Leodiensis, Argentoratensis, Wirtzburgensis, Monasteriensis, Constantiensis, inde 6) illorum superioritas territorialis forum rei sitæ, subscriptio Recessuum Imperii, jus bona reformandi; imo & privationis pœna uti contra Præsulem Hildesiensem STUCK *ibid. Consil.* 16. ostendit.

§. XX. Deinde bona ecclesiæ distinguuntur in bona 1) ad cultum destinata 2) bona mensæ & 3) bona qualitercunque ad ecclesiam pertinentia, ut diserte constat ex Diplomate Caroli IV. *P. II Archiv. LÜNIG*, *p.* 52. Ad prima referunt, templa, oratoria, vasa sacra & similia. Ad ultima autem bona, quæ Præsul emit, vel alio titulo acquisivit, hæc tamen si ex reditibus domanialibus comparata, ad domanialia reducit Bruckner *de Doman. c.* 7. *n.* 19. ita ut apud Prælaturam maneant exclusis heredibus Prælati, quod secus se habere idem dicit, circa bona à Principe seculari è cameræ reditibus acquisita. *c. l.* De bonis mensæ postea.

§. XXI. Dispesci quoque solent bona ecclesiæ, in dotem ecclesiæ bona reliqua ecclesiæ, *vid.* ZIGLER. *de dote eccles. c.* 4. *p* 330. dotalia bona vero dicuntur, quæ data sunt ad ferenda onera ecclesiæ, sunt autem hæc, usus luminarium, ministerii & servientium alimenta, expensæ hospitalitatis

(*a*) *De bonis scilicet beneficiis & prebendis oppositis, nam talia non transeunt ad heredes, Feudum autem Ecclesiasticum transit ad heredes.*

(*b*) *Imo ita fere in genere de omnibus præsulatibus immediatis in Germania tenendum, cum Imperatores eos investiverint.* vid. OBRECHT *Disp. Feud. II. n.* 171

tatis & visitationum, idem *c. 4. n. 9.* Itaque hæc bona habentur pro necessariis. Sane cum Præsul Trajectensis necessitate sic jubente, permittenteque Pontifice An. 1529. Carolo V. traderet omnia ecclesiæ temporalia, pro dote sibi reservabat quotannis duo millia aureorum Caroleorum, *vid.* Bullam Clementis *ad fin.* LAMBERTI HORTENSII. Unde quænam bona veluti præterdotalia sint facile constat.

§. XXII. Ulterius ecclesia habere dicitur bona dominicalia & alia quæ dominicalia non sunt. Dominicalia autem 1) videntur appellari bona, quæ reges in ecclesiam contulerunt, ut ex diplomatibus Conradi I. Ottonis I. *p* 245. 278. apud SCHATEN & clarius ex diplomate Ludovici Pii apud eund. ad annum 838. patet: nam quod dominicale in Osthoven, ibi dicitur, est prædium quod paulo ante Imperator Abbati donaverat. 2) Opponuntur bonis in feudum dari solitis. Sic Papa Alexander anno 1177. circiter ecclesiæ Salisburgensi restitui jubet bona DOMINICALIA & IN FEUDUM in damnum Præsulum data, *vid.* HUND. *in metrop.* 73. Omnium evidentissime hæc secernit Petrus Pataviensium Præsul *p.* 389. *apud eundem*, ubi in diplomate suo refert, quod *feudorum, quæ Ottocarus Bohemiæ rex ab Ecclesia Pataviensi habuerat, partem feudali hac qualitate exemisset & ceteris ecclesiæ DOMINICALIBUS junxisset, jureque pleno & perpetuo adunasset.* Cum e contra *in reliquis* (solitis scilicet & non indominicatis) *ecclesiæ feudis, si illa vacare contingeret*, Præsulum in futurum libera in utilitatem ecclesiæ disponendi facultas maneret. (*a*) Ab hoc significatu non adeo differt, quod 3) Dominicalia pro mensæ bonis sumantur, apud Scriptores Anglicos.

§. XXIII. Præterea Refutator Thummermuthii p. 87. Præsulum Germaniæ bona secernit 1) in patrimonialia, 2) ecclesiastica, 3) principalia bona. Singula intelliguntur ex ipsis fere nominibus adductis.

§. XXIV. Tandem, quod speciatim bona ecclesiæ MENSÆ attinet, tenendum, bona ecclesiæ ad Cleri sustentationem destinata, vel dicata esse MENSÆ episcopi, vel MENSÆ capituli, quæ enim aliis Clericis assignantur, non faciunt tertiæ MENSÆ speciem, sed PRÆBENDÆ, TITULIque (*b*) vel in genere *reditus*, aut *Stipendia* dicuntur. *v.* WAGNERECK. *ad tit X. de reb. eccles. non alien.* Proinde bona mensæ sunt tantum duplicis generis, vel MENSÆ Prælati, vel capituli sive congregationis.

§. XXV. Quod vero bona mensæ separatam bonorum ecclesiæ speciem constituant, cum ex textibus v. c. *capit.* 8. *X. de reb. eccles. non alien* formulaque jurisjurandi Episcoporum & Abbatum in pontificali Romano verbis: *Possessiones ad MENSAM meam pertinentes non infeudabo de novo: vid.* WAGNERECK. *p.* 561 --- *pr. ad Jus Can.* & bullis Pontificum v. c. Bulla Alexandri III. *p* 97. Chron. *Laurisham.* ubi recensentur, decimæ oblationes, ad MENSAM Abbatis & victualia fratrum pertinentes, tum ex regestis ipsorum Præsulum, satis constat, sic quæ ad MENSAM Archiepiscopi Bremensis pertinuerint, recitat JOHANNES RHODE PRÆSUL BREMENSIS *p.* 256. *tit. II. R. Brunsvic.*

§. XXVI. Illud tamen non præfracte negandum, quod recentiori tempore in instrumentis publicis, interdum omnia bona ad Præsulatum pertinentia, sub bonorum utriusque MENSÆ appellatione contineantur. Sic in Bulla Clementis VII. ann. 1529. ubi traditio OMNIUM temporalium ad Episcopatum Trajectensem spectantium Carolo V. facta refertur, dicitur: *civitatem, oppida, castra, municipia & loca ad episcopos & MENSAM Trajectensem* pertinentia translata fuisse. Pariter ex capitulatione JODOCI EDMUNDI Præsulis Hildesiensis præcipue Artic. XXXVII. XXXVIII. XLI. XLIV. notisque *ibi* à SONNEMANNO additis facile patebit legenti, quod BONIS MENSÆ episcopi sola BONA CAPITULI opponantur. Ita tamen ut jus collectarum in comitiis provincialibus definiendarum ad neutram horum bonorum classium pertineat.

§. XXVII. Ceterum cum bona mensæ origetenus ad ipsius Præsulis & congregationis necessariam alimoniam pertineant, sua sponte liquet, bona mensæ reliquis ad splendorem deinde superadditis antiquiora esse, velutique dotem in ipsa fundatione ecclesiæ assignatam, constituere. Quanta autem frugalitate MENSÆ veterum Prælatorum constiterint, late persequitur LUDOVICUS THOMASSINUS *T. III. L. III. c.* 34. *seq.* Nos tantum inde excerpemus descriptionem mensæ Augustini: *Mensa usus est frugali & parca, quæ quidem inter olera & legumina, etiam carnes aliquando propter hospites, vel quondam infirmiores continebat; semper autem vinum habebat. vid. c. XXXV.* §. 1. *c. l.* Quod Chronicon Saxonicum, de Alberto Magdeburgensium Archi-Præsule loquens, germanice extulit: Sein Taffel lacken war ihm kort.

§. XXVIII. Præterea quondam MENSA Præsulum & capituli non differebat, ita enim de Præsulatu Hildesiensi, ex autore manuscripto, disserit STUCK. *p.* 654. *c. l. n.* 102. *seq. Bona omnia sub administratione Episcopi erant (seculo scilicet IX) qui fratribus de necessariis victu & amictu providebat. Dein* WIGBERTUS *cum capitulo bona divisit, ut MENSÆ capituli cellarius præesset, sed tandem vita singularis secuta est, ex quo cellarii inanis titulus esse cœpit.* Idem dicendum de Abbatiis

(*a*) *Pertinet huc, quod:* Possidere *tantum &* dominicare, *separentur in diplomate Karoli M. p.* 60 *n.* 20. *Chron. Laurisham.* FREHER.

(*b*) *Vid. tamen C. XII. qu.* 2. *c.* 18. *ubi res tituli notant salarium ipsius Episcopi. Ad de c.* 50. *ibid.*

tiis. In præcipua sane Germaniæ Fuldensi abbatia, una saltim Archimandritæ & fratrum MENSA nota fuit usque ad tempora Henrici de Wiðenau, qui anno 1288. bonorum divisionem cum congregatione instituit, *vid. Brower d.* 100. quam deinde anno 1294. judicialis sententia Romæ confirmavit *idem p.* 317. *Antiquit. Fuldens.*

§. XXIX. Redeamus nunc his præmissis ad feuda ecclesiastica. Ubi primo *v. supr.* §. 18. asserendum, quod feudum ecclesiasticum constitui possit in temporalibus ecclesiæ fundis, prædiis & regalibus & illis, de quibus n. 3. §. 20. Loquuntur id leges adductæ §. 13. 14 testatur idem praxis ab omni ævo. Accedit, quod secundum Jurisprudentiam veteris ævi, (*a*) quæ Regum liberalitate in Ecclesias confluebant, plerumque PLENO & fere non nisi ALLODIALI jure, quæ vero secularibus cedebant, in BENEFICIUM ad dies vitæ conferrentur, aut, sin aliter fieret in Ecclesiæ favorem, (*b*) tamen liberior alienandi potestas Laicis fieret.

§. XXX. Non autem soli Reges, sed reliqui quoque fere omnes, qui Ecclesiis fundos aut prædia donabant, liberalitati suæ certas leges adjiciebant. Nec improbabile est, quod Prælati & Congregationes ex his, tanquam jure singulari, magis, quam ex Canonibus antiquis in *Caus. XII. v.* 2. contentis suam alienandi investiendique potestatem æstimarint. Sat libere [*c*] tamen circa infeudationes versarunt quondam Ecclesiæ Antistites, tam in suæ militiæ, quam aliorum officialium (*d*) & reliquorum clientum usum, ut historia passim docet. Licet sæpius eadem facilitate beneficia, qua dederant, revocarent, (*e*) quam licentiam sustulit & Dominos Clericos ad judicium parium Curiæ ablegavit Cunradus (*f*) L. V. Feud. tit. 1.

XXXI. Nimium tamen processit prælatorum prælatarumque investiendi & bona Ecclesiæ in feudum dandi institutum, ut fere necessariis (*g*) Ecclesiæ destituerentur. Unde varia remedia quæsita. Ut pacta cum capitulis, (*h* juramenta Pontifici præstanda (*i*) & ipsorum Pontificum (*k*) prohibitiones, per quas in genere infeudandi licentia limitatur. Quibus & jus feudale Longobardicum suffragatur §. 13. 14. *supr.*

§. XXXII.

(*a*) *Ut de Carolingis observat* B LEIBNITIUS, *vid. diploma Arnulphi p.* 213. *apud* SCHATEN. *L. III. Annal. in diplomatibus Quedlinburgensibus, donatum Ecclesiæ proprietatem etiam sub Saxonibus & Franconicis Cæsaribus ubique legere licet.*

(*b*) *Conferri hic potest donatio Ludovici Pii* EINHARDO *facta, & quomodo ipsi donata mox in gremium Ecclesiæ inciderint p* 64. Chron Laurshain. *Nec obstant diplomata duo p.* 219. *apud* SCHATEN. *c. l. Nam quæ ibi donata leguntur seculari homini, pleno jure deinde Ecclesiæ Osnabrugensi cesserunt, ut pariter* LEIBNITIO *animadversum est.*

(*c*) Nam canonum : *nulli liceat & can* 12. *seq. c.* XII. *qu.* 2. *apud bellicosum Germanorum populum exigua sæpe cura habita est & frena leges remittebant, ut loquitur* BROWER. *p.* 270. 271. *Antiq. Fuld imo ipsi præsules delectabantur* HERESCHILDIS *sive suis militibus beneficiariis ad pompam & ostentationem ut Chronicon Laurishamen se probat. Adde* ARNOLD. LUBEC. *L. III. chron Slav c.* 18. LEHMANN *L. V. C.* 57. §. die 7. und 8. e Gerechtigkeit.

(*d*) De his plura infra asseremus.

(*e*) *Sic v. c. in Præsulatu Hildesiensi, seculo XI. ad finem vergente, aliquatenus tantum Prælatorum libertas restringi cœpit, vid. Chron Hildes. p.* 748. *apud* LEIBNIT. *versicul & alia quædam non habim.*

(*f*) *Et sine dubio Conradus Salicus*, qui præ ceteris in Valallos *sive beneficiarios milites singulari favore inclinabat, ut ex* WIPPONE *p.* 430. *pr.* apud PISTORIUM constat.

(*g*) *Quidam Episcopi & antistites nimia infeudationum liberalitate suæ Ecclesiarum prædia imminuerant, uti de* HENRICO *Episcopo Spirensi memoria proditum dicit* HOTOMANN. *in comment ad* 1. F. 1. *cui, quod pleraque prædia militibus erogasset in beneficia, vix ad dimidium anni reditus suffecerunt. Similis & oppido Clamentabilis capitularium* GANDERSHEIMENSIUM *de Abbatissa* BEATRICE *seculo XI. regnante, ad* PASCHALEM *II. directa* querela extat *p.* 279. *apud* LEUCKFELD *quasi pusilla grex erat enim hæc (grex utique fœminei generis) nec victum, nec vestimenta nec tecta amplius haberet & sub pluvia, omnibus quippe bonis militibus datis, jaceret Adde acta in Concilio Toletano A. MLVI. p.* 272. ZIEGL. *de dot. Eccles ubi res Deo auferri & diabolo illique militantibus dari quidam Patres queruntur.*

(*h*) De capitulationum abusu non est hujus loci disserere, videri possunt ESPEN *p.* 186. *de canonic. &* SONNEMANNUS ad tres capitulationes Hildesienses, cui tamen sua defendenda ipsi relinquimus. Certe non adeo pridem capitularibus per Innocententium XII. *p.* 20. *t. II.* der Staats-Cantzeley & Leopoldum (*p.* 803. *Spicil. Eccles.* LUNIG.) occasione forte controversiæ Wirtzburgensis, de qua *in Dissert. de pedo Episcop. p.* 46. *in not.* dictum, obex poni cœpit. Ceterum exempla Capitulationum infeudationes restringentium legi possunt *p.* 501. *tom III* UGHELLI *Ital. sacr. p.* 747. *item in* Chron. Hildes. *apud* LEBNIT. HUND. *in metrop p.* 212. Sed non opus est pluribus singulis exemplis, cum capitulationes in hoc passu omnes convenire dubitandum non sit. De origine Capitulationum apud Fuldenses *vid.* BROWER. *p.* 325 *n.* 55. & eund. *Annal. Trevir. ad annum* 1502.

(*i*) Juramenta hæc de non inbeneficiando &c. initio non omnibus Prælatis, sed illis saltim, in quas cadebat profusionis præsumptio, præscripta fuisse notat CONZALEZ *ad c.* 8. *de rebus Eccles.* Ast nunc usus universalis est. Formula quædam extat in jure feudali, ut supra indicavimus, recentissime Electoris hodierni Coloniensis JOSEPHI CLEMENTIS recitatur à LUNIGIO part. special. sub Chur-Cölln p. 46.

(*k*) Noscuntur prohibitiones v. c. ALEXANDRI III. *in fin. Chron. Laurisham.* COELESTINI III *inc.* 8. *de rebus Eccles* INNOCENTII III. *c.* 2. *de fend* Potissima is est de Bulla URBANI, cujus mentio fit 1. F. 6. VULTEJUS eam refert ad annum 1110. HOTOMANNUS cum RHETIO ad annum 1095. REFUTATOR nostri p. 89. adfert duos canones, alterum ex Synodo Placentiæ anno 1095. Kalend. Mart alterum ex Concilio Claromontano anno 1045. 4. Kalend. Decembr. sub Urbano II habitis, fatetur tamen, quod in his non de prohibenda Prælatorum infeudatione agatur, sed inhibitio fiat, ne Clerici à Laicis honores Ecclesiasticos recipiant, item ne laici altaria & Ecclesias (quas vel occupatione, & extorsione, acquisierant, vel in ipsa fundatione sibi reservarant, vel à regibus obtinuerant, vel à clericis beneficiario jure habebant, vid. du FRESNE lit. A. p. 14. & 151.) ulterius detineant, in nostro textu autem 1. F. 6. Urbanum Papam infeudationes decimarum, & rerum ad titulos pertinentium prohibuisse refertur.

§. XXXII. Licet vero capitulationes, pacta tantum singularia contineant, juramenta vero Pontifici præstanda, ut ex formula pontificalis Romani: *Possessiones ad mensam meam pertinentes de novo non infeudabo.* Apparet, ad certam saltim bonorum Ecclesiæ classem spectent, allegatæque prohibitiones Pontificum ad bona mensæ, titulos, decimas &c. adeoque unice ad certam bonorum Ecclesiæ Classem respicere videantur: nihilominus ex communi doctrina, quod Prælati non sint rerum Ecclesiæ Domini, quod proinde *non debeant dispergere, qua non collegerunt can. 19. Caus. quæst. 2. in fin.* imo ex ipso jure feudali Longobardico, quod Prælatorum infeudationes ad certos casus restringit, generatim autem non approbat, pro regula in foro obtinet, *quod regulariter Prælatus res Ecclesiæ in feudum sive beneficium dare nequeat, sed tantum in casibus exceptis.*

§. XXXIII. Sequuntur nunc in ordine §. 18. *seq. supr.* divisionum bonorum Ecclesiæ, bona spiritualia, necessaria, bona Deo dicata & ad cultum destinata, bona mensæ, dos Ecclesiæ, bona dominicalia, Episcoporum patrimonialia & bona reliqua. Necessaria & spiritualia ex mente autorum §. 18. supr. non differunt. Continebantur illis primitiæ, decimæ, oblationes, eleemosynæ.

§. XXXIV. Inter has solæ decimæ dignum disquisitionis nostræ objectum constituunt, de reliquis enim (*a*) vix peculiaris investitura legitur. Cum v. c. oblationum præstatio non necessitatis, sed arbitrii sit, *vid. c. 1. de decim.* Decimæ autem investitura regulariter habetur pro prohibita, *c. XV. XVII. XIX. extr. h. t.* Nec hanc qualitatem ullus Prælatorum adimere potest decimis, sed opus est ipsius Papæ dispensatione, WAGNERECK ad *c. XVII. n. 2. x. h t.* Idem cum Papa sensit olim Henricus Sanctus, quasi manibus Laicorum plane polluerentur p. 252. apud BROWER. *in Fuldens.* & Cunradus II. diserte interdicit Abbati, ne Laicos de illis infeudet *p. 264. ibid.*

§. XXXV. Ast in Saxonia aliter jam diu creditum esse, contendit HOSPIN. *p. 425 de bon. Eccles.* Consentiunt GRYPHIANDER, & post eum RHETIUS *in jur. feud. p. 272.* ubi nec Carolum M. aliter constituisse, nec Concilium Lateranense aliter præcipiens receptum esse docet. Movet quidem in contrarium Capitulationem de partibus Saxoniæ anno 888. c. 17. HERTIUS *p.* 344. *Notit. Regn. Franc.* (*b*) sed sorte huic idem accidit, quod jam de Concilio Lateranensi allatum est. Vel institutum Caroli ætatem non tulit. imo licet alicubi in his terris ad Præsules Ecclesiasticos decimæ quocunque demum tempore pervenerint, variis tamen in locis diu post Carolum jus decimandi ad Imperatores pertinuit, vid. Diplomata Friderici I. & Ottonis IV. *p. 362. Antiq. Walkenried* alicubi & Principum sæcularium usque ad nostram ætatem mansit. Ipsique Præsules, v. c. Hildesienses, *vid. p.* 790 LEIBN. *t.* 2. Halberstadienses, *vid.* WINNIGENSTAD sub Burchardo 37. Episcopo, Osnabrugenses, ut mihi constat ex literis investiturarum variis, sæpissime de decimis investierunt Nobiles Laicos. Plane apud Bremenses plerasque Ecclesiarum decimas in usum Laicorum cessisse, ALBERTUS STADENSIS, *ad An.* 1066. notavit. Imo ubi Prælatorum liberalitas Laicis favere noluit, ibi sæpius bellorum & milites habendi necessitas, *stabili*, ut est apud ARNOLD. *Lubeck l. 3. c. 18. beneficio decimas in nobiles viros transtulit.* (*c*) Nec aliter SCHATEN ad anno 1187. p. 881. ut ut indignabundus.

§. XXXVI. Quare quæstiones de decimis & an ad Laicos pertinere queant, ex moribus diversarum regionum judicari debere, docet GOEDDAEUS *Consil. L. 1.* 4. *Consil. Marp. n.* 93. & quamvis ex adducto ibidem *capit. in aliquibus X. de decim.* hoc vix probetur; tamen distinctionem inter decimas Ecclesiasticas & Laicas ipse admittit Pius II. An. 1459. in Rescripto ad Abbatem Monasterii Albensis *p.* 36. sub *Alba Dom. apud* PETRI *in Svev. Eccles. & P. l. p.* 188. *document. Wurtberg rediviv.* Clarius (*d*) res patet ex summa *Confess. L.* 1. *tit.* 15. *c.* 25. JOANNIS SEMECÆ, quam citat EYBEN *p. 622 inf.*

§. XXXVII. Sequuntur Monasteria, Ecclesiæ, Altariaque seu bona immediate ad cultum destinata. Monasteria sub Francis in beneficium Laicis data fuisse, nemo dubitare potest. Siquidem libere de Monasteriis Reges disponebant. Sic mortuo Rotrade Caroli M. è filio nepote, Abbate S. Dionysii, Carolus monachorum regimen Præposito & Decano, rei familiaris curam thesaurario reliquit, cetera cum Vasallis Monasterii suo arbitrio reservavit, & per Majorem domus Anno 867. regi voluit. Dein Lotharius Imperator etiam monasterium Matfrido Comiti in beneficium concessit. Imo pellicibus cum insigni Monachorum damno aliqua Monasteria committebantur

[*a*] Interdum tamen OBLATIONES una cum altaribus sui juris fecerunt laici, ut ex vetusto dialogo patet *p.* 127. apud MABBILON. *sec IX. Annal.*

(*b*) Plura longe MEINDERSEN *p* 384. *de orig. dec.* pro jure decimandi clericorum cumulat.

(*c*) Ut proinde licet non veræ sint GOBELINI [*p.* 238. *apud* MEIB *t.* 1.) præmissæ, *quod Carolus M. decimas Saxonum sua mensa reservarit*, vera tamen sit ipsius conclusio, *quod decima in his terris magnam partem pertineant ad laicos.*

(*d*) Nam ex inspectione dicti rescripti Pontificis illud tantum constat, quod Abbas omnes decimas Ecclesiasticas & laicales possidere debeat, non autem quod Papa laicales, in manibus laicorum existentes, approbet. SEMECA vero dicit: *Quod benignior sit opinio, quod in universum per Germaniam nobiles & ignobiles* DECIMAS *sine peccato in feudo habere possint.* Quod tamen non placet Italis Doctoribus, unde LAURENTIUS CREMENSIS *p.* 412. *in fin* PANCIROL. *de Clar. LL. interpretibus* objicit SEMECÆ, quod *calcem liget sæpe sine camento.* Interim ulterius laicorum causa defendi potest ex silentio Innocentii III. in Concilio Lateran. IV. ipsoque Consilio Tridentino, ut recte animadvertit Thomassin in indice verbo: DECIMÆ INPHEODATÆ. Licet patres concilii TRIDENT. *Sess.* 23. *c.* 18. *p.* 237. *in fin. apud* BARBOS, addiderint clausulam salutarem, ut scilicet laici *aliquid de his decimis contribuant ad seminaria Ecclesiæ.*

bantur, nec aliter merebantur interdum Clerici adulteri, scortatores, Publicani, ut dicuntur in *Epist.* 22. BONIFACII ad Papam Zachariam. Majorem honestatis speciem habet, quod WIDO, qui dein Italiæ Cæsarem se gessit, Monasterium Sanctæ Agathæ conjugi, & quidem cum liberrima potestate illud alienandi vendendi dederit, vid. Diploma apud VGHEL. *Tom.* 2. *p.* 191. *Ital. sacr.* quæ donatio facta est ad petitionem WIBODI Præsulis Parmensis.

§. XXXVIII. Inter Imperatores Saxones Otto I. durissimis quidem verbis in Comitem, Laurishamense Monasterium militiæ causa in beneficium appetentem, invexit, *vid. p.* 71. FREHER. *ad Chron. Laurish.* Sed Conradus Salicus aliter sibi faciendum existimavit; & Abbatiam Campidunensem Ernesto Duci Alemanniæ pro servitiis militaribus in beneficium dedit, licet hoc parum arrideret Capellano suo WIPPONI, ut ipse non diffitetur *p.* 432. *pr. apud* PISTORIUM. Sic quoque Philippus Suevus Imperator celebre Urspergense Monasterium oppignoravit Bertholdo de Neyffen, *vid.* ABBAT. VRSPERG. *p.* 311. *edit. Basil.* Unde videmus, infeudationibus Monasteriorum [*a*] modo fuerint in investientis proprietate, nil plane obstitisse, nec hodie alicubi obstare, ut exemplo investituræ Hassiacæ §. 17. supra evicimus. Nec Clerici contradixere huic philosophiæ, si in ipsorum commodum Monasteria donata. *vid.* SCHATEN *L. V. Annal. p.* 425. *seq.* 483. FRIESE *antiq. Wirtzburg. p.* 504. *c.* 17.

§. XXXIX. à Præsulibus autem nostri ævi Monasteria in feudum dari nequeunt, cum non sint res in feudum dari solitæ, & pleraque magnis amplisque privilegiis, tam à Cæsaribus, quam à Pontificibus, qui supremam Monasteriorum curam ad se traxerunt, munita, vel exempta plane. Imo & olim, quod quidem libenter Præsules ab aliis Monasteria acceperint, *vid.* SCHATEN, FRIESE, *Spicil.* LUNIG. *p.* 326. *sub* Cölln. vel æquivalenti accepto permutarint, *vid. Annal. Metens. ad A.* 900. FRODOARD. *L. IV. c.* 10. *Hist. Rhem.* PETRUM *in Suev. Eccles.* non autem quod vicissim aliis in beneficium concesserint, passim legi.

§. XL. Ecclesias ipsas quondam in feudum concessas (*b*) fuisse, probat du FRESNE *p.* 215. verbo: *Ecclesia.* & alibi sub verbo: *Abbas miles.* Imo Seculo XII. XIII. nondum crediderunt Clerici nostri in Germania, quod Ecclesiæ sint res divini juris & commercio exemptæ. Nam de illorum emolumentis sacris cum vicinis transigebant, parte etiam de tunica istis aliquando concessa, ipsas Ecclesias permutabant, cum perpetuæ proprietatis titulo & potestate libere de illis disponendi transferebant, donatas à Laicis & quidem cum mentione, quod antea res Laicorum PROPRIÆ fuissent, grata manu accipiebant, Pastores ordinarios ejiciebant, & vel Monachum, vel alium Vicarium per modum villici, qui rationes de villa reddit, præficiebant. Unde & Laici Clericos imitati illas in feudum & subfeudum, imo aliquando ad tertiam manum viris militaribus, etiam in his terris elargiebantur, cum omni dote & pertinentiis. Singula dicta exemplis illustrat LEVCKFELD. in Walckenried. *p.* 114. 131. 132. 142. 148. 150. Magis tamen & in hoc negotio, Clerus accipere, quam dare, vel si dare, in sui similes, liberalitatem exercere voluit. Ut rara proinde habenda sit Balduini Archipræsulis Trevirensis munificentia, qui Carolo IV, ut ipse in diplomate *p.* 218. apud BROWER. ad An. 1346. fatetur, septuaginta duas Ecclesias matrices, cum jure patronatus, decimis & aliis illarum pertinentiis, contulit in feudum.

§. XLI. Moderna praxi, milites de Ecclesiis illarumque reditibus à Præsulibus vix investiuntur, sed alia ratione ipsis stipendium exsolvitur, ut proinde Ecclesiæ rebus in feudum dari non solitis accenseantur. (*c*) Jus sterile patronatus Laicis adhuc autem in beneficium datur, ubi antea datum, imo in casibus necessitatis, ubi licita est Ecclesiæ alienatio, ibi Feudistæ & Ecclesiarum infeudationem concedunt, HORN. *c.* 7. §. 2. *Jur. feudal.*

§. XLII. Cum Altaria quoque à Magnatum Nobiliumque familiis decimis latifundiisque, in gratiam animarum, Missarum celebrationibus è purgatorio eximendarum, ditarentur; [*d*] facile accidebat, ut Laicos dein Altarium commoda ad se, vel beneficii sive feudali, vel alio jure, aut modo, pertrahendi cupido subiret. Id quod satis demonstrat du Fresne (*e*) *p.* 153. *lit. A.* adde MABILLON. *in Annal. Benedictin.* [*f*] sed dein per concilia prohibitum est hoc genus feudorum. [*g*]

§. XLIII.

(*a*) Privilegia contra infeudationes, sive ut non in feudum darentur varia Monasteria, v. c. Gandersheimense à Papa Agapeto *p.* 81. *apud* LEUCKFELD, Corbejense à Rege Hermanno *p.* 88. *t.* 4. *Spicil* LUNIG impetrarunt.

[*b*] In ipsa Italia Laicos quondam jure proprio habuisse Ecclesias, testatur *MABILLON ad A.* 969. *p.* 600. 614.

(*c*) De prohibitionibus antiquis ejusmodi infeudationum in conciliis vid. ZIEGLER. *c* 13. *de dote Eccles.* §. 9 *seq.*

(*d*) Seculi 15. anno 3. confirmarunt Domini de Querfurt die Lehn[illegible] die zu dem Altar *S. Barthol.* in Münster zu Eylvvardestorp behören. vid. *Diplomata Dobrilaggensia ex MSto Jenensi nuper edita N. CCCIV.*

(*e*) Ubi notabilem locum ex Chronico Monasterii S. Joannis de Vineis adducit: *Sed postmodum* (dicitur in Chronico) *mors, qua intravit in orbem terrarum, quam plurimos laicos & pseudo-Christianos in totum excæcavit, ut quidam altaria vel decimas in beneficium extorquerent*

(*f*) Qui *secul. XI. p.* 201. *Annalium* refert, Comitem Campaniæ Tetboldum cuidam fideli suo persuasisse, ut altare, quod tunc in FEUDUM ab ipso tenebat, & filiæ suæ in dotem dederat, majoris monasterii monachis resignaret.

(*g*) Canones *Concilii Pictaviens.* recitat du FRESNE *ibid.* Peculiaris est investitura, qua Abbas Cunradus Walckenriedensis concedit Berlde de Werthern, altare à familia istius pluribus reditibus locupletatum *p.* 325. *P. I. Antiq.* LEUCKFELDII *Walckenried*: verbis: haben ihn beliehen und verlehn[illegible] mit diesem Brieff ihm / seinen Erben / Vorfahren (nota investituram vasallorum mortuorum) und nachkommen / daß unser lieben Frauen Altar soll ihre heissen und seyn / ꝛc. Quomodo adductis conscientiæ rationibus, non una vice Prælati in Gallia, altaria è manibus laicorum recuperarint, ex bibliotheca Cluniacensi exemplis illustrat ZIEGL. *de dot. Eccles. p.* 273.

§. XLIII. De bonis mensæ (*de quibus supra* §. 24. --- 29.) infeudationes jam olim Præsulibus prohibitæ sunt. Neque vero quondam cum necessario Præsulis & fratrum victui inservirent, defuit ratio prohibendi. An vero hodie Præsuli bona mensæ inpheodata, nulla obstante præscriptione, gratis vindicare possit, non satis convenit. LYNCKERI *in Resp. n.* 2. hæc philosophia est, quod prohibitio alienationis imprimat bonis mensæ characterem non nisi à Cæsare aut Papa cum consensu Statuum provincialium delebilem. In eundem sensum quoque respondit *Respons.* 80. Unde nunquam posse præscribi, nunquam fieri res infeudari solitas, nunquam à Laico possideri. Proinde salvam ubique esse Præsulis, aut qui illius in jus alicubi successit, rei vindicationem. Non obstante vel cum solemnitatibus canonicis facta alienatione, propter inhabile, ut *n.* 87. *Respons.* 2. loquitur, alienationis objectum. Consentientes laudat *n.* 74. MODESTINUM PISTORIUM & ROSENTHALIUM *n.* 86. Rationes adfert, quod Papa, jus feudale, & juramenta Prælatorum, obstent alienanti bona mensæ.

§. XLIV. Enimvero Gœddeus *Vol.* 4. *Consil.* 2. *Marpurg.* eatenus hanc doctrinam limitat, ut bona mensæ, modo semel propter æs alienum, sive causam necessariam, de mensa exiverint, bona infeudari solita fieri posse, cum RHETIO *p.* 280. *n.* 8. *jur. feud.* tueatur. Imo OCKEL *de palat. reg.* §. 98. existimat, bona mensæ, nec ex natura sua, nec ex lege, nec ex conventione, qualitatem domanialium, seu rerum plane penitus inalienabilium induisse, vel certe, ante prohibitionem Urbani alienari potuisse, *vid.* §. 20. *c.* 4. *de præscript. immem. Ejusdem* Cum itaque & ea prohibitio, quæ ex Præsulum juramentis orta est, demum post Gregorium VII cœperit, nam antea nihil ne quidem ab ipso Gregorio VII. vel Concilio Romano, de bonis Ecclesiæ, vel MENSÆ non alienandis, insertum erat Prælatorum sacramento, *vid.* ESPEN §. 28. *p.* 100 *jur. Eccles.* pariter dicendum est, quod ab hoc demum ævo jurisjurandi religio obstiterit infeudationi. Imo, ut supra §. 31. *n.* 3. *in not.* monitum, nequidem ab omnibus candidatis præsulatuum præstabatur, ut proinde initio magis alienationum abusui, quam usui oppositum fuisse videatur hoc juramentum.

§. XLV. Illud certe constat, quod si olim feuda in detrimentum mensæ concessa aliquando à Præsulibus revocarentur, *vid. Diploma* WICHBOLDI Abbatis Corbejensis de anno 1151 apud LUNIG *t.* 4. *Spicileg. p.* 95. non tamen gratis, verum refuso pretio, si quod pro illis datum, recuperatio fieret, ut factum Ratisponæ sub Joanne & Alberto Episcopis secul. XV. *p.* 209. *apud* HUND. *in metropol.* idque sine discrimine, licet sæpius ex parum probabili causa, v. c. ob prodigalitatem Præsulis, commercia cum fœminis, de tabula præsulatus exiissent, ut vicini Episcopatus Hildesiensis exempla probant, *vid. Chron. Hildes. p.* 753. 761. 793. *t.* 1. *Rer. Brunsvic.* Ceterum in usum monasteriorum bona MENSÆ secure concedi olim poterant, vide de Abbatissæ Quedlinburgensis in monasterium Michelsteinense liberalitate LEUCKFELD *p.* 27. *Antiq. Michelst.* & de subvenienda, Collegio Jesuitarum e bonis mensæ Episcopi Ratisponensis, necessitate, HUND. *p.* 278. *fin.* quamvis in hac specie promissio remunerationis à Duce Bavariæ adjecta sit.

§. XLVI. Minimum licet novæ infeudationes, moribus hodiernis, vi capitulationum cum Capitulo, juramentique Pontifici Romano præstandi, Præsulibus nostris utique interdicantur. Imo licet beneficia de mensa vacantia, in praxi (*a*) cum mensa de novo consolidari doceatur, *vid.* CORVIN. *p.* 2. *de Person. Eccles. p.* 494. & his omnibus [*b*] *capitul. item si* 1. *F.* 6. *cum decretalibus* (*c*) suffragari, statusque præsulatuum conservandi [*d*] ratio, & præterea Ordinum provincialium [*e*] interesse, ne novis collectis, defectum bonorum mensæ supplere cogantur, subesse dicatur. Quæ singula demonstrant, hodie Præsules non debere de novo de bonis MENSÆ prodigaliter feuda citra Capituli, alicubi Statuum provincialium, Papæ & Imperatoris consensum [*f*] conferre. Attamen si reuniones & reductiones ad antiquas infeudationes extenduntur, videtur ejusmodi vindicationibus non una obstare ex regulis æquitatis.

(*a*) Ita quidem format regulam cit. CORVIN. interim cum Episcopus Lubecensis peculiari privilegio hanc feuda vacantia mensæ suæ incorporandi licentiam ab Alberto II. An. 1439. impetraverit. *vid. tom.* 3. *Spicil.* LUNIG *p.* 460. inde alii Præsulibus, jus talia bona, denuo in feudum dandi, concedunt, ut ex GOEDDÆO & RHETIO p. 344. adduximus.

[*b*] Res enim Ecclesiæ, quæ *in cit. cap Jur. feud.* TITULI dicuntur, per BONA MENSALIA à commentatoribus explicantur, adde *c* 51. *in f. c.* 12. *qu.* 2.

(*c*) *Tit. de his quæ fiunt à Prælato. tit. de rebus Eccles. non alienand. tit. eod. in* 6. *& Clementin. item tit. de feud.* Bullas Paparum reliquas recitat REDOAN. *in f tractat. de rebus Eccles. alien.*

(*d*) Effert se hoc argumento LYNCKER *dict. Resp.* adducitur quoque ab Imperatore Alberto II *citat. privil Lubec.*

(*e*) Sic cum non ita pridem sede vacante Capitulum Hildesiense præfecturam Vineburg Domino de Reuschenberg à Præsule oppignoratam redimere, & ut Ordines provinciales suspicabantur, MENSÆ Episcopi subtractam MENSÆ Capituli incorporare vellet, objiciebatur ab his, quod semper provinciæ oneri esset, quicquid mensæ Episcopi decederet, Ordines hactenus ex quo dicta præfectura pignori data, singulis annis pro supplendis reditibus, alias mensæ Episcopali inde percipiendis, bis mille imperiales contribuisse, proinde se minime concedere posse, ut tale quid fieret à Capitulo, quod perpetuum redderet hoc tributum. Ceterum de jure Ordinum provincialium dicta quædam *in Differt. nostri de jure agricult c.* 2.

[*f*] Est enim Imperator Dominus horum bonorum directus vel certe Advocatus supremus, v. LL. Frid. II p. 325 t. 2. vol. 1. HERT. & licet Papæ in feudis imperii non competat jurisdictio, ut inter alios STUCKIUS *Consil.* 15. ostendit, post juramentum tamen sedi Romanæ præstari cœptum, merito à Præsule Catholico illius consensus exorandus videtur ad infeudationem.

§. XLVII. Initio de capitulationibus (*a*) antiquis illarumque tenore non constat in quolibet præsulatu. 2.) Sæpe ipsi Capitulares aliter, quam per revocationes bonorum mensæ gratuitas, consuluerunt [*b*] publico. 3.) Investituræ successorum aliquoties repetitæ, vel eorundem & quidem ex scientia procedens silentium, videntur continere renunciationem [*c*] tacitam. 4) Nexus juris canonici ostendit, quod in revocationibus attendendum sit Ecclesiæ detrimentum, [*d*] nec non alienans, vel qui accepit, alia ratione Ecclesiæ non satisfecerit. [*e*] Ergo 5) ubi per longissimum & immemoriale tempus status præsulatus potuit aliquo feudo carere, ibi recens possessor non potest adeo notabile detrimentum allegare, pro tuenda revocatione, nec ubi Ecclesia aliunde pensata, ad damnum datum provocare licet. 6) Ex diuturnitate temporis præsumitur infeudationis justitia, & illorum, qui revocare poterant approbatio. 7) Sæpius deest accuratius de bonis mensæ Inventarium, ut proinde de qualitate MENSALIS prædii non constet satis. [*f*] 8) Hodie videtur cessare præcipua juris pristini ratio, scilicet ne desit Præsuli condigna sustentatio: [*g*] nam satis se exhibere possunt ex amplissimo tributorum publice introductorum censu ad ipsos redeunte. 9) Cum olim dato in feudum aliquo v. c. pago, nil fere deinde amplius ad fiscum Præsulis rediret, hodie autem à pagi incolis etiam post infeudationem non exigua pecuniæ vis, per collectas exigatur, liquido apparet temporum juriumque discrimen. [*h*] Tandem cum onus alienationis redundet in provinciam, videntur Ordines provinciæ potius jus conquerendi habere, quam Prælati [*i*] ~.

§. XLVIII. Interim, si illi, quorum majores per artes sibi quæsiverunt bonorum MENSÆ partem, ad redditionem conveniuntur, ostensa vitiosa acquestus origine, non habent, quod revocationi opponere possint. Præcipue si ex ipsis literis primæ investituræ, quod falsas circumstantias Prælatis suggesserint, alienandi necessitatem finxerint, & si quæ hujus generis alia, ostendi possint. Neque enim dicendum est, quod omnes investituræ pertineant ad defensionem Ecclesiæ necessariam, aut quod ex omnibus feudis Ecclesiis oppido proficuum egregiæ militiæ præsidium circumponatur. Adde in hunc sensum LYNCKERUM passim *in tom* 1. *&* 2. *Respons.*

§. XLIX. De dotalibus bonis (*vid.* §. 33. *supra*) regula [*k*] noscitur, quod hæc Præsul non alienare, ergo nec in beneficii modum in alios transferre debeat, cum pertineant ad classem bonorum necessariorum. Interim cum de primis fundationibus plerorumque magnorum præsulatuum documenta amplius (*l*) non extent, vel si quædam extant, magna illorum pars non exiguis dubiis prematur, sæpe dotalium bonorum exactum elenchum demonstrare, vel impossibile vel difficillimum est. Accedit (*m*) quod in disputationibus de reductionibus & reunionibus feudorum Ecclesiasticorum, hodie magis ad jam allegata jura, de bonis mensalibus, quam ad dotalitiam qualitatem [*n*] à Prælatis provocetur.

§. L. Si bona dominicalia notant (*vid. supra* §. 22) quæ Regum liberalitas priscis temporibus in Ecclesias contulit, infeudandi licentia ex ipsis concessionum formulis (*o*) æstimanda erit.

Quod

(*a*) Habentur enim inter arcana illius collegii, quod Prælatus cum sua congregatione constituit, præcipue si alicubi Ordines Provinciales juri capitulandi se immiscere, & pacta inter Capitulum & Præsulem nosse cupiunt.

(*b*) Sic non gratuitam revocationem, sed soluto de reditibus ordinariis pretio, faciendam redemptionem, spoponderunt Maximil. Henricus & Jodocus Edmundus Præsules Hildesienses Art. 35. 37. 39. 43. Magdeburgico quondam in Archiepiscopatu, Capitulares ab Archipræsulibus stipulati sunt, ut in usum recuperationis bonorum MENSÆ feuda in futurum vacantia asservent, vid. capitulationem JOACHIMI FRIDERICI & CHRISTIANI WILHELMI apud LUNIG. Nec aliter in capitulatione SIGISMUNDI cum Capitulo Halberstadiensi. Illud notabile, quod Capitulares Hildesienses in iis, quæ ipsum Capitulum de MENSA acquisivit, plane reluitionem excludant, quæ cautela etiam placuit Canonicis Monasteriensibus §. 15. in Annexis N. XIV. Capitulares autem Halberstadienses tantum olim pacti sunt, daß in Einlösung der tafelgüter die reihe sie zuletzt treffen soll.

[*c*] Ita docet Pirhinus *p.* 232. §. 34. *tom.* 7. allegans GAILIUM & FELINUM. Addit quoque, quod testamentum Cardinalis alias invalidum, validum tamen pronunciatum fuerit, quia Romæ Clericis superioribus non ignorantibus conditum esset.

(*d*) Est hæc doctrina. *cap.* 3. *de his quæ fine consens. capitul.* v. 7. *tit. eod.*

(*e*) Ita deciditur *c.* 4. *de reb. Eccles. non alien.*

[*f*] Thesin hanc probant fere omnes processus revocatorii, in omnibus fere piis corporibus perpetua lamentatio est, quod CORPUS BONORUM desideretur.

[*g*] Memini me alicubi legisse, quod Cancellarius quidam, qui hæreditatem inter agnatos principes dividebat, & alteri plura bona cameralia, alteri majorem regionis partem seponeret, ab ultimo Principe, cur ita ageret, quæsitum respondisse: *bona cameralia non crescere, regionum collectas crescere*, unde Principem non habere, quare queratur.

[*h*] Olim tributorum rarum nomen, Principes utriusque classis bonis cameræ mensæque contenti erant, ut probatum per ipsos recessus imperii *differt de jur agricult.* nunc omnia immutata, cur ergo hic non quadret, cessante legis ratione cessat legis dispositio.

[*i*] Nec enim hodie recuperatis bonis mensæ onera publica imminuuntur.

[*k*] Ita enim tradunt STUCKIUS *P. I. consil.* 16. *n.* 53. *&* 58. LYNCKER *P. I. Respons. II. n.* 75. (ubi tamen *n.* 77. addit, quod possit fieri consensu dotantis, v. c. Papæ aut Imperatoris, ex Imperiali autoritate definitivaque sententia habentur hæc omnia in Aurea Bulla Friderici II. p. 163 apud Hund *in metropol. sub Frisingen.*

(*l*) Ut Episcopatuum ad Rhenum, in Suevia, Bavaria, &c.

[*m*] Ut diplomata præsulatuum Bremensium, Werdensium, Osnabrugensium &c, quod non diffitetur strenuus illorum defensor Schaten *in H. W.*

[*n*] Cæterum cur variarum Ecclesiarum dotalia bona ingens naufragium passa sint, exponit ZIEGL. *c. ult. de dot Eccles.*

(*o*) Quondam enim donatores regios sæpius suæ liberalitati certas leges, respectu alienandi potestatis dixisse, jam supra annotavimus.

Quod si vero res dominicales, pro indominicalibus sumuntur, & rebus in feudum dari solitis, ut aliquando in diplomatibus fieri solet, opponuntur, per se satis claret, quod infeudari nequeant. Quamvis an hac ratione veri domanii [*a*] speciem constituant, non definire ausim.

§. LI. Prælatorum bonorum patrimonialium (*b*) jus infeudandi, nil speciale continet, sed è communibus juris feudalis regulis [*c*] judicatur circa bona reliqua Ecclesiæ, quæ sub nomine communi bonorum Ecclesiæ veniunt, regulam supra §. 32. in f. formavimus, jam addamus exceptiones.

§. LII. Prima exceptio traditur CONSUETUDO, quod hæc alicubi Præsuli liberum circa infeudationes arbitrium relinquat, de temporibus antiquis [*d*] non dubitandum, hodie autem vix est, ut in præsulatibus Germaniæ ejusmodi mos inveniatur.

§. LIII. Secunda est, quod Præsules aliis vicissim, imo etiam agnatis suis possint concedere

Cc Feuda

[*a*] An proceres Imperii domania in Germania possideant, non convenit, præcipue id sibi negandum sumpsit Lynckerus cum in *Resolut.* tum in *Responsis.* Quod vocabulum attinet, ego in qualicunque mea diplomatum lectione illud semel usurpatum inveni, & quidem non de Statuum, sed de Imperatorum bonis. Nam Fridericus II. *p.* 263. *apud* PETRVM *in Suev. Eccles.* sancit, *ut Advocatia Denkendorfiensis Ecclesiæ sit semper in nostro & Imperii* DOMANIO [in docum. Würtberg rediviv. p. 462. in eodem diplomate legitur: DEMANIO] *ut nequeat à* DOMANIO, *defensione & regimine Imperii alienari.* Quod ad rem ipsam spectat, bona MENSÆ eatenus, quatenus alienari prohibentur, cum domanii natura & indole conveniunt. Quatenus autem consensu Cæsaris, Capituli, Pontificis alienare talia licet, & quatenus à multis præscriptione immemoriali acquiri posse dicuntur, eatenus à domanii genio recedunt. Quippe quæ plane inalienabilia LYNCKER *I. Respons.* 80. *n.* 1. KLOCK *L.* 2. *de Ærar* *c.* 45. & impræscriptibilia CHRISTIN. *I. decis.* 88. Quæritur itaque, an non re ipsa, nomine licet forte non occurrente Ordines Imperii & quidem Ecclesiastici ejusmodi domanialia possideant? quod non videtur. Nam quæ de Ducibus à nonnullis afferuntur, quasi his Ordines provinciales certum prædiorum numerum pro dignitate tuenda in domanii speciem seposuissent; huc non quadrat, ut taceam, quod nec dubiis careat hæc assertio. Siquidem bona, quibus ad sustinenda Imperialia officia, v.c. Ducis, Comitis, opus quondam erat, beneficiario jure, olim ab Imperatoribus Principibus concessa fuisse, aperte docet SCHILTER *p.* 255. *jur. feud. Alem* Cujus tradita confirmari possunt ex DITHMARO. *t.* 1 *Rer. Bruns. p.* 325. ubi Henricum aucupem hæreditatem parentis jure successionis, maximam autem beneficii partem gratuito Regis munere suscepisse, scribit. Plura suppeditat OCKEL. *p.* 128. 129. 130. 132. *de præscript. immemor.* Nulla in his testemoniis liberalitatis Statuum provincialium mentio. Ecclesiasticorum autem Præsulatuum primæ fundationes, adhuc liquidius Cæsarum munificentiæ debentur. quorum tamen donationes sæpius liberrimæ fuerunt, & ad nullum domanialem nexum adstrictæ. Ratione præscriptionis tenendum 1) quod quondam certo annorum numero, non fuerit definita ab Imperatoribus. Sic in diplomate Regis Wilhelmi anno 1255. nobilitas, ratione jurisdictionis, post annos 20 30. 40. secura esse jubetur. 2) Quod Præsules ab Imperatoribus, diversa in hanc rem privilegia impetrarint. Sic Præsul Aretinus à Friderico II., ne ante 60 annorum lapsum res Ecclesiæ suæ præscriberentur, privilegium consecutus est, *vid. diploma L. p.* 472. apud VGHELL. Simile privilegium quoque Henricus VI *p.* 221. *t.* 2 *apud eund.* Præsuli Parmensi dedit. Bononiensis autem, Ravennatensis, & Ferrariensis Episcopi, beneficio Friderici I, Friderici II. Henrici III. solam centenariam præscriptionem agnoscunt, ut ex chartis ab eodem VGHELLO adductis patet. Longius processit Ecclesia Mutinensis, quæ privilegium à Friderico I. *p.* 150. *t.* 2. *d l* contra præscriptionem omnem, tam ratione præteriti, quam futuri temporis obtinuit. Aretina, quæ *t.* 1 *p.* 475. *d. l.* ex concessione Sigismundi contra omnem etiam centum annorum præscriptionem tuta est, quale jus & Canonici Pisani per diploma Friderici I. impetrarunt, eadem fere ratione sibi prospexit Archiepiscopus Moguntinus Daniel, petito Ann. 1558 à Ferdinando I. privilegio *t.* 2. *Spicil. Ecclesiast. apud* LVNIG. *p.* 132. *b.* verbis: **Daß als in verschiedenen Jahren mancher Krieg und Auffruhr sich begeben und Verschreibung vom Stifft genommen / und also dem Stifft forderungen entstanden / so nach gestalt dieser Zeit nicht möglich zu vollführen / oder füglich gegen die Widersacher anzuregen / daß uns wir / aller** præscription **ungehindert** / quæ omnia repetuntur in privilegio Imperatoris Matthiæ anno 1613. *p.* 15. *d. l.* Quod 3) vim præscriptionis immemorialis tamen agnoverint in Germania Præsules, sic ann. 1563. cum super reluitione jurium quorundam cives Ratisponenses Episcopo illius loci præscriptionem immemorialem opponerent, hac exceptione motus deinde anno 1571. in transactione plura remisit, *vid.* HVND. *t.* 1. *Metrop. p.* 219. *pr.* & *p.* 221. Minimum, qui ad latus Principum sedent & tantopere favorem domaniorum mensæ Principum a populo quondam destinatorum extollunt, omnemque præscriptionem excludunt, cogitare deberent, an Principes intra meras horum bonorum mansissent, annon decuplo plus aliunde à subditis exigant, annon itaque statu mutato, favor quoque mutatus sit.

[*b*] In testamento Joannis Schweicardi Electoris Moguntini A. 1620. *t.* 2. *Spicil* LVNIG. *p.* 154. distinguuntur. **Das geistliche** PECVLIVM, **oder in geistlichen stand durch** (ut paulò post dicitur) **mannigfaltige ausgestandene Arbeit und hohe sorgsame bemühung eroberte Güther / von den eigenthümlichen Güthern und Gefällen.** Quorsum referuntur ibidem: **Die eigenthümlich erkaufften mühlen.** Dein tertio additur: **Belangend unsere** PATRIMONIAL **und bey der theilung uns angefallen / auch hernach von unsere Brüder geerbte Güther** De his disponit secundum pacta familiæ, de illis pro lubitu. Unde facile argumentum ad inbeneficiationes duci potest Confer. GIPHAN. *disp.* 3 *n.* 9 *in jur feud.* Olim secus quidem fuisse, nihilominus consuetudinem hanc disponendi licentiam introduxisse, docet ESPEN *p.* 666 *c.* 7. *jur. Eccles.* Cautelæ loco tamen Papæ consensum quæsivit ad testamentum suum ultimus Hildesiensium Præsul, ipsum Breve recitat B. STRYK. *ad calcem Cautel. Testam* Aliquando autem acquestus, ipsi Ecclesiæ cædit: sic Maximilianus II. in præmium operarum Electoris Danielis Moguntini Archipræsulatui concessit expectantiam in Comitatum Konigsteinensem, *vid. Deduct. Konigstein in* **Beylagen** De castro Cochim Trevirensi A. 1298. ab Alberto I. pro expensis & servitiis dato vid. Brovver. *ad d. Ann.*

(*c*) Nullæ hic sunt Ecclesiæ partes, nullumque jus successori Prælati talem infeudationem impugnandi 2. F. 35. *pr.*

[*d*] Probant hoc gesta antiqua fere omnium Præsulum, vid. supr. §. 30. 31. de solo enim fere abusu Capitulares istius ævi queruntur. Deinde vero Capitulorum auctoritate crescente, ad consensum Capitularium Antistites in alienationibus Ecclesiarum allegari cœperunt.

feuda VACANTIA, (*a*) cum talia sint infeudari solita. [*b*] Licet & hic capitulationes interdum hæc limitent. (*c*)

§. LIV. Tertia est, si res MODICI (*d*) PRÆIUDICII in feudum datur, & quarta, si infeudationem UTILITAS vel NECESSITAS Ecclesiæ (*e*) notorie suadeat.

§. LV. De expectantiis separatim non agendum videtur. Ubi enim Prælatus licite, vel illicite infeudat, ibi quoque licite, vel illicite expectantiam concedit. Illud tamen speciale est, [*f*] quod successor Prælati non teneatur ex expectantia ab antecessore concessa, nisi feudum aperiatur vivo adhuc antecessore, qui expectativam concessit, vel Capitulum, vel Vasallus, qui feudum possidet, consenserint. Addi solet & illud peculiare, quod duobus expectivariis concurrentibus in feudo Ecclesiastico, non præferatur, qui prior possessionem consecutus, sed, qui primus expectationem impetravit. [*g*]

§. LVI. Hæc circa quæstionem, an & quidnam Prælati de rebus Ecclesiæ in feudum concedere possint, jam occurrunt. Sed merito quæritur, an nil præterea singulare in feudis Ecclesiasticis, respectu aliorum capitum juris, feudalis observandum? Videtur ex quorundam mente nihil [*h*] inter feuda hæc & secularia ulterius interesse, vel certe parum, aliis autem multum (*i*) videtur interesse.

§. LVII. Sic differentiam (*k*) inter utraque feuda intercedere ajunt, (*l*) quod Domini directi,

(*a*) Alicubi plane necessitas Præsulibus imponi cœpit. Sic Bremæ capitulo Archiepiscopus promisit An. 1597. Daß er zu Erhaltung des Stiffts Landsteur und Roßdienste / die verfallene Lehen wieder verleyhen wolle. Alicubi ad certum genus quondam restrictum fuit, v. c. in vicino Magdeburgensi Archiepiscopatu pollicitus est Albertus Anno 1514 quod feuda vacantia, quorum annui reditus triginta florenos exsuperant, suæ mensæ reservare velit.

(*b*) Bona infeudari solita plerisque dicuntur, quæ semel servato juris ordine infeudata, quod si vero solemnitatibus liquido omissis infeudatio facta, tempus immemoriale, & si de omissione non constet, in casu dubio, temporis quadragenarii lapsum expectari debere, communiter contenditur, HORN. *p.* 116. *jur. feudal* Imo si res dubia, consuetudinis rationabilitatem, 2.) duos ad minimum actus, 3.) elapsum 40. annorum probari debere docet GIPHAN. *Disput Feudal.* 3. *n.* 51. *adde* ROSENTHAL. 4. *conclus.* 29. Disputatur quoque & illud, an res infeudari solita fiat per tempus solum, an per actuum vices, an per utrumque, secundum communem alterutrum sufficit, aut tempus scilicet 30. vel 40. annorum aut infeudationum vices una & altera, idem GIPHAN. c. 7. *jur. feudal*

(*c*) Ita habetur in capitulatione defuncti Præsulis Hildesiensis §. 40. quod sine consensu Capituli Præsul de feudis refutatis, vel vacantibus nihil ordinare velit, debeatque. Nec aliter quondam Archiepiscopo Bremensi jurarunt Lubecensium, Sverinensium & Razzeburgensium Præsules, *t.* 2. *Rer Brunsvic. p.* 257.

(*d*) Adducit hanc limitationem Rosenthal. *cap.* 4. *conclus.* 20. & exemplo vineolæ declarat, monet tamen Prælatum, ne modicum latius extendat. Ergo si res de quantitate dubia, magis est, ut Capitulum consulatur.

(*e*) Regulariter, licet utilitas, vel necessitas Ecclesiæ subsit, tamen consensu Capituli opus est, ROSENTHAL. *Conclus.* 18. *d. l n.* 20. imo re integra novo vasallo semper suadendum, ut consensum Capituli imploret, nam de utilitatis notorietate facile possunt exoriri lites, si Capitulum eam neget. Ad necessitatem præcipue refertur ea species, ubi potentior possessor, ab Ecclesia, ideo investitur, ne alias rem plane subtrahat Ecclesiæ & sine ullo nexu retineat, vel ubi tertius investitur, ut prædium è manu potentioris in usum Ecclesiæ eripiat *arg c.* 1. *distinct.* 13. UNGEPAVER *ad tit de feud in* f. vid. *c.* 2. *x. de feud.* CANISIUM *in summ. jur can. tit. de feud. Quæst. quib. permiss. feud. conced.* SICKINGHAUSEN *p.* 176 *observ feudal.*

(*f*) Ita HORN. *c.* 12 § 15. STRUV. *c.* 7. § 9. *n.* 6. ROSENTHAL. *c.* 6. *concl* 16.

(*g*) Rationes adducunt *cap tibi qui x. si duobus de rescripto in* 6. item quod clericos non deceat variare *per cap quod autem x. de jur. patron* sed vide dissentientes *L.* 2. *qv.* 29. apud HARTM. PISTOR. *p.* 304. & *Vol.* 4. *Consil Marpurg.* 37. *n.* 1209. ubi rationum adductarum refutatio. Est & huc ulterius, si feudum scilicet vivo promittente apertum sit, applicanda distinctio, quam exponit SCHILTER *p.* 118. *seq ad jus feud. Alem.* an feudum nempe cum denominatione certi prædii, an sine illa, & tantum in genere feudum vacaturum promissum. Nam tunc specialis promissio præferenda est generali *p.* 120. *d. l*

(*h*) Sane ipsi Pontifices *in tit. X de feud.* duobus capitulis totum argumentum absolvunt. Unde & decretalium multi interpretes, v. c. CANISIUS, ZÆSIUS, ENGEL, PIRHING, GONZALEZ, WAGNERECH, BARBOSA &c. si quæstiones de licentia Prælatorum infeudandi, & de felonia Ecclesiæ, excipis, ne differentiis plane obmutescunt. Imo jus feudale per consuetudinem Laicis & Clericis communem introductum esse, tradit MANZ *in special. jur. tit. feudor special. n.* 1. Proinde feuda Ecclesiastica imitari naturam Laicorum, concludit PEREGRIN. *Consil.* 27. *L.* 1 *n.* 6. KNICHEN *p.* 383. *n* 36. *in opere.*

(*i*) Discrimina annotantur varia, quæ mox in compendio recensebimus.

[*k*] Placuit hic ea congerere, quæ Ecclesiæ favorem respiciunt, circa feuda sua, & quidem in genere, sive Ecclesiam consideres ut dominam directam, respectu Vasallorum suorum, sive ut vasallitio nexu obstrictam, respectu dominorum suorum, latiori sensu usurpato verbo: feudi ecclesiastici.

[*l*] De 1. 2. 3. differentia jam in præcedentibus actum, de restrictione modi tantum addimus, quod nobis illorum doctrina, quod Prælatus in rebus infeudari solitis non possit novam conditionem Ecclesiæ noxiam addere in nova investitura, magis cohærere videatur, quam illorum, qui hanc licentiam ipsi concedunt. Nam infeudatio rerum infeudari solitarum, defenditur ex illo principio, quod hic Prælatus nil alienet de novo, sed priorem alienationem tantum continuet. Atqui si Prælatus v. c. ex feudo masculino vacanti, in nova investitura facere vellet feudum promiscuæ successionis, utique non continuaret pristinam alienationem, sed augeret & innovaret cum damno Ecclesiæ, imo successoribus bene meritis ministris benefaciendi occasionem præriperet. Neque vero argumentari licet, si Prælatus potest plus, scilicet rem ipsam ad Ecclesiam reversam denuo infeudare, potest etiam minus, scilicet novum modum superaddere, ideo quod additio modi minus continere videatur, quam ipsa nova totius prædii infeudatio. Negatur enim, quod nova infeudatio rationem pluris habeat, siquidem in hac Prælatus idem, quod Antecessor egit, non autem plus agit, verum tunc demum, si novam Ecclesiæ noxiam conditionem addit. *vid.* MYNSINGER. VI. 18. Quamvis non negem, hodie alicubi, vel ex consuetudine, vel ex conniventia Capituli, Prælatos sibi plura hic arrogare. Sic v. c. in transactione recentiori (quamvis hæc in præjudicium Ecclesiæ parum largiatur vasallis) inter Electorem Moguntinum, ut Præsulem Bambergensem, & nobiles quosdam immediatos Franconicos, An. 1705. conclusam, nihil de consensu Capituli lego apud LUNIGIUM. Interim alii Præsules aliter agunt & hunc consensum hodienum adhibent, ut constat

directi, seu Prælatorum jus infeudandi restrictum, 2. quod ratio habenda non tam diversorum bonorum Ecclesiæ, sed quoque ipsius modi concedendi, 3. quod successor Prælati non teneatur indistincte ex expectativa antecessoris, 4. quod Ecclesia circa contractum feudalem gaudeat restitutione in integrum, (*a*) 5. quod Prælatus in præjudicium Ecclesiæ, nec contra dominum [*b*] nec contra Vasallum suum (*c*) possit committere feloniam, 6. quod Prælati feuda vacantia retinere queant, (*d*) nec obstricti sint novis Vasallis concedere, 7. quod res adeoque & feuda Ecclesiæ sint in dominio Ecclesiæ universalis, (*e*) 8. quod proinde Prælati in damnum Ecclesiæ non possint delinquere contra *l. Si quis tantum C. undevi*, (*f*) 9. quod Prælati non possint bona Ecclesiæ [*g*] alii in feudum offerre, 10. quod Prælati nequeant feloniam remittere, [*h*] 11. quod feuda Ecclesiæ habeant, contra omnem injustitiam Papam judicem & assertorem, [*i*] 12. prætendunt alicubi Prælati plura [*k*] commoda à Vasallis.

§. LVIII. Dein in suum commodum ulteriores differentias allegant Vasalli: 1. quod concessiones feudales [*l*] Ecclesiasticæ benignius explicari debeant quam sæculares, 2. quod feuda Ecclesiastica præsumi debeant feuda oblata [*m*] 3. quod inde non facile caduca declaranda, 4.

constat ex simili transactione Electoris Coloniensis A. 1659. cum Vasallis suis inita. Cui addi possunt transactiones Abbatis Fuldensis & Episcopi Wurtzburgensis cum suis Vasallis consensu Capitulorum suorum conclusis An. 1656. 1461. 1556. apud eundem LVNIGIVM.

(*a*) Hæc restitutio est commune beneficium Ecclesiarum, & proinde non ad solam doctrinam feudalem spectat.

(*b*) De hac feloniæ specie jam diximus *in dissertat. de pedo p. 39. in not.* Interim huic regulæ addenda est limitatio: nisi Episcopus feloniam commiserit cum consensu Capituli, tunc enim tale factum habetur pro facto ipsius Ecclesiæ, si quidem Capitulares seipsos dicunt: regierende Herrn des Stiffts. Ergo cum Capitulum non moriatur, merito dicendum est, quod ejusmodi felonia, non solis personis delinquentibus, sed ipsi Ecclesiæ in perpetuum obstet. Ut latissime probatum contra Præsulem Hildesiensem à potentissima domo Brunsvigo-Luneburgica *p. 202. seq. p. 569. seq. Act. Hildes.* & nominatim ab illius Cancellario STVKIO *Consil. 16. per tot.* approbante causæ justitiam GEORGIO EVERHARDO ICto Catholico *p. 615. dict. Act seq.*

(*c*) Hæc assertio limitanda est, ut præcedens, ni delictum committatur consensu Capituli, v. c. si cum consensu Capituli prætracte editionem instrumentorum, renovationem investituræ (nam talia pro feloniis domini directi habent THVMMERMVTH, LVDWELL, RHEZ) denegaret, dominium directum in perpetuum amitteret ipsa Ecclesia.

(*d*) Ita docet MYNSINGER *Centur V. Observ. 47. in fin.* dissentit KNICHEN *P. I. c. 1. n 287. de pact. vestit.* cum MATTHÆI *Vol 2. Consil. Marp. 26 n. 106.* Sed cum inter Præsules & Capitula pacta fieri soleant, ut feuda vacantia retineat, vel quoque ut non retineat, ut supra §. 53. notatum, videtur citra talia in arbitrio Præsulis esse, quid de ejusmodi feudis statuere velit. Quod si tamen feudum nobilis immediati vacat, ordo equestris vi privilegiorum contendit, ne illud subtrahatur corpori bonorum equestrium, & ut adhuc collectæ ærario equestri inde inferantur *vid.* BVRGMEISTER *p. 105. de nobili immed.* ibique decretum Imperatoris Leopoldi.

(*e*) Hoc dogmate Clerici eludere volunt dicta de effectu perpetuo feloniæ, consensu Capituli commissæ, bona enim Ecclesiarum singularium esse in dominio Ecclesiæ universalis, quæ non delinquat, itaque Prælatum cum suo Capitulo, non posse delicto suo Ecclesiam rebus suis in perpetuum privare. Ast hanc philosophiam satis refutavit inclyta Domus Brunsuicensis in causa Hildesiensi *p. 10. seq. in Fascicul.* Scilicet, qui Ecclesiis aliquid offerunt, donantque, non ad Ecclesiam universalem, sed singularem hanc vel illam respiciunt. Interim tale universale dominium tribuunt suo Ordini P. P. Jesuitæ. atque inde concludunt, quod de bonis collegiorum suorum, quamdiu in toto mundo alicubi Jesuitæ adhuc extant, nil decedere possit.

[*f*] Privilegium hoc pariter excusserunt Potentissimi Principes nostri in eadem causa, *vid. p. 5 seq. dict Fascic.* ubi illius confutatio.

(*g*) Tractat hanc quæstionem HERT. *de feud. oblat.* textus est in *capit. fin. de bon. Eccles. non alien in* 6. adde SCHILTER. *p. 189. ad I. F. A.*

[*h*] Thesin hanc limitant Feudistæ; nisi scilicet res per feloniam vacua, sit res infeudari solita vid. ROSENTHAL.

(*i*) Docuit hæc talia WESENBECIUS in suo consilio pro Hildesiensium Præsule conscripto, verum in bona temporalia Prælatorum Germaniæ Papæ nil jurisdictionis competere, abunde ostendit GOEDDAEUS *in Consil Actis Hildesheim. inserto.* ut alios taceam.

(k) Sic defuncti Vasalli Hergevvedam exigit Archiepiscopus Coloniensis, quæ consistit in crumena holoserica, 2. aurea moneta, 3. equo armato, 4. ocreis, 5. pari chirothecarum, calcarium, falconum alborum & poculorum. Abbas Werdensis autem: einen Hengst/einen Cüraß oder Harnisch, Poscuntur hæc talia secundum proportionem ipsius feudi & consuetudinem. Sæpius solvitur pro illis certa pecunia, vid. SANDIUM *de feud. Geldr. p 94. oper.* Aliquando in prima feudorum OBLATORUM investitura Præsules hoc onus remittunt, ita sane HILLINUS, Trevirensium Archipræsul, in investitura Everhardi & Henrici Comitum de Sayn A 1152. de castro recenter oblato Sayn: *nobis atque successoribus nostris, absque jure illo, quod dicitur HERGEWEDE, & illo, quod dicitur HERESTVRE, recipiet & fidelitatem nobis faciet.* Præterea Archimandritam aliquem, à Legato Vasalli sui illustris exegisse: Daß er das lehen/ weil es ein mann-lehen nach Stiffts-Gewonheit kniend empfahen solte/ certissima fide scio, sed hoc desiderium sine effectu fuit.

(*l*) Utitur hac regula aliquoties Noster, additis rationibus, quod Ecclesia præ cæteris debeat esse cultrix justitiæ, & quod Prælati antiquitus mitiori jure usi sint, ut allicerent Vasallos ad bona sua in feudum offerenda. vid. *Fundam. 2. num* 210.

(*m*) In genere plane plura feuda oblata, quam data in Germania reperiri, testantur HERT. *P. 1. de feud oblat.* §. 16. RHEZ. *p. 45. jur. feudal.* EYBEN *c* 9. §. 21. *de feud.* Dn. BVRGMEISTER. *p. 486. 491. de nobilit. immed.* Econtra Ecclesiarum liberalitatem in feudis datis extollunt SCHATEN. *in Annal. passim.* BROWER. *in Annal. Trevir. t. 1. p. 413. & Fuldens. p. 266. seq.* REFVTATOR nostri addit p. 91. daß die feuda oblata erst vor 300. 400. Jahren/ da das Faust-Recht im Schwange gegangen/ ihren Anfang genohmen/ und also die feuda Ecclesiastica von Ottone M. an biß zu selbiger Zeit an die 650. Jahr lauter feuda data gewesen. Sed refragatur adductis PP. Jesuitis inductio singularum provinciarum per Germaniam, quæ plura feuda oblata quam data noscit. Refutatori autem responderi potest, quod prædia nobilia antiquo tempore fuerint allodialia, vel ut Nobilis de Gemmingen dicit, daß vor 200. Jahren die meisten adelichen Stamm-Häuser allodial gewesen. Unde frustra allegantur tempora Ottonum vetusta ad numerum feudorum datorum augendum.

(*a*) quod tempus renovationis investituræ, hic non statim currat mortuo Prælato, (*b*) quod vasalli in lite cum Domino sint honorabiliter citandi, 6. (*c*) quod circa investituram petendam negligens, sit aliquoties (*d*) monendus.

§. LIX. Potissima differentia tandem additur, quod scilicet in feudis Ecclesiasticis etiam fœminæ succedant, ex proverbio: Krumbstab schliest niemand auß, cujus gratia potissimum Noster librum suum conscripsit. Nos ipsi quoque idem adduximus alibi, neque exigui roboris esse videtur, cum quod aliæ parœmiæ ejusdem farinæ, v. c. unter dem Krambstab ist gut wohnen, mit Sanct Peter ist gut handeln, in eundem sensum circumferantur, tum quod non spernenda Doctorum caterva eadem chorda oberret, & magnam exemplorum vim, copiamque variorum prælatuum ex Rosenthalio, Sandio, Consiliis Marpurgensibus, &c. conglomeret. Ast nunc aliter existimamus, scilicet feuda Ecclesiastica, & masculina sunt, & fœminina, nec horum numerus illorum numerum superat, nec in dubio pro ultimis præsumtio aliqua capi potest, sed omnia dijudicanda sunt ex moribus diversarum regionum, qui his dicteriis initium dederunt & incrementum.

§. LX. Clarius res patebit, si de ratione solliciti sumus, quare feuda Ecclesiastica fœminina regulariter esse & in dubio talia credi debeant. Ad naturam eorum nemo provocabit, cum entia juridica, quorsum & feuda pertinent, proprie loquendo non debeantur naturæ, sed hominum institutis, sive distinctius: CONSUETUDINI, LEGIBUS, PACTIS. Consuetudo universalis hic deest, dantur tot feuda masculina Ecclesiastica, si mores Germaniæ spectas, quot fœminina, imo plura. Leges communes apertius repugnant, nil hujus rei in jure Longobardico, Saxonico, Suevico, fœminæ ubique excluduntur. Pactorum est eadem ratio, nam si plures Status provinciales, de successione promiscua, cum Præsulibus & Capitulis pacti fuissent, plura feuda fœminea extarent, quam revera extant. Neque vero dici potest, quod feuda ecclesiastica ideo sint fœminea, quia oblata, est enim oblatorum feudorum, si non major, certe idem numerus sub Dominis sæcularibus, quam sub Præsulibus, ut jam viderunt EYBENIUS, HERTIUS, BURGMEISTER & alii plures.

§. LXI. Omne dubium, si quod superest, videtur redire ad inductionē, feuda enim, inquiunt antagonistæ, Coloniensia, [*e*] Metensia, [*f*] Corveiensia, (*g*) Trajecten., (*h*) Monast. (*i*) Osnabrugensia (*k*) Hirschfel-

[*a*] Ratio est, quod in contractu beneficio, non rigorose agendum sit cum donante. Imo TORNOVIUS *P. 2. p.* 388. § 45. *de feud. Mecklenb.* in genere testatur, quod ob omissam investituræ petitionem moribus sæpius pro solvenda mulcta, quam pro caducitate, pronuncietur. Adde ANDLER *t.* 2. *Constit. Imper.* verbo: Feudum.

(*b*) Cum enim sede vacante Capitula investire nequeant, non opus est petitione renovationis investituræ. Et licet exemplum investituræ Capituli Halberstadiensis Ducis Henrici Julii de comitatu Reinsteinensi adducatur *p.* 110 *in deduct. Prussica Anno* 1715. ad illud tamen pluribus responsum est à potentissima Domo Brunsvigo-Luneburgica in aliis deductionibus. Imo ipse potentissimus Borussiæ Rex *in deduct. An.* 1713. pro projectu & notula jam dictas literas Capituli declarat.

(*c*) Vid. MEICHSNER. *t.* 4 *Decis. Camer. p.* 957. ubi de Episcopatu Osnabrugensi refertur, daß zu jederzeit wenn ein Lehn-Herr seinen Lehnmann beklagen wolte / er di Citation dem Reo mit zweyen des Stiffts Lehnmannen verkündigte.

(*d*) Ita habetur de præsulatu Osnabrugensi *t.* 4. *Decis. Cameral. p.* 964. MEICHSNERI: *Sedente pro tribunali Episcopo Erico judicatum fuit*: daß Recht und Landes-Gebrauch / daß so ein Lehn versäumet wurde / als da die Lehn-Herren / den versäumenden Vasallen erst durch drey andere Lehnmänner ließ ermahnen / daß er seine Lehn empfienge.

(*e*) De his ex instituto agit Noster, & quomodo tandem transactum, supra indicavimus. Ipsa transactio est instructio legatorum Coloniensium Electoris Ernesti, qua clausulam concernentem, ad quam sæpe appellat Noster, in annexis à nobis adjicietur.

(*f*) Hæc feudalis curia jam exiit ex circulis imperii, ut proinde non amplius ad Germanorum feuda Ecclesiastica adeo spectet Metensium exemplum, licet quædam illius feuda adhuc subsint Imperio. Cæterum licet in feudis Metensibus regulam non negem, in famosa tamen causa Sarvverdensi in Camera Imperiali Anno 1629. die 7. Julii Comitatus Sarvverdensis declaratus fuit pro feudo masculino, ut ut dein instrumentum pacis Westphalicum Art. 4. § 30. melius consuluerit Comitibus.

[*g*] Testis est KNICHEN *P* 1. *c.* 4. *n* 49. *de pact. vest.* quod pro utroque sexu: bey der Kunne investitura fieri soleat, adde BERTAZOLL. *Consil.* 39. *n.* 31.

[*h*] Ita de his refert SANDIUS *tr. de feud. Gelhr. p.* 62. §. 15. ubi ex alio proverbio Belgico, successionem in feudis Trajectensibus, proximiori, viro præ fœmina, seniori præ junioribus (ita tamen ut in linea collaterali paterna paternis, materna maternis cognatis cedant) deferri testatur. Feuda officialia hujus præsulatus, ut Dapiferi, Venatoris, Marschalci, Camerarii, Pincernæ, Signiferi, recensentur è vetusto regesto à Præsule Adelboldo conscripto apud HEDAM. *p.* 111. additurque pro onere ibid. ut hi omnes Vasalli personaliter intersint Synodo Episcopali generali.

(*i*) De feudis Monasteriensibus agit idem SANDIUS à *p.* 35. ad 55. ubi plures quæstiones resolvit & diversa Vasalolrum privilegia exhibet, inter alia: daß die Bischöffe die Güter keiner weiß behalten / noch ihren taffeln zueignen sollen. Obscura aliquando privilegia hæc visa sunt, inprimis occasione litis de successione Jodoci Comitis de Bronchorst, inter Dipholdiensem defuncti amitum & materteræ Limburgicæ filias ortæ, de qua SAND. *ad consuet. Geldr.* VULTEJ. *Vol.* 1. *Consil.* 23. SCHRADER. *t.* 1. *Consil.* 12. & 14. ELBERT LEONINUS *in Centur. Consilior. Consil* 60. ad quod provocat KNICHEN II. *c.* 4. *n.* 91. 92. *de pact vestit.* Unde Episcopus Johannes cum suo Capitulo eodem An. 1570. die 6. Aprilis declaravit, quæ declaratio in annexis nostris apparebit.

(*k*) Feuda Osnabrugensia ratione successionis jam ab Episcopo Cunrado è Comitibus de Retberge ad utrumque sexum extensa dicuntur. Ita enim Erdmannus *in Chronico p* 222. apud MEIBOMIUM, *Etiam* inquit, *certa observationes, prout à Senioribus audivi, tempore suo de investiendo tam masculos, quam fœminas, & de habendo judicem feudi in Civitate Osnabrugensi residentem, ac alia cœperunt habere initia.* Nuper de licentia inter filios testandi in lite adhuc in familia de Ohr pendente quæsitum. Junior filius allegabat communem consuetudinem hujus & Monasteriensis Episcopatus, vi cujus patri, uni filiorum, cui vellet feuda assignare, liberum esset. Literarum investituræ ut & reversalium exempla varii generis, una cum modo investiendi veteri, & quid hodie Vasallis in die investituræ præstandum, dabimus in annexis.

Hirscfeldensia (*a*) Fuldensia (*b*) fœminas admittunt. Ergo, quid ergo? feuda, ita pergunt, Ecclesiastica sunt regulariter fœminea. Sed age videamus.

§. LXII. Initio observandum, feuda ECCLESIASTICA omnia, de quibus jam dictum, si Fuldensem [*c*] Abbatiam & Præsulatum Metensem, quæ regiones ad Circulum Rhenanum superiorem pertinent & pertinuerunt, reliqua omnia intra Rhenani inferioris & Westphalici circuli cancellos continentur, quis vero crederet, ab his paucis ad vastum imperii corpus in jure feudali argumentum duci posse.

§. LXIII. Sunt itaque feuda Ecclesiastica masculina in inferiori Saxonia Hildesiensia [*d*] Halberstadiensia, [*e*] Magdeburgensia, eadem dicenda de feudis Saxoniæ superioris ECCLESIASTICIS, Franconicis, Wurtzburgensibus, [*f*] scilicet, Bambergensibus, (*g*) Eichstadiensibus, (*h*) & qui Rheno superiori adjacent Moguntinensibus, [*i*] Wormatiensibus, (*k*) Spirensibus. (*l*) Nec aliter in Suevia, [*m*]

(*a*) De his feudis citat KNICHEN *n.* 48. *d. l.* FERRARIUM, FICHARDUM, VULTEJUM

(*b*) De his extat COCCEII commentatio, & quos allegat WEHNER verbo Fuldisch Lehen. Querelas veteres Abbarum de abusu juris feudalis, supra ex BROWERO *Annal. Fuld* citavimus. Recentior compositio litium de tutelis, jurisdictione & aliis inter Abbatem & Ordinem equestrem in Buchau, de Anno 1607. & an. 1656. habetur apud LVNIGIVM *Part. special. continuat. III. p.* 63. & *P. I. Special.* 512. Attestatum Abbatis JOANNIS de An. 1503. de successione promiscua Electori Saxoniæ Friderico datum, integrum recitat WEHNER. *c l.* Addi his feudis possunt Feuda LEODIENSIA, quæ non tantum promiscuæ successionis, sed & alienabilia sunt, exceptis alienationibus in testamentis & pactis dotalibus. Consensu agnatorum non est opus, sed tamen requiritur, ut alienatio fiat coram curia feudali. Imo in feudis Leodiensibus in Comitatu Lossensi succedunt & illi, qui non descendunt à primo acquirente, modo sint ejusdem familiæ, & ita judicatum in Curia Vliermaliensi an. 1643. die 16 Junii, referente MARINO FRECCIA *de different. inter feud. ex pact. & pro vid. & hæred. differ.* 2. *vid.* LUDOVICUM de MEAN. *tom.* 1. *ad jus Leod. p* 43. qui plane & plene hoc excussit argumentum. Bremensia quondam mere masculina fuisse, deinde verò ministeriales contrariam consuetudinem, ut deficientibus masculis etiam fœminæ successione gaudeant, introduxisse, ac ita casu eveniente, tempore Archiepiscopi JOANNIS RODII obtinuisse, ipse testatur *p.* 267. *t.* 2. *Rer. Brunsvic.* adde Bremisch Ritter-Recht tit. von Succession und Erbnehmen. De Paderbornensibus dubia res videtur ob dissensum eruditorum. REFVTATOR nostri masculina dicit, sed huic graviter obstat diploma Wilhelmi Comitis de Arnsberg ad Cognatum suum Præsulem Paderbornensem datum Anno 1312., quod in annexis, cum notis eruditis summi cujusdam ac præcipuæ dignitatis viri comparebit, generatim de consuetudine Westphaliæ, quoad successiones fœminarum attestaturum.

(*c*) Vid. IMHOF. *notit. procer. sub Fulda. De Metensi III.* Dn. de ZECH. *in* Herold *p.* 978. & *P.* 2. *p.* 548. ubi de Trajecto ad Rhenum § 4.

(*d*) De his ipse inquisivi, cum Hildesiæ essem, testis quoque satis locuples est nostri REFVTATOR, qui Hildesiæ Cancellarii munus obiit, ut proinde ipsi de qualitate masculina *p* 107. testanti omnino credendum sit.

(*e*) Ita didici ab iis, qui juri dicundo per Præsulatum passim præfecti sunt. De MAGDEBVRGENSIBVS autem propter c. 8. Der Magdeburgischen Policey-Ordnung / quod in rubro nulla alia feuda quam Mannlehn-Güter refert, ne quidem dubium superest.

[*f*] Fatetur hoc noster quoque ipse *in fundam.* 3. *par. cur.* addita ratione, quod Præsul Wurtzburgensis sit simul Dux sæcularis Franconiæ. Quam quidem meam non facio, nec enim omnia feuda secularia masculina sunt, ut usus probat. Interim res certa, nam ita non tantum docent literæ investituræ Wertheimensibus, Seinsheimensibus, nobilibus de Ruden datæ apud LVNIGIVM aliæque, quas Norimberga ab Excell. Viro Carol. Wilh. de WOLCKER, Reip. Noric. Consiliario, Patrono nostro multis nominibus colendo, accepimus, sed ita quoque intelleximus à I. V K. rerum harum satis gnaro. Insuper personalem comparitionem exigit hic Præsul, ut in annexis apparebit, dimidium tamen beneficii Vasallum sine consensu domini alienare posse, dicit ROSENTHAL *c.* 9. *conclus.* 58. filiabus autem promittit Episcopus eine bekändnis / & quidem satis amplam: nemlich zwey drittel vom lehne zu thun. N. 61. sub der Franckischen Ritterschafft apud LVNIG. adde WEHNER loco mox citando.

(*g*) Patet hoc non tantum iterum ex literis investituræ, sed præcipue ex transactione præsentis Episcopi Electoris Moguntini cum nobilitate immediata Anno 1700 inita, in qua Elector simpliciter provocat ad jus feudale commune. Probatur ex eadem, quod ea, quæ *t.* 4. der Staats-Cantzeley *p* 414 *n.* 3. 4. ex Wehenero, de successione agnatorum, qui non descendunt à primo feudum acquirente, in Franconia adducuntur, non cognoscuntur à Bambergensium judice feudali, quippe qui tales simpliciter excludit. Compendium juris feudalis hujus è JUSTO VERACIO in annexis inseremus.

(*h*) Dantur quidem feuda Eichstadiensia fœminea, regulam tamen pro masculinis militare, aliunde accepimus, & jam NICOL EVERHARD. *Consil.* 41. *n.* 167. probavit.

[*i*] Circa Moguntinensia feuda consentientem habemus Nostrum *Fundam. III.* idem asserit REFUTATOR illius *p.* 107. *citatis pluribus*, consentiunt literæ investituræ Gleichensis, Epsteinensis &c. apud LVNIG. Addit FLCHARDVS *Vol.* 2. *Consil.* 10. *n.* 6. daß er unterschiedliche process gesehen / da in dergleichen fallen gegen das Ertz-Stifft zu Mäyntz/das Stifft S. Albun und Aschaffburg die Gewonheit vom Krumbstab nicht können bewiesen werden.

(*k*) Hæc feuda regulariter masculina esse, certissima fide mihi constat, & ita quoque testatum esse illustrem Cameræ Imperialis Assessorem Dn. DRESLERVM, quondam apud Wormatienses Curiæ feudali Præpositum, ex literis doctissimi viri Wezlariæ degentis intellexi.

(*l*) Spirensia feuda masculinis accenset EVERHARD jam *citat. Consil.* 41. quem sequitur KLOCK. Vol. 2. *Consil.* 10. *n.* 81.

[*m*] De Suevia in genere testis est ZASIVS *Part.* 8. *n.* 42. *jur feudal.* quem noster perperam pro fœminis allegavit, quod feuda nobilium Vasallorum regulariter sint masculina. Idem ad me scripsit Dn. BVRGERMEISTER, feudalium controversiarum in patria sua scientissimus ICtus, qui nominatim quoque hujus quæstionis de feudis Ecclesiasticis, in nupero conventu Circuli Suevici, Mens. Octobr. Augustæ Vindelicorum Anno 1717. instituto, apud deputatos Principum Ecclesiasticorum curam habuit, & juris feudalis communis regulam in genere observatam deprehendit.

Augustana [*a*] Constantiensia, Elwangensia, (*b*) Campidunensia, [*c*] masculina sunt, quod pariter de Bavaricis, Pataviensibus, Salisburgensibus &c. judicandum.

§. LXIV. Ex his consequens est, proverbium Nostri, (*d*) ut plura (*e*) alia ejusmodi proverbia, ad provincias particulares spectare illarumque institutis niti. Speciatim autem nunc consuetudo Lotharingica, (*f*) nunc consuetudo Rheni inferioris, (*g*) nunc reliquiæ Francici (*h*) fundamenti loco citari solent.

§. LXV. Interim in eo aliis facile consentio, quod Noster in Electoratu Coloniensi satis probaverit thesin suam, & regulam hujus Præsulatus generalem, ut cuilibet, cum ipsius scriptum, tum documenta in annexis inspicienti, nullo negotio patebit. Quænam autem feuda exceptionem veluti constituant & in hac provincia (*i*) masculina, quæ ex hoc capite caduca [*k*] facta, & aliis iterum ex nova gratia concessa sint, aliunde supplendum est.

§. LXVI. Illud quoque in familia Comitum de Sayn [*l*] quæsitum fuit, an plane nullum sexus, sed tantum graduum, in successione discrimen in Archiepiscopatu Coloniensi observetur. Filiarum Comitis Ernesti sententia fuit, quod pro suo sexu, ita omnino pronunciandum, (*m*) Comitis autem agnati de Sayn & Wittgenstein, fœmininam successionem non nisi subsidiariam, etiam in feudis Coloniensibus esse existimarunt.

§. LXVII. Feuda dignitatum officialium, NOSTRO [*n*] in successione non videntur differre à reliquis, prædiisque ipsis feudalibus Ecclesiasticis, ut proinde æquè ad fœminas transeant, ac ista. Quod authoritatibus & exemplis (*o*) corroborare intendit. Dissentit omnino illius REFUTATOR.

Quid

(*a*) Augustani Præsulatus feuda jus commune servare, & masculina esse, & ex jam dictis colligitur & apud KLOCKIUM *d. l.* extat. Ita quoque judicatum refert REFUTATOR nostri in Camera Imperiali in causa Barbaræ de Salmantingen ratione feudi Nattenhausen d. 12. Maji 1535. Suffragatur dictis KLOCK. *Consil.* 15. *Vol* 2. *n* 41. Idem observatur in feudis civici ordinis, ut in annexis singulare exemplum adducemus & elenchum Vasallorum Augustanorum subjiciemus

[*b*] Elwangenses fœminas regulariter non admittere, peculiari investiendi formula in annexis demonstrabimus.

(*c*) Campidunensis Abbas feuda, stirpe mascula extincta, plane propria autoritate mox occupat, & pro eo judicatum in Camera An. 1582. d. 27. Martii in causa Christoph. von Balstedt *n.* 134. *Consil.* 15. KLOCK. *d. l.* In Bavaria Pataviensia feuda masculina esse inde conjicio, quia Præsul magnis quondam beneficiis à Rudolpho I. Imperatore mactatus, filiis illius diversa prædia, ut feuda sub lege masculinæ successionis concessit, *p.* 189. 193. *t.* 1 *Metrop.* HUND. quæ conditio, nisi ibi usitata esset, vix in infeudatione ex lege gratitudinis facta, accessisset

(*d*) Unde in tractibus, ubi feuda Ecclesiastica fœminea, ibi & sæcularia talia habentur, sic Coloniensibus vicina Limpurgensia, Luxenburgensia, Geldrica, Flandrica, Zutphaniensia &c. licet secularia, fœminea esse dicuntur.

(*e*) Quis enim nescit parœmiam; *major dividit, minor eligit fere Saxonia*, item rythmos; De naeste lieft / de man voer't wyff / d'olste od de Straden ꝛc. Belgicis regionibus includi.

(*f*) Hoc clypeo se tuetur noster. Nec obstat, quod Ducatum Lotharingicum ipsum masculinis feudis peculiari libello adscribat CHIFFLETIUS. Nam non raro accidit, ut principatus alio jure, quam feuda in principatu reliqua, in successione deferatur. Accedit, quod consuetudo Lotharingica, longe latius extensa sit Ducatus territorio. Imò in ipso *tit.* 5. *de feud. art.* 12. consuetudinum generalium Lotharingiæ An. 1599. JOANNE HUARTO Autore editarum, plane alienatio feudorum indulgetur.

Les fiefs se peuvent librement echanger Ou autrement aliener &c.

(*g*) Factum hoc in causa Saynensi in Manifesto Herrn Graffen Ernstens zu Sayn und Witgenstein hinterlassenen Fräulein Töchtern Argument. 23. daß die allgemeine Gewonheit in allen Provintzen am Nieder Rhein-Strohm promiscuam successionem der mann- und weibes personen bestätige. Confer huic oppositum Antimanifestum *p.* 98 *seq.*

(*h*) Ad has ablegat RHETIUS *in Differt. de feud. Zutphaniens. Sect.* 1. *n.* 30. Sed undecunque tandem hic mos sit, ex quo semel in tractu ad Rhenum & Belgio invaluit, facile ad vicinos Westphalos pertransiit.

(*i*) Plane omnia feuda tam quæ utrumque sexum admittunt, quam quæ fœminas excludunt, nominatim recenset MARTINUS HENRIQUEZ à STREVERSDORFF *in descriptione Archidiœceseos Coloniensis sub stat* 3. *p.* 62. 63. *seq*

(*k*) Habes hæc in annexis REFUTATORIS: Morenhoffen / Elinhoffen / Trevestorff / Odenkirchen ꝛc. Quamvis horum omnium caducitas non careat controversia. Nam licet de ultimo feudo Odenkirchen REFUTATOR nostri annotet, quod illud, Florentio Hartardo de Bozelaer A. 1636. mortuo, optimo jure & consensu Capituli cum clausula *ex gratia*, Generali Ioanni de Werth collatum fuisset; hæc tamen facile refutantur, si quis legat, quæ Comes ADRIANUS de HORN urserit, in successione hujus feudi, ex jure avi materni Comitis de Bronchorst A. 1662. ipso plane Capitulo cathedrali haud obscure approbante (vid. infra annexa nostra) & WERTHII jus impugnante. His addenda sunt, quæ deinde Anno 1684. ab Holsatorum Ducissa, ex stirpe Comitum de Merode disputata sunt, judice tamen magis favente.

(*l*) Scripta in hac lite etiamnum non finita recitat LUNIG. *in Bibliothec. deduction. rubro: Sayn.* Cum Comitibus agnatis facit noster, *Fundam.* 4. *par. cur. n.* 74. *seq.* adde GOEDDÆUM *Consil.* 37. *vol.* 4. *Cons. Marpurg.* & qui citantur in Comitum Antimanifesto *p.* 50. *seq.*

(*m*) In manifesto A. 1644. edito, cui junge nominatim ratione castri Hachenburg Saynische Wiederlegung der Cöllnischen informativ. An. 1646.

(*n*) In *Fundam. Archiepisc. I. n.* 77. *Fundam.* 3. *par cur. n.* 51. *Fundam.* 5. *n.* 305. *seq.*

(*o*) Sic Mariam de Luzzerad, mortuo filio Rutgero de Velbruken, feudum hæreditariæ camerariæ obtinuisse in possessorio, judicante ipsa Cancellaria Coloniensi. Sic Turrim Arnwilerensem cum officio pincernatus hæreditari, Iohanni de Blancard & uxori, item a Iohanne de Kerpen & Margarethæ thori, ut dicitur in literis, socia, Robrechto Comiti de Virneburg venditam quondam esse. Aliter autem hæc refert REFUTATOR, ita enim in adjectis suis p. 3 So ist die Erb-Cämmerey mit dem Hause Bachum Iohanne a Welbrug sine herede masculino, relicta filia unica, mortuo, von Churfürst Ferdinanden, als ein heimgefallen lehen eingezogen / und damit Sigmund von Frentz zu mann-lehen von neuen aus gnaden belehnet. Ebenmässig / als vor jahren des Ertz-Stiffts lehen / der Thurn und Erb-Schencken-Amt zu Ar-

§. LXVIII. Quid ergo in hoc dissensu statuendum, an officia familiis inhærent, an prædiis? an in successione semper ad familiam & illos, qui inde superstites, masculos respiciendum, an in locis, ubi gradus non sexus in succedendo prærogativa est, easdem leges sequuntur officia, ita ut casu successionis collateralium existente, fœmina gradu propior excludat masculum gradu remotiorem? Res nuper in Episcopatu Monasteriensi inter Dominos de Morien in Falckenhoff, qui sexus, & Dominos de Weix, qui gradus prærogativa nituntur, in quæstione, quis in vacuo hæreditarii Mareschallatus officio succedere deberet, disputata, & tam in prima instantia, quam ipso supremo Camerali judicio in favorem Weixiorum decisa est. Nobis sufficit, more academico utriusque partis argumenta adduxisse, (*a*) cuilibet relicta, quid desuper salva supremo Cameræ Imperiali judicio debita reverentia, sentire velit, libertate.

§. LXIX. Initio pro Dominis de Morien videtur militare scopus & finis totius instituti officialium. (*b*) Nam 1. talia officialibus tribui videntur, quæ minus sexui sequiori conveniunt, 2. Analogia officiorum Imperii & reliquorum in principatibus sæcularibus, (*c*) inductio plurium prælatuum (*d*) in Germania, quæ dignitates hasce masculis addicit, 4. quod etiam in provinciis sæcularibus, ubi promiscua successio obtinet, feudorum dignitatis alicubi separata, (*e*) ratio

weiler gelegen / cum pertinentiis, weilen vorige Lehenträger ohne männliche leibes-erben abgangen und dieses dem Stifft heimgefallen / ist damit vom Ertz-Bischoff Adolph. A. 1549. ult. Iulii Iohann de Ligne, als feudo masculino novo, consensu Capituli aus gnaden belehnet. Eadem addit von Bedbür / daß nach abgang der Gräflichen Neunnarischen mann-linie / die Herrschafft und das Erb-Hofmeister-Amt / als mann-lehen eingezogen und Bedbür dem Herrn Grafen von Salm / das Erb-Hofmeister-Amt aber cum pertinentiis dem Grafen von Manderscheid / verliehen worden. Ex quibus liquet, Electorem cum sua curia feudali, feuda dignitatis officialium, non habere pro communibus, ubi vi transactionis de An. 1659. utrique sexui, ni aliud dispositum, locus, sed pro masculis, neque vero in ista transactione hoc passu aliquid immutatum, nec feudorum dignitatis mentio facta est.

[*a*] *E scriptis publice impressis.*

[*b*] Extat de instituto quatuor officiorum aulicorum Præsulum ecclesiasticorum textus *in cap.* 113. § 4. *jur feudal. Alem.* Scopus autem duplex fuisse videtur, necessaria DEFENSIO præsulatus, & aulæ splendidior APPARATVS. De priori ita habetur apud SCHATEN *p.* 881. *ad Annum* 1187. *Obstricti erant Episcopis ministeriales sive officiales jure clientelæ. Nam quanta fuit primorum Episcoporum in augendis Ecclesiarum suarum bonis industria, tanta dein fuit necessitas TVENDI, quæ liberalitate Regum acceperunt.* De posteriori dubitare non sinunt; quæ de officialibus Principum sæcularium leguntur in diplomatibus, vid. diploma Ludovici Bavari Juliacensi An. 1336. & ejusdem aliud Geldrensi An. 1339 datum, apud Nostrum *Fundam.* 5. *n.* 300 *seq* & LEIBNIT. C. I. G. D. *p.* 151. Unde quidam Ministri Wurtebergici de suo novo Duce quondam: das er nun seinen hoff mit gesind und adel. Räthen erhöhen müste. vid. *Deduct. Ord. Eqv. Wurteb. A.* 1702. *p.* 119 *seq.* add. HAVGWIZ. *p.* 123. *n* 115. *seq. de Aul. & Regn. Mareschall.* Et quia ad pompam spectant hæc officia: DELICATA illa dixit BROWER. *in Annal Trevir. ad An.* 1198. Neutrum autem horum duorum videtur per fœminas obtineri posse

(*c*) Sive Archiofficia sive Subofficia Imperii, sive singularum provinciarum quatuor officia ordinaria spectemus, res omni dubio caret, v. iterum HAVGWIZ. *c.* 5. *n.* 14. *seq.*

(*d*) Quondam ne quidem ad ullos hæredes transierunt, sed non tantum morte ipsius officialis, verum etiam morte Præsulis finita sunt. Ut ipsa beneficia, sive feuda Ecclesiæ reliqua. Sane in vetusto dialogo *p.* 127. *t.* 5. *Annal.* MABILLON. Germaniæ & Saxoniæ Vasalli Ecclesiæ laudantur, *quod NOVO EPISCOPO permiserint sua BENEFICIA, ita ut liberum ei fuerit, restituere an voluisset, an retinere.* Deinde vero mutationem passa sunt quatuor officia nostra, ut non amplius à Præsulum nutu dependerent. *Routhario electo* refertur in Annal. Corbeiens. ad An. 1047, *significat Rex infeudatis ministerialibus oppidanis & toti congregationi Corbeiensi, quod communi Principum consilio & sententia adjudicatum sit, quod universa Ecclesia sua officia ad nutum suum sint instituenda, exceptis quatuor principalibus, quæ novo Abbati non vacare, sed hæreditaria esse dicuntur.* Ita etiam deciditur per sententiam inquisitoriam Cunradi, filii Friderici II. in præsulatu Mindensi *p.* 25. *Chron. Mind.* apud PAULINI. Consentit IO. RHODE Archiepiscopus Bremensis, & hæc quatuor officia pariter in suo Archipræsulatu secundum legem immutabilia esse ait *p.* 225. 271. *t.* 2. *R Brunsvic.* Vocaturque hoc decisum *generalis constitutio & communis justitia.* Interim non existimandum videtur, quasi usque adeo à veteri instituto, & mutabilitate declinassent hæc quatuor officia, ut plane promiscuæ successionis fieri cœpissent. Diserte Henricus Rex in Curia Norimbergensi An. 1230. definit: *ut nulla virgo, vel mulier in ullo quatuor officiatorum principalium, scilicet Dapiferi, Pincernæ, Camerarii, Mareschalli, ratione hæreditatis fratri suo succedere præsumat.* Diploma edidit KETNER. *p.* 219. *dipl. Quedlimb.* Additur quoque *in Annal Corbeiens. c. l.* à Rege, *quod officiatorum FILII SENIORES legitimi patrum officiis succedunt pleno jure.* Nec aliter morem sui Archipræsulatus exponit IO. RHODE *c. l.* Et SENIOR, inquit, *vel ILLE, cui de tali progenie officium est commissum &c.* De superioribus Germaniæ præsulatibus tanto minus in hoc argumento ambigendum est, quo certius, & feuda prædiorum reliqua, & ordinaria, regulariter solis masculis deferri scimus. Inter plura exempla legi possunt, quæ de quatuor officiis Episcopatus Wirtzburgensis illorumque devolutione ad hæredes masculos, recitat FRIESE *p.* 522. Unde merito, quæ apud SCHILTERUM *in comment. ad jus feud. Alem. p.* 400 *de Mareschallatu Weissenburgensi*, ejusque per Abbatem in fœminas translatione habentur, gratiæ Præsulis, non juri tribui debent. Fatetur sane hoc ipse Abbas in diplomate: *dotis nomine*, inquit, *possideat & in hæredes transferat. NB. IVRE prælibati OFFICII non obstante.* Nam quodnam aliud JUS hoc est, nisi quod officia alia, lege communi non pertineant ad sexum sequiorem. Quare recte in notis SCHILTERUS subjungit: *hæredes hic intelliguntur feudales & MASCVLI, & ex pacto singulari scilicet, tantum aliquando FOEMINÆ.* Nec obstat, quæ nonnullis placet, BODINI *L.* 3. *de rep. c.* 5 allata distinctio, quasi aliud sit: *fœminam ipsam non posse possidere aliquod feudum, & fœminam illud non posse transferre in suos hæredes.* Hæc enim distinctio videtur mihi sapere mores Gallorum, secundum quos feuda plane hæreditaria effecta sunt, ut ex ALTESERRA *c.* 2. *in fin. de feud. Galliæ* constat.

(*e*) Sufficiat adduxisse Archiducatus Austriæ exemplum, in quo licet alias feuda prædiorum etiam ad fœminas devolvuntur, feuda dignitatis tamen ab hac communi succedendi ratione diserte eximuntur, & secundum jus Longobardicum judicantur vid., REUTERUM *de different. jur. Austr. & civil. l.* 15. Clivense exemplum allegatur in specie facti Dominorum de Morien in eundem hunc sensum.

habeatur, 5. quod idem in præsulatibus, ubi fœminæ succedunt, alicubi, [*a*] obtineat, 6. quod aliud diserte (*b*) non contineatur jure Monasteriensi scripto, 7. quod Majores de Morien in sua [*c*] renunciatione non expresse se abdicarint successione in Mareschallatum, 8. quod lex Monasteriensis in successione fœminea recedat à jure communi, nec proinde extenda sit [*d*] ad non expressa, 9. quod privilegium Monasteriense pertineat tum ad indigenas [*e*] Weixii autem sint forenses, 10. quod moris sit in Germania, (*f*) dignitates conferre indigenis, 11. quod Mareschallatui inhæreat [*g*] directorium in comitiis provincialibus, personale utique masculorum per nullam fœminam obeundum munus, 12. quod nunquam in præsulatu Monasteriensi de successione officialium litigatum, unde frustra queri in declaratione [*h*] Joannis Episcopi litis decisionem, 13. quod à feudali prædio ad dignitatem feudalem non valeat [*i*] argumentum, 14. quod in investitura Camerariæ hæreditariæ Dominorum de Gahlen diserte nominentur fœminæ manifesto indicio, quod citra speciale pactum, in dignitatibus harum nulla noscatur successio, 15. quod fœminæ non sint gentilitiarum dignitatum propagandarum idonea subjecta.

§. LXX. Weixiorum autem causa defenditur 1. generalibus declarationis sæpe dictæ verbis, quæ quicquid beneficii apud Monasterienses indolem habet, sive res corporalis sive incorporalis (*k*) sit,

(*a*) Pertinent huc jura, quæ jam jam de Corbeiensium & Bremensium officiis ex chronicis attulimus. Et licet ex illis omnimoda fæminarum exclusio forte probari nequeat, minimum tamen, quod superstitibus masculis è familia, his solis quatuor nostra officia lex successoria deferat, facile ex illorum attenta lectione colligitur. Accedit, quod in successione feudorum Trajectensium, qui præsulatus quoque fœminas admittit in clientelari successione, in linea collaterali tamen maaerna maternis, paterna (ergo & officia) paternis agnatis addici dicantur apud SAND *l. supra c.*

(*b*) Nam *in* §. 1. *declarat privil. Monast. A.* 1570 adducuntur quidem in successionis argumento ibi §. 1. Von den grossen lehn-güteren / Gerichten / Herrlichkeiten und dergleichen / additurque auch andere lehn-Güter / si wären alt oder neu / groß oder klein. De officiis hæreditariis autem nihil occurrit. Atqui dicis: comprehensa sunt sub genere FEUDORUM, tanquam species, cum prædicatum generis per vulgaria, sit etiam prædicatum speciei. Sed Respondetur, quatuor nostra officia hæreditaria continentur etiam sub genere OFFICIORUM, & tamen Imperator Fridericus, Rex Henricus, Archipræsul Joannes, illa expresse à regula excipiunt, & Abbas Weissenburgensis mentionem facit JVRIS peculiaris, officii Mareschallatus, ut paulo ante audivimus. Et cur quæso in doctrina feudali quoque FEUDA OFFICIORUM dicuntur AMBATH MANNES-LEHEN, & Vasalli: AMBATHMANN, ac in specie nostri quatuor officiales die vier AMBATH MANNEN *c.* 112. 113. *jur. feud. Alem.* Ut taceam, quod officia in principatibus ad similitudinem officiorum Imperii introducta dicantur: nam in diplomate Geldrensi Ludovici Bavari *p.* 151. *C. I* G. D. LEIBNITII §. 3. expresse dicitur: *juxta morem Imperii quatuor officiarios Duci assignamus.* Atqui vero officia Imperii sexum potiorem in jure successorio præferunt omnino.

(*c*) Dicitur in Remarques auff die speciem facti der Herrn Gebrüdere / Morien de Falckenhoff, quod Diderich de Morien An. 1514 renunciasset: allen erbe und leben / und daß er von leben auff ewig ausgegangen ꝛc. sed de dignitate Mareschallatus nil occurrit speciatim.

[*d*] Citari hic possunt regulæ: jura statuaria sunt strictè explicanda, ut quam minimum recedant à jure communi, quod statuta non canunt, nec nos canere debemus, & aliæ cantilenæ, de quibus satis agitur in volumine de statutis Anno 1606, Francofurti edito.

(*e*) Indigenarum enim beneficium totum privilegium esse videtur, quare toties repetitur in illo: Unser und unsers Stiffts Stände und unterthanen / jam vero Weixii sunt forenses. vid. *pluribus Speciem facti Dominorum de Morien in annexis* & HAUGWIZ *c.* 5. *n.* 183. *seq.*

(*f*) Hoc patebit scriptores de Proceribus Imperii, præcipuè de Ecclesiasticis officiisque illorum hæreditariis perlegenti. Ubi tamen valde splendida hæc officia sunt, & in officia ac subofficia dividuntur, v. c. Bambergæ, Campiduni, Moguntiæ, Wirtzburgi, & si qui alii præsulatus, utrorumque officialium separata ratio habenda est.

(*g*) Occuparunt hoc argumentum FRITSCHIUS *de Convent. provincial.* HAUGWIZ. *p.* 249. *seq. tractat. citat.* & ita quoque nominatim apud Monasterienses practicatur. vid. *Spec. facti.*

[*h*] Huic argumento non exiguum robur inest. Declaravit scilicet Episcopus Joannes privilegium vasallorum antiquorum ex ratione: weil desselben Stiffts privilegii seiner dunckelheit und unlauterkeit halber / in ungleichen zweifelhafften verstande und meinung offtermalen gezogen / dahero zwischen den unterthanen allerhand vorlauff / beschwärnuß und unrichtigkeit sich zu tragen / und den auff etlichen Land-Tagen von Ständen und Unterthanen gebeten worden ꝛc. Sed quale fuit id vetus privilegium, quæ occasio inde natarum controversiarum? Per excerpta istud recitat SANDIUS *de feud. Geldr. p.* 35 *seq* Autor dicitur fuisse Episcopus Cunradus, tempus primæ concessionis refertur ad an. 1409. dein idem sigillavit Episcopus Henricus an. 1466. postea confirmarunt Episcopi reliqui, ut notat LEONINUS *Consil.* 60. *p.* 263. *edit. Blandin.* ex quo etiam tenorem, ut ipse vocat, in annexis addemus, cum integrum non invenerimus. Interim in excerptis Sandianis, in tenore Leonini, quorum uterque tamen de successione feudali Monasteriensi disputat, quorum uterque etiam causæ suæ non spernendum inde argumentum conciliare potuisset, nihil exhibetur, quod hodiernum statum controversiæ, de successione officiorum hæreditariorum feriat, nihil quoque hujus rei in ipsa declaratione de Anno 1570. sæpius citata, nullum similis controversiæ exemplum*, multò minus decisum, pro fœminarum jure ullibi, inter rationes Weixiorum apparet. Cur ergo non credibile & maxime verosimile videretur, quod successio in officiis hæreditariis, relicta sit doctrinæ pristrinæ, Bremæ, Mindæ, Corbeiæ, Ultrajecti, Quedlimburgi, & passim in Imperio COMMUNI, ut dicitur, CONSTITVTIONE COMMUNI JUSTITIA receptæ, vid. *not.* 3. Ita suadente consuetudine sæcularium, ita plane jubente natura horum quatuor officiorum. Sane si Præsul Monasteriensis Joannes declaravit privilegii vetusti (ut vernacula in majorem quæstionis lucem utar) dunckelheit / unlauterkeit / zweiffelhafften verstande / ostendendum erit, ubi illa obscuritas, illiquiditas, sensus ambiguus, ratione successionis in officia hæreditaria lateat. Non entis nulla decisio, nulla declaratio. Cum nulla declaratio aliquid novi addat, sed quod in antiquo latet, detegat.

(*i*) Hæc & sequentes rationes, ex hactenus dictis, veri speciem facile mutuantur. Tandem quod officiorum nostrorum jus non æstimandum sit è jure feudorum aliorum, expresse tradit AUCTOR VETUS *de benefic.* §. 131. *Hæc concessio*, inquit, *caret* BENEFICIALI JVRE, *si est officialis.*

[*k*] Nam §. 1. Privilegii declaratorii recenset nobis alle lehen-güter / grosse / kleine / alte / neue / gerichte / herrlichkeiten und dergleichen. Atqui vero lehn-güter res corporales, herrlichkeiten und dergleichen / jura & res incorporales notare videntur. Ut proinde officium hæreditarium Mareschallatus classe ultima, verbisque herrlichkeiten und

sit, promiscuæ successionis legi, in linea collaterali subordinare videntur, 2. deficientia [*a*] exempli, quod in successione ulla feudali, collaterali, fœminæ exclusæ, 3. praxis similis vicinorum [*b*] Præsulatuum Werthensis & Essensis, in officiorum hæreditariorum successione. Accedit 4. quod in primigenio (*c*) Monasteriensi privilegio successio: der Dienstmangüther, seu bonorum ministerialium, promiscua, statuminetur, 5. quod officium Mareschallatus jam olim in familiam ipsam de Morien, emtionis (*d*) plane lege transierit, 6. quod fœmina illo facile per alium [*e*] defungi possit, 7. quod Præsul, (*f*) & capitulum, etiam ad officia hæreditaria, extenderint promiscuam successoriam legem, in sua declaratione, 8. quod Gerhardus de Morien jam A. 1551. condiderit de officio Mareschallatus, in fœminas transferendo testamentum, (*g*) quod hic ipse subscripserit declarationi A. 1570., proindeque crediderit, quod officia hæreditaria non alio jure quam prædia reliqua in successione regantur, 10. quod rerum seu prædiorum & jurium in illis fundatorum [*h*] eadem lex in successione posita esse videatur, adeoque ut hæres prædiorum videatur quoque hæres dignitatum.

§. LXXI. Succedunt feuda Ecclesiæ extra CVRTEM. De vocabuli curtis, vel cortis, pluribus significatibus jam disputare supersedeo, licebit mihi, æque ut aliis, sumere pro territorio, ut feudum extra curtem sit feudum extra territorium.

§. LXXII. Feuda, quæ Ecclesiastici habent extra curtem, vel sunt veluti per rerum naturam talia, ut feuda monasteriorum mediatorum, quæ cum ipsa monasteria curte sive territorio careant, non possunt non extra monasterii curtem esse, licet aliquando sint in eodem cum monasterio curte, vel sunt facto talia, ut illa, quæ extra territorium conferunt Prælati immediati in territorio alieno. Ulterius vel hi Prælati investiunt extra curtem ipsos territoriorum Dominos de territorii particula aliqua, vel aliorum Dominorum subditos. Primam speciem jam non attendimus, sed sola ultima Prælatorum immediatorum feuda.

§. LXXIII. De his ultimis (*i*) potissimum, optandum, ni fallor, foret, ut Germania nostra illa ignoraret. Nam ex ejusmodi diversis circa unum hominem prædiumque concurrentibus adeoque sæpe collidentibus dominiis, non possunt non aliquando plura incommoda [*k*] subnasci.

E e Sane

dergleichen / omnino comprehensum intelligi debeat, Neque obstat, quod quis verbum: Herrlichkeiten / de venationibus, piscationibus, jure exigendi à rusticis servitia, juribusque ejusmodi reliquis, quæ nobilium fundis regulariter adhærere solent, exponat, cum enim additum sit: und dergleichen / nihilominus verosimile est, hoc ultimo jura dignitatis & honorifica indigitari. Accedit, quod in §. 5. *declar.* sola feuda extra curtem sita à successione promiscua excipiantur, proindeque regula in omnibus intra curtem conclusis beneficiis, corroboretur.

(*a*) Ab exemplis autem & practica, desumitur legum juriumque interpretatio, ut pluribus citatis notat BARBOS. *Thes. axiom sub verbo Practica*

(*b*) Argumentum à vicinia satis exponitur, urgeturque à NOSTRO *toto Fundamento III. Fundament. par. cur.*

(*c*) Verba antiquæ constitutionis sunt apud SANDIUM: dat de guede / de man heft van unser kercken in mans gude / oder dienstmanns gude ꝛc. jam vero verbum dienstmannen / sive latine MINISTERIALES, complecti quoque in suo ambitu OFFICALES hæreditarios, vid. LEHMAN. *Chron Spir.* 113 *p.* 69. SCHATEN. *ad Ann.* 1187. *p* 881

(*d*) Emtum hoc dicitur munus anno 1350. à majoribus ultimi possessoris de Morien, vendentibus illud Dominis de Rekede. Ex quo concluditur, quod sit alienabile, quod subsit regulis communibus patriæ de acquirendo vel transferendo feudali dominio.

(*e*) Ita enim in præsulatu quotidie practicari, respectu prædiorum feudalium tantum non omnium, ut servitia Domino per masculos exhibeantur, ut ut in jure successionis fœmina gradu proximior, in linea collaterali potior sit.

(*f*) Neque vero objici posse, quod jus quæsitum à nemine, ne quidem à Principe, alicui auferri possit, item quod Ecclesia sit præceteris CULTRIX JUSTITIÆ 1. *Feud.* 13. Nam in ambiguis & in utramque partem disputandis, interpretationem juris dubii omnino, ab iis, qui legem tulerunt, procedere posse & debere. Nec ablationem juris quæsiti, ejusmodi declaratione contineri, cum nondum de certo acquirendi fundamento satis constet.

[*g*] Cum Mareschallorum hæreditariorum in comitiis provincialibus partes sint, ut nomine Ordinum provincialium causam agant cum Principe, sane cum ipse Mareschallus Gerhard de Morien dictæ declarationi subscripserit, & nihilominus testamentum de officio suo condiderit, dici non posse, quod in declaratione de successione in officio non fuerit cogitatum.

(*h*) Secundum multorum Doctorum juris publici philosophiam dignitates terris, districtibus, prædiis annexæ in Germania videntur, vid. TOLNER *histor. palat. p.* 168 *& Deduct. Ducis Wurteberg. pro suo ob castrum Groningense, ipsi competente qualicunque Vexilliferi Suevici munere & officio* De officiis hæreditariis in provinciis diserte scribit THVLEMARIVS *c.* 20. §. 44. *& cum ratione rei seu prædii hi tituli competant, hinc non omnes, qui ejus familiæ sunt, illo honore gaudent.* Nec aliter HAVGWIZ *p.* 612. De Ecclesiasticis nominatim tradit, SCHATEN *d p* 881 *A* 1187. quod Præsules datis PRÆDIIS, decimis ad Ecclesiæ defensionem instituerunt quatuor OFFICIA, idem probant vetusta Ecclesiarum regesta, v. c. Ecclesiæ Trajectensis *part III* apud HEDAM, & Ecclesiæ Bremensis *p* 255. *t* 2 LEIBN. *R. Brunſ.* Imo Rex Henricus *A.* 1047. definit: *ut quatuor principalium OFFICIALIVM BONA nullius justitia vel astutiæ interventu ab ipsis officiis alienentur* ANNAL CORBEIENS. *ad h. Ann.* Unde etiam in successione non videtur admittenda separatio, sed bonis transeuntibus ad sexum fœmininum, transire quoque inhærens officialis dignitas, per masculum licet dein exercenda.

(*i*) Dico ultimis. Nam Prælatorum mediatorum vanæ plerumque sunt sine viribus iræ, ut ab his Dominis territorii usque adeo sit nihl metuendum, ut potius, ceu vulgo loquimur, Deo gratias agant, si sub auspiciis & protectione Domini alieni territorii, suum qualemcunque statum clientelarem conservare, ac ex renovationibus investiturarum sportularum aliquod lucellum, vel aliud donum, si ita pactum, percipere possunt.

(*k*) Periculosum est, inquit KNICHEN *p.* 491. *oper.* vasallo extra territorium agnoscere Dominum. In promptu causa est ex scriptura sacra, *nemo potest duobus Dominis servire.* Præcipue tempore belli inconvenientiæ liquidius apparent, altero domino ad dextram, altero ad sinistram ejusmodi trahente. Quale contentionis exemplum habes tempore belli Bohemici præcedenti sæculo, vid. LONDORP. *L.* 5. *c.* 62. von ursachen des teutschen kriegs.

Sane in divisione Imperii Franci, sub Ludovico Pio, (*a*) licet subditus unius fratris posset acquirere allodium in regno vicino alterius fratris, ut tamen beneficium sive feudum impetraret ibidem, non permittebatur. Intellexit quoque feudorum in curte extra curtem recognoscendorum, ut ita dicam, inconvenientiam Moguntinorum quondam Præsul Berchtoldus, quare suæ & posterorum suorum quieti, speciali privilegio Cæsareo, ne tale quid introduceretur à suæ sedis subjectis, prospexit.

§. LXXIV. Nihilominus inter cætera incommoda, interque cæteras plurium territoriorum commixtiones, & horum feudorum multitudine laborat patria. Adeo, ut vix præsulem ullum existere credam immediatum, qui non habeat feuda extra curtem in territorio alieno, ut frustra sint, qui solum Moguntini exemplum in Thuringia, per traducem ex alio in alium librum feudalem translatum, circumferunt.

§. LXXV. Sunt autem, si originem respicis, hæc feuda plerumque (*b*) oblata. Nam regulariter concipi non potest, quomodo alicui Domino in alterius territorio certorum fundorum dominium competere queat, nisi [*c*] subditorum oblationem ex causa, vel devotionis, sive religionis, [*d*] vel quærendæ protectionis (*e*) in turbis, factam esse supponas.

† 2. Annulus apud Græcos non nisi allegorico sensu & mystico adhibebatur. Unde Thomassini *d. l. è jure orient. t.* 1. *p.* 321. annotat: Quemadmodum Christus mundarumque & virginearum Ecclesiarum sponsus est, sic qui ubique sunt sanctarum Ecclesiarum Præsules, sponsi appellantur, accepto SPIRITUS sigillo, ut annulo. vid. Jacob. Goar *de liturg. Græc.* In Ecclesia latina initio lintei erant, & exigui pretii, dein aurei facti sunt multumque accessit ornatus. Sic enim quadrare poterant explicationis mysticæ, quas Innocent. III. *epist. CCVI.* annulo, quo Regem Angliæ donat, subjicit v. c. quod rotunditas notet æternitatem, quæ initio caret & fine, aurum inter opes, quas mortalis oculus concupiscit, carissima res sit, &c. Non tantùm autem Episcopus mediante annulo Ecclesiæ desponsus est, sed idem signum etiam in investituris Canonicorum adhiberi cœpit, *vid. epist. CXIV. CXXIII. & plur.* Innoc. *L.* 1.

† 3. Manus tegere olim non adeo honestum erat. Audiamus Gellium *L. VII. c.* 12. Tunicis, *inquit*, uti virum prolixis ultra brachia & usque in primores manus ac prope in digitos (1) Romæ atque omni in Latio indecorum fuit, fœminis tantum permissum. Unde Publius Africanus Sulpitio Gallo homini delicato inter cætera, quæ objectabat, id quoque probro dedit, quòd tunicis uteretur, manus totas operientibus. Adde Casaub. *L. XII. c.* 2. *in* Athen. Longè alia fuit Philosophia Cleri. Nam secundùm hujus principia chirothecæ usus jam ab Apostolis traditus est. Honor. Augustodun. *in gemm. anima L. I. c.* 215. *vid. Miss.* Illyr. *in append.* Cardin. Bonæ de rebus liturg. Minimum ex illius mente chirothecis aliquid mystici est. Quia nihil tam inglorium, ait Bernhard. *epist. CXXVI.* quàm Episcopum gloriæ cupidum deprehendi, ideo novus Prælatus manus operit CHIROTHECIS, ut nesciat sinistra sua, quid faciat dextra ejus, & quandoque eas velat CHIROTHECIS & quandoque denudat, quia bona opera interdum ad vitandam vanam gloriam occultantur, & interdum ad ædificandum proximum propalantur. Licèt verò Ordo Præmonstratensis aliter suaserit, & superbiæ indicium esse putaverit, manus chirothecis munire, nihilominus ad investituram Episcoporum adhibitæ sunt, cùm tam piam explicationem, ùt Bernhardus præivit, admittant. Quare Meinvercus celebris Paderbornensium Præsul episcopatum Goslariæ à Henrico Sancto per chirothecæ traditionem suscepit, ut refert Gobelin. person. *c.* 52. *p.* 256. *t.* 1. Meibom. Moris planè fuit receptissimi apud Saxones: tradere cum chirotheca super reliquias. *vid. Privil. Bremens. p.* 168. magis tamen ad ecclesiastica hæc pertinebant. Judice politico chirothecæ usus interdictus erat in judicio. v. *L. III. art. LXIX. Jur. Sax.*

sandalia † 4, alba † 5, casula † 6, stola † 7, cingulum † 8, manipulus † 9, Suarez *disp. 89. Sect. III.*

† 4. Definit sandalia Laurentius *d. l.* apud Gronov. calceos Græcorum. Benedictus Balduinus *Libr. de calc. antiqu. c. VII.* sandalia vocat calceos itinerantium. Quæ definitio satis bene convenit scopo, quare futurus Episcopus hic sandaliis induitur. Nam de hoc ita differit Barbosa *de Episc. p. 28.* Fidei absoluto examine augustiore ordinandus induitur habitu. Calceantur pedes ad annuntiandum evangelium pacis, ut eat, non stet, laboret, non otiosus delitescat. Recesserunt hic consecratores ab institutis Judæorum veteris testamenti, horum enim Sacerdotibus nulli erant calcei, ut pluribus demonstrat Braunius *L. 1. de vestit. Ebræor.* ubi etiam allegat. *cit.* Balduini fingendi licentiam, & commenta de calceamentis Mosis notat. plura *vid.* Nigronium, Salmasium &c. de calceis differentes.

† 5. Alba dicitur vestis candida baptizatorum, ut ex Turonensi *LV. c. XI.* constat. Alba tamen vestis stricta Sacerdotis, qua tempore oblationis utitur, dici solet. Quæ aliis nominibus lineæ Dalmaticæ, camisiæ, &c. venit: præcipua est Alba paschalis, unde dein hebdomada in albis & ipsa dies dominica sequens albæ dicuntur. *vid.* du Fresne *h. v.*

† 6. Casula dicitur à Græcis φαινόλιον. Estque duplex Presbyterorum & Episcoporum. Illorum casula iterum duplex habetur, alba & porphyrea. Episcoporum autem variis crucibus insignita est, unde dicitur φαινόλιον πολυςαύριον. *vid.* Morin. *de sacr. ord. pag.* 177. *P. II.* Clarius Alcuinus *de divin. offic.* casula, quæ super omnia vestimenta ponitur, & Rhabanus *de ordin. Antiph.* Casula est supremum omnium indumentorum, & cætera omnia inferius per suum munimentum regit & servat. Dicitur etiam planeta. Significatio mystica non una est. Quibusdam sublimiorem & superne collatam spiritus virtutem sub quadam effigie demonstret, aliis notat purpuram, quam Jesu illudentes impii gestandam dederunt. *vid.* Morin. *d. l. ibique alleg.* Symeon. Thessalon. & S. German. Theor.

† 7. Stolæ eadem est apud Latinos & Græcos significatio, notatque vestimentum longum hominem ambiens. Sumitur & generatim pro omni sacerdotali ornamento. Angelos imitari creditur per stolas, nam stolâ albâ circumdatos apparuisse refertur *Marc.* 16. *v.* 5. *vid.* Morin. *p.* 200. inde nomen hæsit munusculis Sacerdotibus pro sacerdotali oblatis, quòd jura stolæ dici cœperint. *vid.* plura du Fresne *h. v.*

† 8. De Cingulo apud Hebræos prolixè disputat Braunius *L II. c.* 3. *d. l.* Ab Hebræis cingulorum ornamentum dimanavit eo judice ad Romanos. Nec significatione mystica caret, cinguntur enim homines iter facturi vel prompti ad labores. Notissimum est cingulum militare. Hæc autem omnia ad Clerum applicari possunt, cum laborare, militare in Ecclesia Dei debeat. *vid.* Menard. *ad Libr. Sacrament.* Gregorii *p.* 260.

† 9. Manipulus dicitur etiam sudarium. Græci dixerunt ὠράριον linteum ad abstergendam faciem. Imprimis celebrantur sudarium S. Veronicæ & S. Gervasii. Ope hujus oculus penitus sede suâ per vim excussus pristino nitori restitutus refertur ab Augustino *L. XXII. de C. D. c.* 8. adde Alcuin. de divin. offic. *c. quid significent vestimenta.* Tandem usus allegoricus horum ornatuum disci potest ex orationibus, quæ in traditione singulorum recitantur. *vid.* Alcuinum, S. Germanum, Rhabanum, Amalarium, Durandum &c.

§. III. Sed in hac dissertatione potissimùm de Pedo Episcopali solliciti erimus. De ejus origine † 1,

† 1. Origo baculi pastoralis vel episcopalis est eadem, quæ ipsorum Pastorum Episcoporum. Modò baculus simplex à pretiosiore moderno secernatur. Scil. olim baculus, quem Episcopus manu gestabat, comparabatur in hunc usum, ut firmiore pede incederet, *vid.* Jac. Goar. *ad ritual. græc. p.* 313. edit. Paris. vel ut esset aliqualis fulcimenti loco longum iter aggredienti. Neminem fugit, *inquit* Thomasin. *L. I. II.* 58. 2. aureum illud Apostolici quondam Præsulis dictum, aureos olim Episcopos ligneis baculis uti solitos fuisse, nunc aureis baculis uti Episcopos ligneos, subjicit *ibid.* Exemplum Sancti Morini Vibiorum Præsulis, qui usitato & ad corroborandos pedes apto baculo incessit. Similis superest in Bibliotheca Salana Sancti Bonifacii Germanorum, ùt dicitur, Apostoli. Ast successu temporis præter usum nativum, meditationes mysticæ circa baculum nostrum enatæ sunt. Audiamus scriptorem vitæ sancti Burchardi Wirtisburgensis ecclesiæ Antistitis *apud* Surium *Octobr. d.* 19. *L. II. c.* 1. Virga sambucea semper nobis ad memoriam reducit humilitatis ejus exempla. Unde constat, quanto pretiosior sit coram illo, qui humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Pastor Burchardus cum sua pastorali virga modernis pastoribus, qui pascentes semetipsos vix in ipsis baculis suis aliqua carent pompa. Sed unde hæc pompa, quàm ex nova & ficta baculi utilitate? Sanè si vera dixit Hugo à sancto Victore in spec. eccles. *c.* 6. quòd baculus pastoralis rectitudine sua rectum regimen significet, quòd pars curva attrahat mites & obedientes, vel ùt Isidorus *L.* 1. *c.* 5. *de offic. eccles.*

ſenſu myſtico † 2, materia † 3, forma † 4, traditione † 5,

uſu

eccleſ. allegorizat, quòd hoc baculo ſubdita plebs regi, infirmitates infirmorum ſuſtineri debeant: recedendum fuit à vulgari & ubivis obvio ligno, formaque & materia ita immutari debuerunt, ut magis reſponderent piarum mentium cogitationibus.

† 2. Attulimus jam quædam hujus argumenti. Jungi poteſt Guilielmus Durand. *L. III. Ration. div. offic. c.* 15. fertiliſſimus talium alluſionum doctor. Formula ipſa in conſecratione Epiſcopi habet: accipe baculum paſtoralis officii, ut ſis in corrigendis vitiis piè ſapiens, judicium ſine ira tenens, in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate ſerenitatis cenſuram non deſerens. Neque myſticum ſignificatum, diffitetur Innocentius *III. in f. un. de ſacr. unct.* Theodorus Balſamon exiſtimat, quòd pedum deſignet arundinem illam, quæ ſalutem humani generis egregiè depinxit teſtis fidelis in cœlo. *Jur. orient. t.* 1. *p.* 44. Explicatiùs Poëtæ myſterium ſingularum veluti partium tradere aggreſſi ſunt. Unde illud:

Curva trahit mites, pars pungit acuta rebelles.

Vel ùt eſt in Innoc. III. *lib. de offic. Miſſ. c.* 50.

In baculi forma, Præſul datur hac tibi norma:
Attrahe per primum, medio rege, punge per imum,
Collige, ſuſtenta, ſtimula vaga, morbida, lenta.

Unde mirari non debemus, quòd baculos ſanctos Hiberni, uti legitur apud Honorium Auguſt. *in gemm. anim. L.* 1. *c.* 217. in magna reverentia habere ſoleant, cùm nil in iis deprehendatur, quod non excitet devotionem.

† 3. Purum ſimplex lignum materia prima veluti baculi noſtri erat. Si nominis ratio hìc habenda, ſæpius ex ſambuco exciſus fuit. Siquidem dicitur ſambucea virga *apud* Surium *d. l.* durior tamen ſambuco arbor fuit, cui Bonifacius ſuam ferulam debuit, uti inſpectio in Bibliotheca Academica hìc probat. Græci baculos non raro ex ebore & ebeno confecerunt, ut indicat Goar. *in not. ad ritual. d. p.* 313. dein pretioſum metallum huic uſui apud eos inſerviit. De Mahomete Gennadio refert Morin. *p.* 199. *d. l.* quòd propriis manibus Patriarchæ dederit pedum paſtorale longè pretioſum, videlicet virgam argenteam undique deauratam, & pulchritudine ſpectandam. Acceſſit eadem pompa etiam in eccleſia latina, ut conquerentem auctorem vitæ Burchardi audivimus. Materia manſit tamen diverſa, nam Honorius Auguſt. *d. l.* ex auro, argento vel ære, baculos confici annotat. Præcipuè gemmarum nitor eos commendabiliores reddidit.

† 4. Figura reſpondit quondam materiæ, ut natura producebat fruticetum, inde diſcerpebatur baculus rectus & ſine ornatu. Brevior erat apud Græcos, ut commodè ingreſſui inſerviret, ac manuum fulcimento. Apud Latinos videtur Morino *d. l.* longior fuiſſe, ſed ni fallor refutant hanc viſionem baculi Severini & Burchardi, quos aliquoties nominavimus. Aſt extenſior fieri cœpit utrobique, quod innuit vetus poëtaſter Marnerus:

Euer krummer Stab der
iſt gevvachſen z' einen langen Speer.

Addita itaque fuit ſupernè incurvatura, ut Pedum paſtorale exprimeret, quo opiliones utuntur. Quamvis & hæc conjectura afferatur, quòd baculi inflexio hìc indicio ſit Præſulis poteſtatem coarctari Superioris jure, Thomas Purpurat. *in l. Imperium n.* 91. *de juriſd.* Græcis novum ornamentum placuit, ut verſus extremitatem à parte utraque incurvatum eſſet in ſpeciem duorum ſerpentium ſe mutuò reſpicientium.

† 5. Traditur in ſuſtentaculum imbecillitatis, in auctoritatis & diſciplinæ inſigne, ut attrahat vagum, ſuſtentet languidum, ſtimulet pigrum. *vid.* Barboſ. *p.* 28. *de Epiſc.* Formulam ſolemnem exhibuimus not. † 2. Tradebatur olim Epiſcopo ab Epiſcopo in Hiſpania, *vid. Can. XXVIII. Concil. Tolet. de anno* 633. *apud* Caballat. *pag.* 285. Archi-Epiſcopus Rhemenſis in Francia Suffraganeis in ſua Diœceſi porrigebat baculum, ùt clarè conſtat ex Synodo Trycaſſina anni 867. omnes Suffraganei, qui eo abſente ordinati fuerunt, annulos & BACULOS ab eo more Eccleſiarum acceperunt. In Germania noſtra ſub Saxonibus Baculus mortuo Epiſcopo remittebatur ad REGEM, qui novum à ſe conſtitutum Præſulem eo donabat. *vid.* Meibom. *t. III. p.* 172. Sed ex quo jus Sacrorum Pontificibus ceſſit, mutatio contigit, ut hodie à Conſecratoris manu accipiatur. *vid.* Eſpen *p.* 102. Neque verò Epiſcopis tantùm traditur, ſed eadem ratione ab Abbatibus accipitur, ùt ex Orderico Vitali refert du Freſne, *v. Baculus.* Plura habes apud Tamburin. Eſt tamen inter Abbates diſtinctio inter uſum mitræ & baculi habentes, & non habentes. Illi ſunt loco Epiſcoporum, & ubi certus numerus Epiſcoporum in judicio Cleri requiritur, deficientibus Epiſcopis, Abbates eorum vice defunguntur, textus eſt *in C. IV. ſeſſ. XIII Concil. Trident.* licèt de ſenſu lis ſit, *vid. ibi* Barboſ. *p.* 85. Vallìſcholarium, Æteriacharum privilegia recitat Chopin. *in Monaſt. L. I. c.* 2. §. 18. Non fuit ad guſtum Bernhardi hæc pompa, ùt conſtat ex *Epiſt. XLII.* ad Henricum Senonum Archi-Præſulem. Transmiſerat

usu † 6, nominibusque † 7, diversis notabiliora dicturi.

Con-

miserat Pontifex ornamenta episcopalia Wilhelmo Blesensi Abbati Machinensi; ast frater Petrus Blesensis *epist. XC.* graviter monet Wilhelmum: ut aut ista ornamenta reddat, aut Abbatiam relinquat. Insignia, *ais*, episcopalis eminentiæ in Abbate nec approbo, nec accepto. Mitra enim, annulus, & sandalia in alio, quàm Episcope, quædam superba elatio est ac præsumptuosa ostentatio libertatis. Sed Patres Concilii Tridentini non agnoverunt Philosophiam Zelotæ. Nominatim Congregatio Bursfeldensis statuto adjudicavit Superioribus, etiam PRIVILEGIO Apostolico suffultis, & cetera insignia Pontificalia *vid.* Trithem. *Chron. Sponheim. c.* 12. Ipse Papa non utitur baculo pastorali, cujus duas rationes allegat Innocentius III. historiam & rationem mysticam. *vid. gesta* Innoc. III. *apud* Baluz. *p.* 38. Glossa putavit, respici hic ad historiam Martialis. Hunc missum refert cum socio suo Matthæo à D. Petro in Germaniam, mortuo Matthæo reddidit Martialis baculum Petro, à quo accepit, qui hujus ope Matthæum vitæ restituit, sed Gonzalez *ad cap. un. de sacramento unctionis* Innocentium explicat ex ipso Innocentio *Lib. I. historia Miss. cap.* 62. Romanus Pontifex, *inquit*, virga non utitur pro eo, quod B. Petrus Apostolus baculum suum misit Eucherio primo Episcopo Trevirensi, quem unà cum Valerio & Materno ad prædicandum Evangelium genti Teutonicæ destinaverat, cui successit in Episcopatu Maternus, qui per baculum S. Petri de morte fuerat suscitatus, quem baculum hodie cum magna reverentia Trevirensis servat ecclesia. Recitat hæc eadem gesta autor *M. chron. Belg. apud* Pistor. *p.* 1. 2. ubi pluribus recenset, quomodo hic baculus abierit ad Metenses, ab hoc ad Colonienses, tandemque redditus sit Trevirensibus. Espen *pag.* 102. Hic videtur desiderare fidem historicam. Nam constare olim etiam Romanos Pontifices usos fuisse virgâ pastorali. Provocat ad Luitprandum, (quem *vid. in collect.* Reuberi) hunc de exauctoratione Benedicti V. Pontificis ceremonias ita referre: post hæc pallium sibi abstulit Benedictus, quod simul cum pontificali FERULA, quam manu gestabat, Domino Papæ Leoni reddidit, quam ferulam idem Papa fregit & fractam populo ostendit. Eadem, pergit Espen *p.* 102. habentur in appendice Reginonis, & Cencius Camerarius in ceremoniali de inauguratione Cœlestini III. dicit. Idem electus sedet ad dextram in sede porphyretica, ubi Prior Basilicæ S. Laurentii dat ei FERULAM, quæ est signum regiminis & correctionis. Refutare quidem aggressus est vel certè aliter interpretari Luitprandum & Reginonem Theophilus Baynaudus *t. X. in tract. de eor. pontif. c.* 4. qui non est ad manus. Nec adeo bene de Baynaudo sentiunt nostrates Zieglerus, Mastricht. Sed ad rationem mysticam pergendum. Allegatur prima, quod Papa suam jurisdictionem & potestatem à nemine accipiat, ergo nec ipsi per symbolum baculi tradi posse. Dein incurvationem baculi notare dependentiam Episcoporum à suo capite, quale cùm Papa non habeat, nec baculi gestationem ipsi convenire, *vid.* Franciscum Hallierium *de sacr. elect. p.* 2. *sect.* 8. *c.* 9. Raynaud. *d. l.* plures allegat rationes Glossa, *vid.* Espen *d. l.*

† 6. Usus baculi est varius, vel miraculosus vel ordinarius. Illuc potissimùm spectant dicta de baculo Trevirensi D. Petri. Ordinarius usus est in consecratione Episcopi, ut actui decus conciliet, non verò, ut sit pars materiæ in conferendo ordine. *vid.* Morin. II. *c.* 2. *in f.* Quondam symboli rationem subibat, in constitutione episcopali Cæsarea, prout è Meibomio allatum est. An in administratione officii magnæ sit utilitatis, non datur videre, nisi quòd præferatur in processione solemni. In Missæ Sacrificio baculum adhibere nefas, & licèt *C. nullum dist.* 2. *de consecr.* quod baculi gestationem in Missarum Solemnibus prohibet, de baculo usuali capiat Gonzalez, attamen non diffitetur, nulli planè baculo hìc locum esse. Restant itaque soli usus mystici, de quibus not. * 2. Nam metaphoram sapiunt omnia, quæ de regimine, coërcitione, attractione hìc proferuntur. Unde & tropus subest elogio Wilhelmi Malmesburiensis, qui baculum pastoralem virgam EMENDATIONIS dicit *L.* 1. *de gest. Pontif.* Ceterùm sicuti baculi traditio est signum collati præsulatûs & officii episcopalis: ita vicissim in exauctorationibus ademptio indicio est dignitatis & eminentiæ ablatæ. Unde Luitprandus *L.* 6. *c.* 21. *sup. cit.* in memoratu digna degradatione Benedicti Papæ observat, quòd Benedictus ferulam Leoni reddiderit, quòd in symbolum privationis eandem Leo fregerit. Pariter Synodus contra Photium congregata, cùm hujus Patriarchæ remotionem semel decrevisset, palam monebat: *tollite BACULUM de manibus ejus, signum est enim dignitatis pastoralis, quod hic habere nullatenus debet, quia lupus est, non pastor.* *vid.* Anastas. *Hist. Synod.* 8. Nec aliter observatum circa Abbates sede pulsandos. Detestabilem Sarabaitam cepit, BACULUM fregit, atque superbum de sede deposuit, ait, *Chron. Novalic. c* 6.

† 7. Dici solet baculus noster: ferula pastoralis, virga episcopalis, *vid.* Adam. Bremens. 32. 53. Pedum, virga emendationis, *vid.* Meibom. *d. l.* Comboca, *vid.* Walafrid. *in vit. Galli L.* 1. *c.* 26. Correctiùs tamen Cambotum scribi existimat Goldast. *p.* 113. *t.* 1. *Rer. Alem.* Nam à Græcis καμπτότην aliquando dicta est. Licèt Græci eundem quoque ῥάβδον vel ἀρχιερατικὴν ῥάβδον vel ποιμαντικὴν, vulgo πατερόσσαν appellarint. Morin. *de ordin. sacr.* 199. Germanicè *der Krumstab, Bischofsstab, Bedstab* synonymicè usurpantur. Wehner v. *Krumstab.*

CAPUT

CAPUT II.

DE REGIMINE EPISCOPALI.

§. I.

COnstituunt vastum Imperii nostri corpus duplicis generis Proceres † 1, seculares & ecclesiastici † 2, utrique tam Principum quàm Electorum Collegiis adscripti sunt. Bene, an male † 3, non expedit rei germanicæ prolixè disputare.

† 1. Nomina Principum &c. Episcoporum notiora sunt, quàm ut recenseantur. Cœpit verò hæc ordiuum diversitas ab immemoriali tempore. Jam sub Ethnicismo non tantùm Principes Germaniam moderabantur, sed & eximia erat Sacerdotum auctoritas. Apud Gallos Druidum jura hereditaria erant, summaque. Ad Principatum inter illos vel successione vel electione ascendere licebat. *vid.* Cæs. *de B. G. l. 6. c.* 13. doctrinam μετεμψύχωσεως Pythagoricam referentem explicat Schurzfleisch §. 4. 5. *de Druid.* Negotia, in quibus versabantur, præter sacra etiam politica imò & bellica erant, ùt ex Diodoro probat idem Polyhistor. §. 6. *ibid.* In Germaniam Druides migrârunt, Christianâ religione introductâ. Quamvis & jam antè Germani sui essent sat magnæ auctoritatis Sacerdotes, ùt Tacito de *M. G.* annotatum est. Imò cùm dein Germania victricibus Francorum armis, ad leges Monarchiæ redigeretur, non nulla fuit Christianorum Doctorum existimatio. Episcopi ob eruditionem & pietatem magni habebantur à Regibus, & in illorum aulis versabantur: in contentis sanè legibus Episcoporum opera laudabatur, in religione summa illorum erat auctoritas, ùt ex Vadiani *L. 1. t. 3. R. Alem. apud* Goldast. discimus.

† 2. Posses veluti ad Jus Gentium referre hanc civium divisionem. Quodcunque enim regnum consideres, in omni ferme conspiciebantur olim & hodie conspiciuntur clericorum & laicorum ordines, imò ubicunque fuit aliquis divini Numinis sensus, ibi duplex salus temporalis & æterna credi cœpit, atque ob utriusque nexum duo hominum genera constituta sunt, qui conjuncta opera utrimque moderarentur. Ad definitionem veluti populi olim pertinuisse suum certum sacrorum regimen exercere quondam putabatur, ùt probavit DN. Præses ad Pufendorf. *de hab. rel. p.* 243.

† 3. Sequamur hìc optimum quondam juris Imperantium defensorem Conringium *in f. de constit. Episcop.* postquam hic præmiserat incommoda, quæ ex Episcoporum jure ac eminentia statum Germaniæ sequuntur, v. c. 1. quòd dependeant ab extero capite, scil. Romano Pontifice. 2. constituantur electione Cleri, non à capite Reip. 3. quòd munus Doctoris & Imperantis combinare indecens videatur. 4. quòd Apostolorum longè alia fuerit in Republica conditio. Nihilominus subjicit, quòd & hìc boni civis sit præsentem Reip. statum amare, nec prudens aggredi debeat mutationem. Neque verò citra ipsorum Episcoporum consensum, utpote Procerum Imperii jure æquè ac Seculares gaudentium, quicquam hic constitui posse animadvertit. Quæ Viri citra controversiam in omni ferè studiorum genere summi solida monita meditari deberent, quotcunque non rogati in scholis suis contra Episcopatus feralem pronuntiant sententiam.

§. II. Non simul ac semel † 1, tamen

† 1. Cùm Imperium penès Francos esset, Episcopi constituebantur à Regibus & Regibus revera suberant. Si delinquebant v. c. si erant vinolenti, fornicatores, Simoniaci, accusabantur coram Principe, & ab eodem puniebantur. Refractarii præprimis ad subeundam pœnitentiam (nam & satisfactiones pœnitentiales tum temporis ab ipsomet Rege demum executioni mandabantur) monasteriis, veluti carceribus, tonsi includebantur. Si fortè causam in Synodo dicere, parum sibi è re ducebant, aderant Comites regii, qui cogebant. Indecens habebatur, ipsos jus gladii exercere, secundùm doctrinam CHRISTI, quæ regnum ejus vel hac parte longè maximè à regno & gladio seculi sejunxit & separavit. Habes hæc omnia apud Vadianum *d. l.* 1. Neque verò sub Saxonibus planè recessum est à more pristino. Administratio bonorum hinc inde spectabat ad Advocatos, jurisdictio criminalis & forestalis administrabatur alicubi per Rugravios. *vid.* quos citat Eyben *differt de orig. proverb. Tantum potest Imperator in Imperio &c.* Schilt. *I. F. A. p.* 25. 244. *& de L. E. G. L. II. c.* 2. Præcipuè evolvenda sunt diplomata fundationum Episcopatuum apud Meibomium, Schate-

tamen ad præsens fastigium adspirarunt Episcopi, sed sensim † 2, regalia & superioritatem acquisiverunt.

§. III.

Schatenium, Wilhelmum Hedam, Bruschium &c. Claudamus verbis Conringii *d. l. p.* 493. Quin itaque, *inquit*, vel sola temporis diuturnitate jus Episcopis MAGNUM fuerit acquisitum, non potest negari. Consecuti sunt regalia isthæc Episcopi rarò per vim, sed vel liberali Cæsarum dono, vel munere aliorum Principum, vel emptione aut permutatione: ac proinde primus ipse titulus possidendi caret INIQUITATE. Hæc Conringius.

† 2. Qui lecto uno alterove Clericorum loco sibi sapere videntur, ac sine peculiari indagatione historiæ cujusvis ordinis ac juris speciatim per compendium regulas efformant, tanquam Deum ex machina uno veluti momento jam sub Cunrado integram superioritatem territorialem extitisse persuadent. Ast his longè peritiores rerum nostrarum Eybenii, Schilteri, Hertii aliter existimant. Vadianus *p.* 15. ita disserit: *Mentio quidem fit regiarum donationum in chartis antiquis, verùm sæpius hic intelliguntur tantùm prædia, agri cum servitiis donatis. Nam nomen Regale non occurrit in veterum monumentis.* Ast hæc refutat Browerus *in Annal. Trevir. L. 6. ad ann.* 550. & alii, quos citat Schaten. *p.* 525. *H. W.* Idque exinde, quòd Argentoratensium Præsuli Dagobertus Rex Francorum contulisset, quicquid juris aut REGIÆ SUPERIORITATIS in bona diœceseos habuit. Similia de Herbipolensium, Leodiensium, Osnabrugensium & Paderbornensium Præsulibus refert *ibidem.* Urget præterea locum Poëtæ:

Regis larga manus & Præsul Vindicianus
Nobis regula dat & Jus Pontificale.

Enimvero hæc omnia non ægre faciunt Vadiano, non enim sufficit ad certas verborum formulas recurrere in tanti momenti negotio. Nota est querela Hippolythi à Lapide de locutionibus in RR. Imperii *p.* 1. *c.* 4. §. 3. *n.* 24. 25. quam quidem non planè meam facio, non tamen penitus rejicio cum Kulpisio *p.* 42. *c.* 2. §. 12. *de unit. reip.* Quis non eadem observet in diplomatibus seculorum barbarorum, quòd sæpius rem nimis exaggerent vel imminuant verborum apparatu. Minimum genuino diplomatum intellectui perpetuò jungi debet historia, uti huic vicissim ista fœnerant lucem. Unde quàm infaustè verba Dagoberti hìc in causa Episcopi Argentoratensis captentur, vel solus Obrecht *in prodr. rer. Alsat. c.* 9. docet. Imò potestatem cogendi & constringendi judicatos Seculo XIII. ineunte nondum dependebat ab Episcopo, sed concedebatur Sculteto ab Advocato, *vid.* Schilt. 249. *I. F. A.* Quòd Herbipolensis ense olim judicaverit, portenti instar fuerit, veluti Chronicon vetus de Coloniensi Ducatu Lotharingiæ posito affert: *damahl begunten die Bischöffe erst Weltl. Recht zu haben, das deuchte damahls unbillig manchen Mann.* Neque verò ex splendido Ducis Franconiæ titulo jus regalium probatur. Nam Bruno Ottonis frater Archiepiscopus Coloniensis Ducatu Lotharingiæ donabatur ab Imperatore; sed à Cranzio *L.* 4. *c.* 31. Sax. gubernator dicitur, & nescio, an plus quoque inferant verba Witichindi: Brunnonem vidimus Ducis OFFICIUM gerentem. Dux Sueviæ Rupertus non ipsius Provinciæ, sed militum Regis Ludovici Ducem se scribit in diplomate de anno DCCCXL. apud Münster. *Cosmogr. L.* 3. *c.* 20. Ego Wighardus & frater meus Rupertus Dux militum Regis Ludovici, habetur in *L.* 2. B. Rhenan. *R. Germ.* Confer *deduct. Ord. equ. Wurt. p.* 50. Tolner *histor. Palatin. c.* 7. *p.* 174. Ado Viennensis *p.* 196. jam anno 1712. Præsulem Anepotem dictum exercitûs Ducem observat. Nec omni exceptione majora sunt, quæ de Osnabrugensibus jactantur, nam his demum A. 1225. jus Gograviatus & quarundam metalli fodinarum ab Heinrico consecutus est; jus telonii acquisivit circa eadem tempora per transactionem cum civibus urbis. *vid.* Chron. Osnabr. *pag.* 217. 247. *apud* Meibom. Secularem jurisdictionem & REGALEM, quo se effert Schatenius in sui Præsulatûs gratiam, jamdiu alii sensui restituit Schurzfleisch. *Dissert. L.* 1. *p.* 37. & Lehman. 115. Inter antiquissima jura, quæ possederunt, sunt jus Comitiorum, *vid.* Eyben. 761. Schaten. 241. Conr. *de comit. & de civ. Imp.* Jus monetam cudendi ob attributam ipsis fidelitatem, *vid.* Vadian. *p.* 29. Schaten. 223. H. W. Jus vectigalium, unde *I. F. A. c.* 42. *alle Bischöffe empfahen von dem König Münz und Zoll.* Jurisdictio in causis matrimonialibus, incestûs, adulterii, perfidiæ. Capitularia junctim habes apud Eyben. *p.* 762. In civilibus judicabant, sive prætorio sive civili jure res tractarentur. *Tom. XX. par. concil. capit. L.* 6. *c.* 281. Jurisdictio criminalis demum successu temporis istis obvenit. *vid. d. c.* 42. *I. F. A.* Diu quidem sibi asseruerunt jurisdictionem in urbem, quam inhabitant *vid.* Chapeauvill. *de Episc. Tungrens. c.* XXVI. XX. ast parum Episcopo favet Suevus *cap.* 41. *jnr. pr. der Bischoff soll des Layen-Fürsten Hoff suchen, unter dem er seine Stadt hat.*

† 1. Nam

§. III. Innotuit autem de Regimine Episcopali dictum: **Unter dem Krummstab ist gut wohnen.** Cùm verò cap. I. pro instituti ratione de Pedo sit dictum, & hoc Capite de ipsius Regiminis origine quædam allata sint, restat, ut pro scopo nostro explicemus ultimam hujus parœmiæ partem, in quo consistat illud bene vivere, **das gut wohnen /** sub Episcopis hacque ipsa opera patebunt rationes, quare cœperit hoc dicterium.

§. IV. Hic autem præmonendum est, quòd nobis temperaturi simus † 1, ab omni adulatione † 2, & multo magis ab omni verbo, quod in injuriam regiminis secularis † 3, ullo modo resultare posset.

§. V.

† 1. Nam notissimæ sunt aliæ observationes politicæ: pauper ubique jacet, & vicissim: omne solum forti patria est, uti piscibus æquor, nec non: patria est ubicunque bene est. Tandem: Iliacos intra muros peccatur & extra. Planè de ipsis Episcopis nobilis Marneri vetusti Poëtæ rythmos adduximus ipsi:

Euer krummer Stab der

ist vvorden zu einen langen Speer.

Boni subditi est, iniquum Principem ferre, meliorem sperare, rem Deo committere. Sacra pagina docet: time Deum, honora Regem; addit tamen alibi: nolite confidere in Principibus, quia sunt HOMINES. Igitur, ùt alii observarunt, sapiens omnes amat, paucis se opponit, à paucis sperat, in nemine nisi Deo fiduciam locat. Nam: spes confisa Deo nunquam confusa recedit.

† 2. Actum ageremus, si hujus vitii turpitudinem demonstrare aggrederemur. Addamus pauca itaque alia magis notabilia. Communis & ab omnibus agnoscenda regula est: Sicuti domus ex domino, non dominus ex domo æstimari debet; ita nec ex statu morali officioque judicandum esse de iis, qui in statu vivunt. Ulteriùs novimus, quicquid est status, ordinis, vitæque conditionis in orbe terrarum, illud tantùm rationem habet alicujus spatii & ambitus veluti moralis, in quo actiones hominis morales eduntur & efficaciam suam monstrant. Unde non datur status ullus, qui vel bonum vel malum per se conferat in genus humanum, sed utrumque debetur industriæ bonæ malæque illorum, qui in isto statu existere noscuntur. His præsuppositis citra meditationem profundam examinare licet sententias de variis Rerumpublicarum figuris & modis. An Monarchia illimitata rectè commendetur ab Hobbio, an limitata ab aliis Anglis, præcipuè Miltonio, auctore *des fautes de deux cotés* & Parrhasianorum? An jure Aristocratiam præ omnibus Imperiis efferat tot encomiis Sidneus? Annon sine ratione faveant populari regimini antiqui & recentiores publicolæ Isocrates, Libanius, Philo-auctor nuperrimus *des dialogues des morts?* An regnum successivum præferri mereatur electivo? An res invertenda, ùt in utramque partem disputatur *apud Barclaj. in Argenid.* An dictatorem temporalem creasse magis expediat cum Romanis, an ad dies vitæ conferre majestatem, ùt hodie moris est? An feliciùs vivant subditi, ubi à Principe & Papa divisim regantur, an ubi solus rerum summæ Princeps vel etiam Papa præest? Scilicet ubi Princeps pro Imperio omnia definit, ibi Principi magna oblata est occasio agendi bene, sed non minor agendi male. Rerum difficultates possunt resolvi & enodari sat citò, sed an semper sat bene, alii videant. Si imperans malus, potest facilè sperari melior, sed si hic adest, potest iterum facilè timeri pejor. Ubi Principi certi limites definiti, verum est, ibi potest sæpius impediri, ne agat male; sed interdum quoque, ne agat bene, minimum non semper excitabitur ab iis, quibus consentiendi vel dissentiendi jus est, ad bonum. In Aristocratia si semel est bona, non facilè & subitò corrumpitur, sed si semel est corrupta, difficiliùs etiam veteri integritati restituitur. Mali non possunt hic exequi omne malum consilium, hic tamen bonis vicissim omne bonum propositum feliciter cedit. Verus status popularis vix extitit, multo minus duravit. Varium & mutabile semper vulgus. Nihilominus si non est mentitus Plato *in Menexen. p.* 519. in Republ. Atheniensi libera cives inter se vixerunt ùt fratres, neuter in alterum dominatus, & si quid noscebatur subjectionis, id unicè vel è prudentia vel è virtute illius, qui præferebatur, æstimabatur. Quid de electionum, successionum, &c differentiis censendum, supplebit facilè prudens lector, si modò expendit, verba, MULTUM, DIU, & similia, rem non conficere, sed quærendum esse, an multum BENE, an diu MALE.

† 3. Novimus enim, quod è genio novi fœderis penes Reges, Principes sit summa potestas, quod successu temporis demum Clerici in consortium venerint, *vid. dict.* D. Præsid. *in Præfat.* ad Pufend. & passim.

† 1.

§. V. Modestè itaque adferamus conjecturas nostras è circumstantiis † 1, regiminis episcopalis desumtas, unde lucem accipiat diverbium nostrum. Dispiciamus autem paucis de singulis ordinibus in republica. Occurrunt primi nobiles † 2, quorum sub Pedo pastorali opima conditio est.

† 1. Sic magìs solidè thema tractabitur, quàm si abstractiones generales, petitiones principii, allusiones mysticas, & si quæ alia adferremus. Hujus farinæ sunt, quæ pro Pedo Bremensi adducuntur *vom Ertzstifftlichen Nachtrabsteller p. 222. assert. libert. reip. Bremens.* ubi ita: *Die Alten haben pflegen zu sagen, und ist auch vvohl geredet, dass unter dem krummen Stab dennoch gut sitzen; des Raths zu Bremen alte Vorfahren seynd auch der Meynung gevvesen, haben durchaus, vvan man sie unmittelbahr* tractiren *vvollen, es nicht gut befunden. Das Israëlitische Volck sass auch sehr vvohl unter des löblichen gerechten Richters Samuelis sanfftmüthigen krummen Stabe, aber sie bekamen höhere Gedancken und einen* pruritum *zur Enderung, vvolten nicht mehr unter dem krummen Stab seyn. Aber sie sind gleich den Fröschen gevvesen, vvelche den auff dem Wasser fliessenden Plock zum Könige hatten, da sie auff und ab hüpfen, ihres Gefallens auff dem Kopf tantzen, und gar sicher schnatteren und ruffen durften, gleichvvohl aber aus* ambition *diesen König nicht mehr, sondern lieber den Storck zum König haben vvolten, auch bekamen, der ihnen das* jus regium *auslegete.* Nec magìs rem feriunt, quæ replicat auctor *des Vortrabs ibid.* scil. *dass unter dem krummen Stab gut sitzen sey, vermeynet Nachtrabsteller sey von alten und vverde noch jetz vvohl geredet. Dennoch als König David sich der Göttlichen Regierung getröstet, und vom Reich Christi vveissaget, sagt er von keinen krummen Stab, sondern, GOtt dein Stuhl bleibet evvig, das Scepter deines Reichs ist ein gerade Scepter. Also vvill die Stadt lieber unter dem glorvvürdigsten geraden Stab, vvorunter sie gehöret, bleiben, als unter dem krummen Stab sich krümmen und niedertrucken lassen.* Innocentius III. sic suum & Episcoporum Imperium commendat: *Novit ille, qui nihil ignorat, quod ita se veritas habet, & ad hoc attendimus, ut quos A JUGO DURÆ conditionis eripuimus, sub apostolicæ protectionis dextera teneamus, quæ verè de se dicere potest: JUGUM MEUM SUAVE est, & onus meum leve. Manifestum est, &c. L. 1. ep. 88.* Bonum, solent prudentiores annotare, est terminus relativus, unde frustra sunt omnes, qui de bonitate disserunt, nec tamen ostendunt quibusnam hominibus conducat. Imò sæpius ita comparatum est, ut quod uni emolumento est, alteri noceat, ùt in alluvione conspicimus, cui pleræque prærogativæ in republica similes sunt, quòd uni additur per has, alteri demitur per easdem. Idcirco operæ pretium facturi videmur, si ad sensiones deducimus nostram BONAM habitationem & speciatim de certis classibus membrorum reipubl. dispicimus.

† 2. Nobilium hic summus est honor, sive in diætis provincialibus, sive in capitulis, sive in ipsa cathedra episcopali sedentes consideres. Ab his Princeps eligitur, electo capitulatio præscribitur, ad clavum sedens de officio admonetur, eoque mortuo imperium recipitur. Ipse Præsul pro commodo nobilium, utpote sæpius agnatorum, laborat, ipsis thesauros recondit, prædia auget, amplificat luculentissimè illorum patrimonium.

§. VI. Non tantùm aliquatenus pinguior est conditio nobilium sub Pedo nostro in causis Juris Civilis † 1, in Statutis Jure Canonico † 2, sed imprimis quoad judicia † 3, feudalia.

§. VII.

† 1. Prolixius dein hoc thema persequemur, ubi de capitulis, de capitulationibus cum electo & de advocatis agemus. In terris ecclesiæ dicitur magìs quàm alibi receptum esse Jus Canon. *vid.* Strauch. *diss. de auctor. Jur. Canon.* Igitur ibi carebunt nobiles miserâ diligentiâ testamenta condendi. In consultationibus, legibus & judiciis faciliùs, vid. Schopp. *thes. feud. p. 285.* juribus quæsitis semel prospicere possunt nobiles, quia præsentes Præsules sciunt, agnatos suos non nisi per nobiles rerum summæ aliquando præfectum iri. *Finis superioritatis territorialis est*, inquit B. Hert. *t. 2. p. 194. salus publica, de ecclesiasticis fidem facit vetus Germanorum adagium: unter dem krummen Stab ist gut vvohnen*, quod adducit Reinking. *axiom. CXV. bibl.* vide tamen † 2. ad §. *IV.*

† 2. Explicabitur & hoc commodiùs *loc. not. prac. cit.*

† 3. Redegit jura nobilium antiquitas & hic memoriæ causa in diverbium: *Krumstab schleust niemand aus.* Sensus est, quòd in feudis sub Pedo pastorali sive Prælatis sitis ad successionem etiam admittantur fœminæ. Solent hæc feuda dici feuda promiscua, vid. Garzon. *tract. de fœmin. ad feud. recipiend. vel non recipiend.* beneficia Pfafica, Hotoman. *ad c. naturales de feud. 21. p. 398.* Germanicè *Kunckel-Lehen, Schleyer-Lehen, Erb-Lehen, Weiber-Lehen, Krumstabisch-Lehen* &c. vid. Wehner. *V. Fuldisch-Lehen.* Besold. *Voc. Kunckel-Lehen.* Unde videmus, quàm longè à vero abeant, qui sensum mysticum proverbio nostro affingunt, quasi hoc vellet, quod GREMIUM ecclesiæ

nullum

§. VII. A nobilibus pergamus ad urbes. Urbes acceperunt Episcopi potissimùm à Saxonibus † 1, in Germania. Neque verò urbes Cathedrales eodem

nullum peccatorem pœnitentem rejiciat, sed quod cuilibet in viam redeunti lubentissimè pateat. Verùm bene annotat Thummerm. *p.* 70. *num.* 26. quod hæc fictio ne quidem regulas fictionis observet. Nam supposito, quòd in hoc proverbio de recipiendis peccatoribus agatur, non quadrat illud ad baculum Episcoporum recurvatum, sed tantùm ad crucem Pontificis erectam. Siquidem Episcopis integrum non est, quoslibet peccatores recipere, dum tot dentur casus reservati, ubi pœnitentibus solus Pontifex januam ecclesiæ aperit. Catalogum reservationum recitat Gl. *ad c. si Episcopus de pœnitent. & remiss. in* 6. Quæ sit origo non magis, quàm circa sensum convenit, licèt itidem sit facillima inventu. Sunt qui & hic ad mystica recurrunt: Preces & lacrymæ, *ajunt*, sunt arma ecclesiæ, itaque ecclesia indiget fœminis, tanquam his armis aptissimis, ut ecclesiam lacrymando orandoque juvent. Rectissimè proinde ipsis concedit beneficia. Alii ad consuetudinem provocant, quod omni ævo consuetudo ecclesiæ temperasset rigorem juris feudalis Longobardici & successionem promiscuam indulsisset, cùm ecclesia sit mater, non noverca. vid. Knichen *de vestit. pact. p.* 383. *n.* 39. *sequ.* Verùm magis se probat, quæ congessit Thummermuth *Fundam. II. n.* 57. Feuda, *inquit*, ecclesiastica non ex bonis ecclesiæ data sunt vasallis, sed sunt vasallorum propria prædia, quæ quondam jure allodiali possederunt, vel ex devotione vel aliàs v. c. ob Episcoporum potentiam, vid. distinctè Hert *P.* 1. *de feud. oblat.* §. 6. modico pretio ecclesiarum Prælatis oblata sunt, vel certa aliqua pensio ex propriis vasallorum bonis, quasi in compensationem servitii feudalis sub hypotheca illorum eorundem bonorum assignata est; cùm Episcopi & Prælati, qui non bello vel Marte regiones & bona temporalia, uti Imperatores & Reges, sed prædicatione Evangelii acquisiverunt, vel potiùs illis secundum Christi Salvatoris promissionem ADJECTA sunt, *Matth.* 6. *v.* 33. non habuerunt, quæ vasallis largirentur & in feudum darent, quæ necessariò in immobili, vel quæ rei immobilis loco est, consistunt, &c. Nam quæ dicto Psalm. 67. divisionem spoliorum gentium, uti promissam (Ecclesiæ) ita datam esse adfert, omittere satius visum fuit. Ex his præsuppositis, quæ etiam ex Hert. *de feud. oblat.* confirmari possunt, concludit, quòd meritò Prælati mitius solito cum suis vasallis egerint, & nullum heredem illorum cujuscunque sit sexûs à successione excluserint. Proinde cavendum esse, ne imprudenter hæc quis cum beneficiis Juris Longobardici misceat, quippe quæ liberalitati dominorum debentur. Enimverò Prælatos de bonis Ecclesiæ non decet esse liberales, quia non sunt ipsorum propria. Unde Urbanus II. jam anno Christi 1110. etiam infeudandi potestatem tanquam speciem alienationis Prælatis ademit, vid. Vultejus *L. I. c.* 3. *jur. feud.* Quod manifestè probat feudorum originem non è bonis Ecclesiæ deducendam esse. Imò quilibet Prælatorum in certam formulam jurat, quod inventa conservare & deperdita recuperare studere velit. *conf.* Espen. *integr. cap. de juram. Episc.* Ulteriùs per inductionem Prælatorum in Germania magnum argumentum proverbio nostro accedit. De successione feudali fœminarum in Metensi, Leodiensi, Monasteriensi, Ultrajectino, Osnabrugensi testes sunt Rosenth. *c.* 2. *conclus.* 3. *n.* 18. Gœddæus *Concil. XXXVII.* vid. Wehnerum v. *Fuldisch-Lehen.* De Coloniensibus ipse Thummermuth. Nec aliter in Abbatiis obtinet. De Corbeiensi, Hirsfeldensi, Fuldensi, vid. Gœdd. *d. l.* E notoria fama addi potest Abbatia Werden, quæ CCL. vasallos sub se complectitur. In Archiepiscopatu Trevirensi feuda quidem tantùm in agnatos masculos devolvuntur per privilegium Caroli IV. verùm hoc privilegium etiam indicio est, quod ante illud feuda promiscua fuerint, nam quid opus fuisset aliàs privilegio. Deinde noscitur Caroli in Electores studium ob filium Wenceslaum eligendum aliquando. Unde de hujus novi juris iniquitate sæpius conquestum fuit, & res planè ad arma devenit. vid. *P. XV. Comment. de Trev. Aug. p.* 155. Impugnavit quidem nobilium jura jussu Electoris Zimmermannus, non ita pridem Wezlarii, & ubi Concommissarii Cæsarei vices sustinuit, defunctus. Verùm D. Præses à L. B. de Porck didicit, quòd in causa feudi Coloniensis privigni ipsius Illustrissimi Comitis de Virmond secundùm proverbium nostrum Germanicum fuerit pronunciatum. Debet enim Ecclesia memor esse dicti Augustini: *sc. Ecclesia non debet recipere eleemosynas, per quas liberi privantur alimentis.* Ergo & feudorum oblatio Ecclesiæ facta ita explicanda est, ne filiæ jus suum succedendi amittant & egeant. Thummermuth *p.* 115. *inf.* Interim non sola feuda ecclesiastica sunt promiscua, plura quoque secularia inveniuntur v. c. Clivensia, Luxemburgensia, Zutphannensia &c.

† 1. De Origine regalium & superioritatis territorialis, *vid. supr.* §. *II.* Acquisitionem bonorum explicant Hospinianus, Conringius, Schaten, Thomassinus. Hospinianus de urbibus donatis nil refert, sed tantùm catalogum texit Regum, quorum liberalitatem Ecclesia celebrat, ùt Childeberti, Clodovei, Chilperici, Dagoberti, Caroli M. &c. *p.* 122. *de Orig. temp.* Illud notatu dignum *ibidem*, quòd Ludovicus Bavarus à Monachis & Virginibus sacris Bojoariæ ferè pro Deo fuerit cultus cœloque locatus, à Pontifice ad inferos deturbatus. Conringius §. *CIX. de urb. Germ.* sequitur auctoritatem Theodorici de Niem, qui Ottonem primum omnibus penè Episcopis in Italia, Gallia, Germania, Burgundia

eodem jure † 2, omnes acceperunt. Sed quicquid sit hujus instituti, sufficit, quòd conditio urbium Episcopalium quondam prælata fuerit † 3, statui urbium sub Secularibus.

§. VIII.

gundia, Lotharingia constitutis, multas civitates, castra, oppida, villas, & multa alia dominia temporalia & jurisdictiones dono dedisse scriptum reliquit, Schaten. *p.* 5. 24. *H. W.* jam Cyrillum Alexandrinæ urbis principatum gessisse contendit suffultus testimonio Socratis L. VII. c. 7. ex illo, *inquit*, tempore Alexandrinus Episcopus præter sacri Cleri dominatum rerum secularium principatum acquisivit. Carolus Martellus Huberto, si Poëtæ antiquo fides est,

Illectus pietate viri ingenioque sagaci
Huberto imperium contulit terræ & jus contulit omne,

Addit dein Diploma Pipini, quo Burchardo Herbipolitano urbs cognominis conceditur & alia, quibus Carol. M. Præsulibus urbes donavit. Enimverò licèt una alterave urbs ante Saxones donata esse videatur, dependebant tamen Episcopi strictiùs sub Francis à Regibus, ut etiam capite plecterentur. Scilicet isthoc ævo Respublica gubernabatur per Comites & Episcopos, ut mutuò alter alterius actiones attenderet & scrutaretur, utque Missi dein regii de utroque referrent ad Regem, si fortè quid gestum, quod contra fas erat, vid. *Capitul.* Carol. M. & Lud. Imperat. *L.* 2. *c.* 12. *Capitul. Franc. t.* 2. *p.* 142. *apud.* Baluz. Lehm. *p.* 75. *Chron. Spir.* Igitur exinde verba tabularum donationis etiam æstimanda sunt, *vid.* omnino Mabillon. *de R. D. p.* 220. §. 6. Decimæ, certi proventûs jura limitata, velutique alieno nomine exercenda Episcopis concedebantur. Conr. §. 48. *de Constit. Episc.* Novum augmentum accessit tamen per Saxones, sub quibus Procerum auctoritas magìs magìsque stabiliri cœpit. Hac ratione conciliatur etiam Theodoricus à Niem cum seipso. Nam *p.* 804. *de priv. jur. Imp.* apertè scribit, quòd jam Carolus M. *Episcopis dederit temporalia bona, terras, castra, OPPIDA, villas, jura, &c.* Quomodo Ducibus Episcopi fuerint subordinati respectu jurisdictionis suæ urbis, vid. *sup. not. ad* §. 2. *ex Spec. Suev.* Communem traditionem, quasi Carolus M. omnem Saxoniam distribuisset inter Episcopos, & quasi Prælati Comitum Judicumque regiorum potestate ab hoc Imperatore fuerint exempti, notat DN. de Leibnuz *p.* 15. *præf. ad t.* 2. *R. Br.* Tandem non est, ut cum Thomassino disputemus, nam is *t.* 3. *l.* 1. de Episcoporum urbibus ferè eadem docet, quæ ex Schatenio audivimus. Scilicet quinque prioribus seculis raram fuisse Præsulum in urbes potestatem, si Alexandrini & Romani excipiuntur, sub Francis quasdam urbes etiam in Gallia v. c. Turonum regio dono, suo modo, Præsulibus cessisse.

† 2. Notat hìc communem errorem Conringius §. *CV. de urb.* scil. Reges non tantùm jurisdictionem in urbes exercebant, sed Regum quoque erant varia jura fiscalia. Inde Episcopis illorum munificentiâ nunc quædam tantùm cesserunt. Illud certum, quòd omnis Episcopus secundùm jus ecclesiasticum Germanicum debeat residere in urbe. Unde *quia Erfordia* (sunt verba Gobelini person. 239. *t.* Meibom.) *nondum muro cincta, Episcopus, quem S. Bonifacius ibidem constituit, non fuit confirmatus, & sic post illius obitum ibidem cessavit dignitas episcopalis. Nam Papa solùm confirmavit illos, qui erant in locis muratis & tutis constituti.* Dein ulteriùs constat ex Chapeauvill. *de Episc. Tungr.* quòd Episcopi quidem omnes adspirârint ad jurisdictionem in urbes, sed finem ubique non mox sunt assecuti. Cavendum hìc præcipuè, ne diplomata imponant in cauto, quippe quæ plus justo indulgent Prælatis, ùt exemplo diplomatis Præsulatûs Halberstadiensis probat DN. de Leibnuz. *d. l.* ubi suspectam ejus fidem solidè demonstrat. Exercuerunt sub Francis in urbibus tantùm jurisdictionem spiritualem in sua diœcesi, *vid.* Lehm. III. sequ. quamvis aliqualem extensionem non negemus, *v. supr. not.* 2. *ad* §. *II. in f.* Quòd verò concessiones Imperatoriæ non fuerint ejusdem generis è collatione tabularum donationum, jamdiu Lehmannus *L. IV. c.* 3. ostendit in Diplomate Ottonis M. cujus summam recitat Bosso *in Chron. Mind. p.* 10. *apud* Paulin. Ast integrum extat *p.* 734. *apud* Pistor. Conceditur ecclesiæ sive Episcopo omnis judiciaria potestas, imò addit Otto: quicquid FISCUS inde sperare potuit. Lehmannus *d. l.* refert quidem & hanc clausulam: *insuper bannum nostrum & monetam teloniumque sive macellum publicum ibi construi licere, & quidquid ad potestatem nostram pertinere videbatur, eidem Ecclesiæ donavimus.* Ast inspectio Pistorii docebit, quòd non Ottonis liberalitati hæc debebantur, sed quòd Henricus sanctus inseruerit suo diplomati, quòd plenum habes *ibid.* Verùm à quocunque demum Rege hæc sint, rectè tamen annotatatum est Lehmanno, quòd in litteris Ottonis, ubi Præsuli Spirensi urbem Spiram tradit, similia non legantur, sic v. c. de macello ibi nil habetur. Neque, ùt Conringius observat, satis constat, an telonia tantùm Spirensibus remissa, an planè in Præsulem translata fuerint.

† 3. Sequamur & hìc Conringium, cùm nec ille, ùt ex collatione patebit, sequi spreverit Lehmannum. Affert autem incomparabilis Polyhistor locum ex Adamo Bremensi c. 50. *Iste*, inquit Adamus, Ottonem I. indicans, *est qui vobis rempublicam restituit.* Item: *Adaldagus primò ut ingressus*

est

§. VIII. Post cives sive Burgenses sequuntur † 1, rustici. Videamus, quænam hi Episcopis accepta ferant. Sunt autem potissimùm duo: Initio per Episcopos † 2, salutaribus Christi præceptis imbuti sunt, pro ratione Theologiæ istius ævi † 3, dein ad persuasionem Prælatorum pars non exigua rusticorum manumitti † 4, cœpit.

§. IX.

est Episcopatum, Bremam, longè priùs tempore potestatibus & judiciariâ manu oppressam, præcepto Regis absolvi & instar reliquarum urbium, immunitate simulque LIBERTATE fecit donari, præcepta Regis hæc continentia præsto sunt & alia. Hactenus Adamus. Subnectit Conringius: libertas scil. habita tunc fuit, exemptum esse seculari, quod appellant, Judicio & Episcopi administrationi subesse. Multa scilicet indigna à Comitibus & Missis regiis passus antè fuerat populus, ùt fieri assolet, & ex ipsis capitulis Carolinis non potest esse obscurum. Alter locus debetur Dithmaro L. V. qui de Wormatia, ex quo pedo episcopali administrari cœpit, ita canit:

Urbs Wormacensibus &c. - - -

Multæ tamen urbes cathedrales planè non venerunt in jus Episcoporum, utpote ad peculium Ducum spectantes, quare plures Episcopos Landsassios fuisse tradit Schopp. *in thes. feud. p.* 211. Præcipuè id contigit hinc inde sub potentissimis Saxoniæ Ducibus, ad quos planè constitutio Episcoporum pertinuit, non ex sola gratia Cæsarea, ùt perperam asserit Chron. M. S. *p.* 3. nam *vid.* Meibom. *t.* 1. *p.* 527.

† 1. Noscitur parœmia: *Bürger und Bauer, scheidet nichts denn die Mauer*, quod sua commentatione illustravit Hert.

2. Ratione modi in convertendis popularibus nostris Episcopos mansuetudinem Christianam præ oculis habuisse, minimè dico. Alia me docent bella Caroli M. cum Saxonibus gesta, quàm sæpius quæso hic non vis adhibita fuit sine mentis persuasione? quàm plurimùm hìc non egit gladius Petri, non vox boni Pastoris? Addi potest historia Sclavica, quâ ratione hi ad fidem Christianam sint perducti. Canes appellabantur in contemtum nondum conversi. In complementum probationis tandem accedit descriptio judiciorum Vehmicorum. *Hæc enim teste* DNO. de Leibnuz *p.* 14. *præf. ad t. III. R. Br. ex inquisitione in hæreticos originem suam habuerunt.* Quæ pœna fuerit diu in usu, patet ex loco Bothonis *ibid. in dessen sulven Jahre do vvas to Brunsvvick een fedyngh, dat ærer achte vvorden berunt hunde gehenghet.* Similes rigores leguntur in *manud. Jur. Can.* Matth. *p.* 281. *seqq.* Miseri hæretici planè à cacodæmone se obsessos fingebant, ut iis parceretur. Quare subjicit *ibid.* Matth. *Hæresin dum persequuntur, dum atrociter eam plectunt, ipsi citra controversiam sunt pessimi hæretici.*

† 3. Scilicet plerique ritus, pleræque formulæ plerique abusus, quos Protestantium ecclesiæ superstitionis & erroris arguunt, jam isthoc tempore defendebantur, docebantur. Noscitur reliquiarum Sanctorum apparatus, quem Bonifacius & ipsius sectatores secum ubique ferebant. Neminem latet doctrina de opere operato, de promerenda æterna salute per ædificationes templorum, exstructiones monasteriorum. Integrum tractatum de falsis miraculis, quæ in chronicis habentur in usum & commendationem superstitionis (v. c. ut omnes Monachorum minutiæ divinæ crederentur, mox de coloribus vestimentorum fingebatur miraculum) conscribere possem, si è re foret. Nihilominus licèt in introductione religionis variè peccatum fuerit, aliquatenus gratiæ tamen debentur Episcoporum operæ. Nam divini planè Apostoli Pauli observatio est, *modò Christus prædicetur*, licèt quidam minùs rectè in hoc munere versentur. Non uno ictu ingruit dies. Præcedit diluculum, sol sensim ascendit & torpentes oculos irradiat. Sufficit itaque cœpisse quoddam diluculum, post tempora reformationis illuxisse diem. Potest & ipsa immanitas excusari quadantenus primorum conversorum. *vid.* D. Præsid. ad Pufend. *p.* 337. *seqq.* Ceterum non negamus, quòd notitiam religionis Episcopis etiam debeant cives & nobiles. Attamen cùm cives nobilesque multi etiam in Germaniam venerint ex Italia, ubi religionis præceptis erant imbuti, non planè abs re fuit præcipuè ad beneficia in rusticos collata religionem referre.

† 4. Non placet servitus auctori *Spec. Saxon. L. III. a.* 42. *da man das Recht allererst sezte, vvar auch kein Dienstmann, und es vvaren alle Leuth frey da unsere Vorfahren zu Lande kamen.* Sed magis expediit rusticis persuasio cleri, quasi servitus non satis bene conveniat regulis Christianismi. Ita sane existimavit Gregorius M. cujus hæc legitur manumittendi formula: *Cùm Redemptor noster totius Conditor naturæ ad hoc propitiatus humanam carnem voluit assumere, ut divinitatis suæ gratia dirupto quo tenebamur captivi vinculo servitutis pristinæ nos libertati restitueret; salubriter agitur, si homines, quos ab initio natura liberos procreavit, & jus gentium jugo substituit servitutis, in ea autem, qua nati fuerunt, manumittentis beneficio libertati redduntur. v. Epist. XC.* Gregor. M. jungamus Gregorio *LL. Ripuar. sub tit. LVIII. Hoc etiam jubemus, ut qualiscunque Francus Ripuarius, seu tabularius servum suum PRO ANIMÆ SUÆ REMEDIO, &c.* Nescio, an aliud in mente habuerit Burggravius Otto Kirchbergensis, cujus hoc extat apud Schilter. *Exerc. III. ad ff.* §. 1. Diploma: *Nos Otto Burggravius*

§. IX. Naturâ omnes inclinamus ad otium † , vetus dictum est. Optimè sanè possidetur, quod quietè possidetur. Ante aliquot secula † 2, quies publica erat perrara felicitas in patria nostra.

Sub

gravius de Kirchberg de pleno arbitrio , *omnibus hoc scriptum intuentibus notum esse volumus* , *quòd Nos Th. & Virgonem fratris de Condiza ex ipsorum servilitate nobis in jure Smurdorum ab antiquo adstrictos manumittimus à tali latè & liberè servitute* , *& conferrimus, ipsos* COENOBIO *Sanctimonialium in Kapellendorff daturos singulis annis solidum denariorum in festo Michaëlis monetæ illius fori.* Eodem pietatis studio durum servitutis jugum Margarita Constantinopolitana sustulit in Flandria & illud reviviscere prohibuit, vid. Molan. *de canon.* Plures hujus generis formulæ extant in formulis Marculphi. Ex his concludit Conringius §. *LXXXI. de urb.* *Quod plebis studio nimium quantum auxerit libertorum copiam, quæ post annum Christi nongentesimum succrevit, omnibus* pene *servis per universam Germaniam ex pietatis fervore emancipatis.* Accedit Jus nostrum Canonicum, quòd servus manumissus possit promoveri ad Ordinem Clericorum, Lancell. *l.* 2 5. 2. quæ dignitas proposita, sæpius quoque allexit dominos, ut laudem sibi pararent. Adjecerunt canones in favorem miserorum manumissionem per monachismum suo modo. *vid. c. si servus dist. LIV.* Applicari huc etiam potest *c.* 15. *dist. LIV.* cujus inscriptio apud Gratianum habetur, *ut in libertatem vindicentur servi, qui ab infidelitate ab fidem accedunt.* Non autem existimandum est, quasi Clerici tantùm laicos invitassent ad manumittendum, ipsi verò non manumisissent. Id enim repugnat *cap. III. VI. X. de servo ordin.* ubi de manumissorum ab Ecclesia juribus agitur. Dein *L. Wisigoth. L. V. t.* 7. *n.* 18. mentionem facit libertorum ecclesiasticorum, & Vadian. *de colleg. & monast.* increpat Clericos, quòd oneribus planè servilibus libertos suos distringant. Describit *ibid.* pluribus duritiem Cleri, quasi liberto ex humanis excedenti ne quidem vestes relinquat. *Civiles,* addit, *Domini Episcopos & Monachos benignitate vicerunt. Cùm contra hos vel uno religionis nomine admonitos, ne oblatam sibi hanc ipsam servitutis miseriam, tam durè tractare decuisset, si modò veram magis, quàm simulatam religionem profiteri voluissent.* Insensibiliter devoluti in hunc locum simul incidimus in difficultatem, ùt videtur, insuperabilem, Pedum nostrum rusticis commendandi. Ast salva res est, Vadianus loquitur de facto quorundam Clericorum. Nam in genere alia regula Clericis præscripta erat à summo Episcopo Gregorio M. cujus egregia verba *princ. not.* adduximus.

† 1. Hobbii Philosophia est : Statum naturalem esse statum belli, hominem hìc homini lupum esse. Imò & infanti innocenti recenter in lucem edito securitatis vitæque spem unicè à pacto tacito cum matre esse derivandam, cui aliàs jus foret hunc novum hostem in primis initiis delendi & supprimendi. Enimverò celeberrimus Philosophiæ moralis Doctor & restautator alius per inductionem demonstrat, quòd finis hominum omnium sit quies. Nam avarum tot tantisque divitiis acervatis sperare quietem : Mancipium Veneris, sexûs sequioris favore sibi pignorato, gulæ irritamentis in abundantia quæsitis sibi ad animi tranquillitatem nil ampliùs deesse existimare : Ambitioso videri quietem in honorum culmine positam, media illuc ducentia esse vim, arma, vindictam & oppressionem malevolorum violentam, dominium in benevolos securum. Unde constat hodienum dicto comico sua veritas. Licèt enim de turbis & infestationibus personent omnia, omnium tamen votum est, ut quies acquiratur. In eo autem peccatur, quòd hic scopus sine aptis mediis expetatur. Nam desiderium contradictorium, adspirare ad finem, rejicere media commune malum est.

† 2. Observa itaque, quòd hìc loquamur de præteritis. Sub Maximiliano enim I. restituta est pax communis, & per judicia bene ordinata. Quondam ipse Carolus M. tot Episcopatuum fundator & amplificator, rationem sui instituti reddens, cur tam larga contulisset in Prælatos, ait : *Ut qui hactenus regiæ potestatis jugum ferre detrectârunt, victi divinâ magis virtute, quàm suis armis Sacerdotibus parerent, idque se pro amore ejus, qui victoriam contulit, fecisse.* Itaque ipsa prima institutio Episcoporum in gente nostra bellicosissima ad pacem spectare debuit, *vid. plur.* Schaten. *p.* 524. *H. W.* Congrua hìc sunt, quæ leguntur apud Walthr. Naumburg. *de invest. Episc.* Scilicet barbaros & nationes ignotas erubuisse, hostilia in Clerum moliri, quem ipsi Imperatores in suam tutelam suscepissent. In pace concilianda Clerus adhibebatur, ut more olim apud Romanos recepto Fecialium munus subiret. Ita enim Gregor. Turon. *L. VII. c.* 32. *Mittebantur cum virgis consecratis juxta ritum Francorum, ut non contingerentur ab ullo.* Quòd verò ipsi Episcopi Abbatesve ad hoc negotium missi fuerint, satis probatur è du Fresne v. *diffidatio*, ubi testimonia Matth. Paris. Froissard. Quo apparatu in Germania seculo adhuc XV. per Haraldos diffidatio à Cæsare Friderico III. Carolo Burgundiæ Duci diffiduciationem transmiserit, quaque solemnitate hic vicissim Haraldum exceperit, quibusque donis dimiserit, recenset Fuggerus Comes *in Spec. Austr. V.* 24. Quare securitatem etiam inter causas oblatorum Prælatis feudorum refert Hert. *t.* 2. *p.* 794. ubi notanda verba Helmoldi in Chron. Slav. *c.* 77. & Cranzy *L. IV. hist. Vand.* 15.

† 3.

Sub Clero tamen paulò tranquillior erat status. Cœpit enim Clerus per Treugam † 3, pacemque Dei aliquatenus sibi suisque consulere. Unde nova circa originem proverbii nostri suboritur conjectura.

† 3. Non ullum malum tam altas quondam radices in Majorum animis egerat, quàm libido bellandi, ùt nuper ostensum *in dissert. de jur. agric. c. 2.* Impossibile erat pacem omnimodam reducere ipsis quoque Imperatoribus. Unde tantùm temperamenta adhibita sunt, v. c. societas, fœdera, induciæ, certæ diffidationum formulæ, præscriptique modi &c. ùt pragmaticè demonstrat *integr. vol.* Dattius. Manum operi etiam Clerus admovere cœpit, & quoad ejus fieri potuit, in suis Synodis pacem turbulentis reddere annisus est. Noscimus hodienum pacem Dei & Treugam, vid. du Fresne *his verbis.* Seculo XI. sub Urbano Pontifice ope conciliorum utraque sanctio in Germaniam recipi cœpit. Potissimùm cogitatio de bellis in terram sanctam eo tempore transferendis cultum pacis domi nostratibus suadebat, *vid. Datt. d. l.*

§. X. Temperavit diu hinc inde Prælatorum regimen etiam adjunctio Advocatorum *, nam sine horum consilio consensuque in arduis negotiis vix aliquid potuit geri.

§. XI. Sed quàm utile etiam esset hoc jurium Prælatorum moderamen, attamen, ceu vidimus, plerisque in locis desiit, vel valde imminuta est Præsulum industria. Ast superest hodienum aliud institutum, quod jam diu obicem posuit Prælatis, ne, uti vellent, imperarent, scilicet Capitula. De quibus Capite sequenti.

§. XII.

* In Concilio Moguntino anno 813. *Can.* 50. habetur: *Omnibus igitur Episcopis, Abbatibus, cunctoque Clero omnino præcipimus Vice-Dominos, Præpositos, Advocatos, sive defensores bonos habere &c.* Occurrunt hìc tria nomina: Vice-Dominorum, Præpositorum, & Advocatorum, quæ dein generali appellatione Defensores dicuntur. Constituit verò inter illos Thomass. *t. 3. p.* 451. hoc discrimen, quòd Vice-Domini fuissent præfecti vasallis laicis Prælatorum: Advocati causas illorum perorâssent; Præpositi tandem regimen ipsius Cleri gessissent. Originem Advocatorum deducit Knichen *de Saxon. non provocand. jur. c.* 5. *n.* 553. à Pipino. Sed altiùs hìc ascendendum esse docet Majerus *p.* 121. *de advoc. armat.* Idque satis probat per diplomata Dagoberti, qui CC. annis ante Imperium Caroli M. vixit. Nam *hic* (ùt verba fluunt) *more Majorum* Sigeberti, Theodoberti, Theodorici *& Patris* Lotharii *protectorem, rectorem & advocatum Ecclesiæ Trevirensi dat dominum* Arnolphum *sanguine regio natum, parentem suum ac instructorem*, *Austriæ Mosellanicæ Ducem.* Firmavit hanc constitutionem dein Sigebertus Dagoberti filius: literæ regiæ leguntur apud Rosierum in *Stem. Loth.* Ex quibus colligit Majerus, quòd cum ipsis Ecclesiæ Christianæ initiis & Regum conversione jus Advocatiæ cœperit. Noscitur Advocatorum duplex genus, armatorum & judicialium, debet Ecclesia adversus vim & audaciam adversariorum defendi tam in foro & tribunali, quàm inter arma & militum catervas. Thomass. *d. l.* persuadere vult *ibid.* quòd officium Advocatorum initio sub Francis fuisset pacificum, sed labente & corruente familiâ Carolinâ circumfrementibus undique tumultibus factum fuisse militare. Ast aliud docere potuisset Thomassinum diploma Dagoberti. Susceperunt autem Advocati munus ipsi Imperatores quoque. Ludovicus pius in se recepit defensionem Abbatiæ S. Galli, ùt refert Monach. Sanct. Gallens. *t.* 2. *p.* 127. *apud* du Chesne: *cùm neminem suî defensorem reperire potuissent, ipse* (Imperator Ludovicus) *cunctis adversariis nostris se opponens advocatum vilitatis nostræ coram cunctis Principibus suis profiteri non erubuit.* Ecclesiam Pataviensem secundùm morem Antecessorum, cum omnibus sibi subjectis in simili suæ defensionis mundiburdio constare jubet atque decernit Arnolphius *pag.* 147. *apud* Majer. Advocatia Bambergensis Ecclesiæ ab Imperatore commissa est Summo Pontifici sub onere, ut equus albus phaleratus Romam transmitteretur quotannis, quo onere tamen aliquatenus liberatus est Præsul. *vid.* Mulz. *p.* 348. *repres. imp.* Inter causas depositionis Wenceslai *apud* Goldast. *t.* 1. *R. S. p.* 158. refertur etiam, quòd Advocati Ecclesiæ munus minùs strenuè gesserint. Sæpius tamen Imperii Proceres Advocati facti sunt Pedi pastoralis vel ad rogationem ipsius Cleri. Sic ab Archiepiscopo Trevirensi ac Ottone I. Advocatus rogatus & datus est dominus REGIMIRUS, bonæ gravitatis ac virtutis vir, Lotharingicæ, Mosellanicæ Hispaniæque Dux, ùt habetur in litteris hujus Imperatoris; vel propriâ Prælatorum electione, nam sæpe his in diplomatibus eligendi potestas data erat. De Paderbornensi hoc satis constat ex Surio *d.* 5. *Jun. c. IX.* unde

in

§. XII. Hic tantùm adjiciamus adhuc duo, quæ in commodum habitantium sub Pedo pastorali cedunt: quòd Præsulatus nequeant dividi † 1, vel inter vivos actu, vel ultimâ voluntate; & dein, quòd in casu, ubi bannum Imperii in Principem inferendum, minor mutatio † 2, circa subditos illorum accidat, quàm circa laicorum.

CA-

in Concilio Moguntino anno 813. *cap.* 50. statuitur, *ut eligant non malos, non crudeles, non cupidos, non perjuros, sed Deum timentes, & in omnibus justitiam diligentes;* vel Reges suâ sponte veluti & non rogati Advocatos dederunt. Sic Abbatiæ Gemblacensi Imperator Otto I. Advocatum dedit Comitem Lovaniensem, *vid.* Miræum *c.* 32. Mulz. *p.* 348. *n.* 70. Præcipuè sub Francis jus dandi Advocatos Reges exercuerunt. *vid. C.* 13. *L. V. & C.* 303, *L. VII. apud* Ansegisum. Neque verò hic mos statim desiit, *vid.* Conring. *de jud. Germ.* §. 71. vel tandem jure quasi ordinario domini territoriorum in Abbates jus advocatiæ sibi arrogârunt, ubi scilicet territorium clausum defendi solitum est. *vid.* quæ Rector Saxoniæ opposuit olim Julio Pflugio Præsuli Numburgensi *L. V. C.* 123. *sqq.* apud Hortleder. *de C. B. G.* Mulz. 352. *sqq.* Knichen *de jure territorii c.* 4. *n.* 337. De domo Austriaca regula notissima est, quòd in provinciis suis hereditariis gaudeat Advocatiâ tam in Monasteria quàm Episcopatus in provinciis & ditionibus suis existentes. Verba privilegii ita fluant: *Sie sollen auch haben alle Vogteyen und Vogtrecht in Bisstümern, Abteyen, Probsteyen, Clöstern, Gotteshäusern und Kirchen an Leuten und Gütern, die in ihren Herrschafften und Landen gelegen seyn, deren Erb-Vögte sie seyn und zu Recht sollen seyn. v.* Wehner. *v. Vogtey.* Majer. 398. Neque à territoriali advocatia ubique libera est ordo Cisterciensis, *vid.* Hert. *pecul. dissert.* Confer *C. recolentes de statu Monachorum.* Inter causas datorum Advocatorum refertur etiam prodigalitas Cleri, vid. Stumpf. in *Chron. Helv. L. VII. c.* 3. & Marsil. Pattav. *Judicium in defens. Pac. pro* Ludov. *IV. p.* 2. *c.* 29. Hospinian. *de orig. bon. Eccles. c.* 6. 125. Dein invidia adversariorum Ecclesiæ, qui bonis illius inhiabant, item studium pacis, quòd litigiis ipsi Clerici se nollent miscere, *rebus divinis tantùm*, inquit Aventin. *L. VI. operam dabant & libris scribendis.* Potestas Advocatorum non fuit ubique ejusdem generis, sed alicubi major, alicubi minor. *vid.* Conring. *de urb.* §. 16. Mirè tamen moderabatur Præsulum potestas. Nam non tantùm jurisdictio criminalis pars erat juris Advocatorum, sed jus collectarum, sequelæ, jus administrandi bona Prælati ad eosdem spectabant, ut taceam jus exigendi homagium, confiscandi licentiam, & alia, quæ nullo negotio è Meibomio probantur, *vid. t.* 1. *p.* 680. & *t.* 3. *p.* 228. Citra consensum Advocati Prælato non licebat donare, *vid.* du Fresne v. *chirotheca;* vel in genere alienare, *vid.* Lenckfl. *L. II. c.* 2. *antiqu. Walck.* Diploma Ottonis III. *p.* 334. *L. V. annal. Schaten.* Imò nec donata recipiebantur sine Advocati opera. Unde formula: *Hanc donationem sive traditionem Ecclesia aut Præsul accepit de altari Ecclesiæ per manum sui Advocati.* Ferendum erat quoque Prælatis, ut partem redituum sui juris facerent Advocati. Certæ sportulæ feudaque pro studio & labore in ipsos redundabant, alicubi tertia pars emendarum, *vid. chart.* Conrad. *I. c.* 95. *apud* Miræum pars terræ hominumque ipsis collata est, *vid.* Chron. Senonens. *tom. III. Spicileg. p.* 304. Vocat isthanc terræ partem Otto I. beneficium Advocato constitutum *apud* Miræum *c.* 32. Quomodo hinc inde desiderint Advocati, exponit Conring. *de judic. d. l.* adde Schaten *p.* 532. *H. W.* Querelas de illorum excessibus, de secuta inde excommuncatione habet Thomassin. *d. l.* Qui hodienum supersunt v. c. Coloniæ, Quedlenburgi, &c. disci potest ex iis, qui notitiam imperii Procerum tradunt. De Advocatis in Belgio *vid. pluribus Espen. p.* 561. *seqq. jur. eccles. univers.*

† 1. Dicitur quidem *jure feud. Sax. Bischoff-Guth oder Lehen und Fahn-Lehen soll der König gantz leihen und nit zutheilen,* & *I. F. A. Bischoff-Guth und Fahn-Lehen soll der König gantz zu Lehen geben.* Ast nihilominus experientia testatur, quòd Ducatus, Marchionatus, Landgraviatus sæpius inter familias fuerint divisi & separato jure administrati. Unde in A. B. de Electoratibus, ne amplius scindantur, cavendum fuit nominatim. Ast Episcopatuum divisio vix fuit facta, si paucissima exempla v. c. in Præsulatu Halberstadiensi, Wurzburgensi &c. excipis, ubi tamen integritati & indemnisationi Præsulum, quoad ejus fieri potuit, consultum est. Quæ verò incommoda oriantur è divisionibus, & quæ commoda ex integritate viciniarum, dici potest è verbis cordati quondam viri Lewoldi de Northof, quæ *vid. t. I.* Meibom. *p.* 380. &c.

† 2. Nam in privatione regalium, tantùm jura personæ auferuntur, capitulum autem administrationem subit usque ad restitutionem privati vel electionem novi Prælati. Satis eleganter hoc expressit Guntherus *in Lipurin. L. II. apud* Reuber:

Quin & Pontifices Halberstadiensis & ille,
Sub quo Brema fuit, tali regalia jura
Amisêre notâ, PERSONÆ scilicet ipsæ
Non tamen Ecclesiæ: neque enim quod Pastor iniquè
Gesserit, ECCLESIÆ fas est in damna refundi.

† 1. Est

CAPUT III.

DE CAPITULO.

§. I.

Capituli verbum, quidam ab ipsius capite, † 1, Episcopo, cui subest, derivant, alii verò à capite biblico † 2, quod inter Canonicos quosdam quotidie legebatur & exponebatur, deducunt. Nam interdum saltem pars capitis sive capitulum prælegi solebat.

† 1. Est hæc etymologia Barbosæ *c.* 1. *n.* 48. *de canon. Capitulum*, ait, *dicitur à capite, sub quo regi & congregari debet ad præbenda consilia, hujus verò caput est Episcopus.* Referrimus huc Statutum Synod. Rothomag. de ann. 1681. *tit. de Episc. & Cap. n.* 28. Episcopos consilio & operâ Capitulorum juvari debere, ut membrorum CAPITI cohærentium & obsequentium.

† 2. Tradidit hanc originationem Zieglerus *ad decret. p.* 215. *Ita dicitur collegium Canonicorum, quòd quotidie inter eos legeretur & explicaretur caput biblicum vel si prolixum nimis esset, ejus saltem aliquod membrum, quod capitulum dicebatur.* Confirmat eandem du Fresne *h. v.* ex Papia: *Capitula librorum dicta, quòd breviter capiant & contineant aliquam sententiam. Unde clericorum capitulum dictum, quòd ibi capitula exponantur.* Scil. olim post primam recitatam, antequam fratres exeunt ad labores, aliquod regulæ capitulum prælegebatur, de quo more *vid.* Brower. *Antiq. Fuld. L. III. c.* 12.

§. II. Sicuti verò conventus † 1, de ecclesia inferiori dicitur, ita propriè capitulum † 2, de Canonicorum Ecclesiæ cathedralis congregatione prædicatur.

§. III. Operæ pretium est, de tam insignium † 1, Collegiorum origine dispi-

† 1. Nam licèt verbum conventus etiam notet diœcesin Episcopi, ùt *in can.* 38. *Concil. Tolet. IV.* sæpius tamen conventus notat locum, vel cameram, ubi Monachi conveniunt, non ubi sunt Canonici. Unde etiam conventuales fratres appellant, Matth. Paris. ann. 1233.

† 2. Notat etiam capitulum locum congregationis. Unde Monachus Frigidi Montis: *In toto corpore ecclesiæ præter illum, ubi altare constituitur, nullus locus sanctior est CAPITULO, nullus reverentiâ dignior, nullus diabolo remotior, nullus Deo proximior. Ibi enim perdit diabolus, quidquid alibi lucratur.*

† 1. Olim in singulis provinciis unus Presbyterorum ordini præficiebatur; ita, ut cum eorum consilio omnia ageret & administraret. Præcipuè Clerus civitatensis uni committebat superintendentiam in reliquos. Neque enim in urbibus parochiæ initio distinctæ erant, sed communi operâ & industriâ Ecclesiam DEI colebant pii doctores, sub inspectione illius, quem regulariter Episcopum vocabant, *vid.* Duarem, *L* 1. *c.* 18. *de min. Eccles.* Hoc tempore nondum erat certus Canonicorum selectus, sed universi presbyteri unà cum Episcopo morantes. Patet dictorum veritas è loco Cypriani *Epist.* 5. *Ad id, quod scripserunt compresbyteri nostri, solus rescribere nihil potuit, cùm à primordio Episcopatûs mei statuerim sine consilio vestro & consensu plebis meâ privatim sententiâ gerere.* Paulò aliter Hieronymus *in c. ecclesia C. XVI. Et nos*, inquit, *habemus in Ecclesia Senatum nostrum, cœtum presbyterorum.* Imò ne dubitandi locus supersit, quòd omnis clericus ejusdem juris fuerit, addimus *epist. cler. Rom.. ad* Cyprian. ubi ita: *OMNES enim nos, mortuo scil. Papa Fabiano, decet pro corpore totius Ecclesiæ, cujus per varias quasque provincias membra digesta sunt, excubare. epist.* 31. successu temporis distinctio institui & excrescente in majoribus urbibus presbyterorum numero è pluribus non nulli eligi cœperunt, tanquam peculiares Episcopi amici. Espen. *p.* 136. *de canon.* Potissimum amor seminaria ecclesiæ constituendi videtur separationi & selectui occasionem dedisse. Scilicet ante seculum IV. conventus ecclesiæ non nisi extraordinarii erant, non poterant constanter sub uno degere tecto, nec communem vitam in perpetuum institutum redigere, multo minus opportunum tempus aderat futuros clericos veluti in communi schola ad functiones quondam sustinendas præparare. Itaque præ ceteris Augustinum cupido subiit pace jam ab Ecclesia obtentâ, huic veluti defectui mederi & tales

dispicere, ut sciamus, unde sint cùm canonici tum ipsius capituli † 2, jura.

tales congregationes è selectis ingeniis instituere, quæ si non essent seminaria Reip. omnis, certissimè tamen haberi possent pro plantario sanctæ ecclesiæ. *conf.* quæ disserit Possidius *in vit. August.* & ex eo Thomass. in *t.* 1. *L. III. c.* 1. 2. 3. Inscribebantur hi clerici cum Episcopis degentes canoni sive matriculæ ecclesiæ, unde Canonicorum nomen ipsis hæsit. Licèt non repugnet, à portione canonica, quæ ipsis tribuitur, vel observatione canonum simul ipsis nomen indere, *vid.* Molan. *de Canon. c.* 4. *Canonicus*, inquit, *qui non canonicè vivit, nomen suum secum ad damnationem portat.* Ni fallor, scholam itaque duplicem Augustini Canonici intendebant, adstringebantur votis castitatis, paupertatis & stabilitatis in monasterio, unde debebant enasci virtutes; dein instituebantur in sacris canonibus & scritpura, ut eruditione etiam commendarentur. *vid.* Possid. *c. XXII. XXV. &c.* Unde SCHOLASTICUM Canonicorum institutum vocat Hyperius *de instit. Colleg. vid.* Hospinian. *de monach. p.* 353. Licèt non usquequaque magnam sapientiam consequerentur, *vid.* Conr. *antiqu. acad. p.* 65. debebant tamen vitâ & doctrinâ aliis prodesse. Officii enim non beneficii nomen Canonicus est. Guil. Paris. *c.* 4. *de collat. benef.* Unde requirit Espen. *tract. de Canon.* ut sint docti, frugales, abstinentes, seduli &c. Initio communis vita transigenda erat, introductâ quippe omnium bonorum renunciatione ab Augustino. Eandem vitæ rationem Canonicis præscripsit Carolus M. *Capitul. Aquisgran. ann.* 789. *c.* 72. 73. Verùm jam ante Carolum M. beneficia Canonicis assignari & veluti præbendæ, quas tanquam singuli dein extra communionem possidebant & retinebant. *vid. can.* 7. *Concil. Aurel III.* Unde desiderium proprietatis non potuit satis extingui inter Canonicos, imò in dies majoribus cumulabantur, adeo, ut amplius suis scholasticis muniis defungi sibi probro ducerent, constituto in hunc finem sub certa mercede extraneo magistro, qui vicariâ operâ defectum suppleret. *v. t. l. X. de magistr. & ne aliqu.* Accessit dein nova libertas aspirandi ad Canonicorum præbendas, licèt quis sacris vel presbyteri vel diaconi ordinibus nondum esset initiatus. CONCIL. TRIDENT. *Sess.* 22. *c.* 4. Subdiaconatum pro voto exercendo denuo in Capitulari sive Canonico requisivit. Apud nos præcipuè aucta est Canonicorum conditio, ex quo jure eligendi Præsules potiti sunt, de quo postea.

† 2. Nec olim Episcopos monarchicè & pro arbitrio egisse vidimus, sed Clerum reliquum fuisse in plerisque omnibus consultum. Verùm id fiebat partim è natura religionis Christianæ, quæ in doctoribus non fert dominatum, partim è statu istius ævi & persecutionum, partim ex ratione politica, quòd ipse Clerus haud admisisset despoticum unius imperium. Imò licèt non deesset hac ratione vinculum, deerat tamen communis perpetuus fundus ante Carolingos & inde dependens coactio, quilibet Clericus suam portionem recipiebat ecclesiæ gratiâ. Igitur erant quidem tunc congregationes Cleri, seminaria, scholæ episcopales, uni capiti competebat inspectio secundùm consilia reliquorum. Non dicendum tamen est, quòd extiterit capitulum, nam I. ibi collegæ Episcopi erant soli clerici Presbyteri vel Diaconi, non Canonici seculares, II. ibi collegæ reverà erant Parochi, vel certæ Ecclesiæ propriæ, vel in episcopali, quod multum differt à nostris Canonicis. III. Jus Senatus competebat ex ipsa veluti ordinatione sacra. Et licèt hoc ultimum mutaretur, postquam Episcopi selectum Canonicorum instituerunt, non poterant tamen Episcopi plus splendoris in Canonicos transfundere, quàm ipsi habebant. Unde demum post adeptum ab Episcopis Principatum, majoris Senatus instar Capitulum gessit. Quod quo tempore factum sit, supra dicta de donatis urbibus & acquisitis regalibus docent.

§. IV. In modernis Capitulis non tantùm occurrunt variæ dignitates, officia & personatus † 1, Præpositi, Scholastici, Decani, & si quæ alia; sed sunt quoque duplicis generis personæ hic notandæ, Capitulares † 2, scilicet & Domicellarii.

§ V.

† 1. In regula Cordogangi, quæ sub Francis norma erat Canonicorum, nam hic Metensis Episcopus teste Paulo Diacono: *Clerum adunavit, & adinstar Cœnobii intra claustrorum septa conservari fecit, normamque ei instituit;* nominantur: Archidiaconus primitiarius & Præpositus. Cantores, Priores, Thesaurarios nominat Barbosa *c. IV. de Canon.* vid. Himmel. *tract. de Canon.* De Scholastico Cellerario vide Thomass. *l. III.* 70. Maximè perspicuè omnia explicat Espen *jur. eccl. p.* 63. *c.* 3. 4. 5. ubi collationem instituit inter officia v. c. Cantoris, Scholastici antiqua & beneficia nova desinentibus officiis.

† 2. In Concilio Moguntino ann. 1548. non sine magna ratione statutum fuit, ut Canonici juniores, quos Domicellares vocant, non simul ac beneficia acceperunt, ad Capituli jura admittantur, verùm ut ad tempus sub jugo Prælatorum detineantur. Uti igitur Infantes in Hispania Regum filii, sic Optimatum filii juniores, Capitulares Domicelli, Domicellarii dicuntur, *vid.* Blancam *in Hisp. illustr. t. III. p.* 727. Hæc tamen differentia hodie non in omni Canonicorum collegio observatur, ut constat

§. V. Actus Capituli ſunt varii, è quibus demonſtrari poteſt, quòd poteſtatem Epiſcopi temperent. Ipſum initium regiminis epiſcopalis, non nativitati ſed Canonicorum inſtitutæ electioni † 1, ac conſcriptæ capitulationi † 2, debetur.

§. VI. Competit ſpeciatim Capitularibus jus accuſandi Præſulem † 1, jus conſentiendi in alienationes † 2, bellum alicubi, jus contradicendi auctioni numeri † 3. Canonicorum, jus adprobandi uniones & permutationes eccleſiarum,

conſtat ex catalogis Canonicorum per ſingula ferè Germaniæ capitula *apud* Imhof. *in notit. Procer.* Miſcentur alicubi Nobiles cum Doctoribus v. c. Baſileæ, in plerisque tamen ſoli Nobiles Canonicatuum beneficiis fruuntur, de ratione *vid. c. II. diſſert. de jur. agricult. ſub D. Præſid. habit.*

† 1. Modus conſtituendi Epiſcopos deſcribitur ab Ivone Carnotenſi, Walth. Naumburg. Meibom. Conring. &c. ſcil. electio omnis Cleri & Laicorum diu obtinuit in Germania ſeculo adhuc XII. anno 1131. Imperator Lotharius in Trevirenſi electione reſcribit: *Se non cujusquam electionem approbaſſe, qui non omnium communiter tam Clericorum quàm Laicorum ſuffragia tuliſſet. vid.* Brouwer. *L. XIII. Annal Trev ad d. ann.* Imò Seculo XIII. ann. 1298. *vvar Wigbold Domdechend zu Cölln gekorn zu Nuiß an das Biſchoffdom, allermeiſt von den Edlen und von der Ritterſchafft des Stiffts.* v. *Chron. Colon.* Ulterius Seculo XV. ann. 1428. Electio fit Oſnabrugæ conſenſu POPULI & MINISTERIALIUM, *Chr. Oſnabr. p.* 251. Meibom. Quamvis igitur Innocentius III. Canonicam electionem per capitula ſuis Decretalibus ſtabiliviſſet, *vid. L* 1. *epiſt.* 16. 17. *ſequ. epiſt.* 78. 79. *apud* Baluz. rogaviſſetque ipſam Imperatricem, ne huic inſtituto ſe opponeret *ep.* 18. tamen non ſimul ac ſemel ubique jus novum introduci potuit. Vadianus *p.* 5. *n. apud* Goldaſt. III. *R. A.* Epiſcopos à Canonicis eligi cœpiſſe putat eodem tempore, quo Pontificum electio rediit ad Cardinales. Multum hìc tribuit Conringius 443. *exerc. acad.* Capitulo. Meſſana Honorii III. Chron. Goslar. *p.* 428. *pr. t. III. R. Br.* DNI. de Leibnuz. hæc refert: Clemens *makede eine Vorſonunge mit deme Keyſer unde dem Vorſten unde gaff over dat gantze ertrike Macht den Cappitelen Biſcuppe uterkuſende unde dyt beſtadigete Pauvves Clemens vorgenammet.* Sed uti monuimus, praxis non è Decretali uno judicari debet, excutienda ſunt archiva ſingulorum Præſulum, qui ex inſtituto perſequi vult hoc argumentum.

† 2. Negari nequit, quòd Epiſcopum ratione ipſius muneris, quod ſuſtinet, deceat benignè & juſtè imperare. Cautelæ loco tamen Canonici in certa capitula cum ſuo Præſule convenire ſolent, quæ dein, ut eò meliùs conſerventur, litteris mandantur. Agnoſcit vim capitulationum Thummermuth *p.* 75. *n.* 87. *idque tanto*, inquit, *fortius, Prælati in ſuis CAPITULATIONIBUS ac inaugurationibus ſolemniter jurent, inventa conſervare &c.* Stangefolius *L. III. annal. Weſtphal. p.* 515. hæc habet ad ann. 1462 *Cùm Theodericus de Morſa Archi-Epiſcopus vitâ exceſſiſſet, Capitulum & Status Diœceſeos ſolemne pactum inierunt* (dicitur die *Lands-Vereinigung*) *ne impoſterum electo Archi-Epiſcopo fas ſit, ſuo arbitrio bellum ſuſcipiendi, ſed conſenſu Capituli &c. quod pactum Præſules in inauguratione confirmare juramento tenentur.* De capitulationibus Trevirenſibus & Fuldenſibus *vid.* Brow. *L. XX. ad ann.* 1502. *annal. Trevir. & L. IV. antiquit. Fuld. n.* 45. Ne quid tamen diſſimulemus, ab utraque parte non defuerunt querelæ: Præſules conqueſti ſunt, quòd iniquis nexibus à ſuis adſtringantur capitulis, *vid. Gravam. nat. Germ.* 85. in Concilio Rothomag. ann. 1581. querelæ audiebantur, quòd Canonici ob jus ſuum conſentiendi & diſſentiendi impedirent reformationem neceſſariam. Viciſſim Præſules ab altera parte accuſati ſunt, quòd plura per capitulationes promittant, pauca verò ſervent. *vid.* quæ de Epiſcopo Oſnabrugenſi leguntur in Chron. Oſnabr. *p.* 251. *apud* Meibom. Ex ſcripto in cauſa Capituli Wurzburgenſis Viennæ hæc excerpſit D. Præſes; *Anno* 1678. *Petro Philippo de Dernbach Wurzburgenſem cum Bambergenſi Præſulatum junctim moderante, vehemens diſſidium inter Epiſcopum & Capitulum exortum eſt, ſcil. cum quolibet Epiſcopo in certa capita Capitulares paciſci ſolent, quibus admonetur, quòd non domini jure ac veluti patrimoniali, ſed, ùt bonum œconomum decet, Epiſcopatum regere & tueri debeat. Hæc* (*ùt Capitulares contendebant*) *non obſtante juramento, cujuss planè relaxationem à Summo Pontifice Capitulo inſcio petierat, Epiſcopus enormiter violavit. Capitulares autem quo ſarta & tecta permanerent omnia fere Germaniæ capitula in auxilium & mutuum conſilium vocarunt, cæteroquin verendum eſſe cauſſati, ne electi plus potentiæ exercentes quàm hæreditarii omnia pia inſtituta ſubvertant. Pontifex negotium commiſit Nuntio Viennæ, ut hic ope Imperatoris amicam tranſactionem tentaret. Dein autem ad Congregationem Cardinalium lis delata fuit.*

† 1. Si Prælatus fortè incidit in hæreſin, *vid. Congreg. Cardinal. ann.* 1588. *p.* 653. *apud* Thomaſſ. *t. III.* vel ſi incipit dilapidare Eccleſiæ bona, *vid. epiſt XXI. Innoc. III. L. I.* vel ſi pacta non ſervet.

† 2. Præcipuè cùm dicantur conſiliarii Epiſcopi nati, ùt eſt *apud* Thomaſſ. *d. l.* igitur meritò in emptionibus, oppignorationibus, &c. conſuluntur, ut demum hæ firmæ ſint, ſi Capituli conſenſus acceſſit, *vid.* Eſpen *pag.* 74.

† 3. Olim

ſiarum, jus conventum cogendi † 4. jus fori privilegiati † 5, jus archivi † 6 jus ſtatuta condendi † 7, jus decimarum † 8, & ſi quæ alia.

§. VII. Sede vacante ad Capitulum redit fere omnium † 1, jurium exercitium: Teſtamentum Epiſcopi exequuntur † 2, juriſdictionem exercent, ad comitia vocantur, Auſtreigis gaudent † 3. Sententiæ excommunicationis, Interdicta à Sede Apoſtolica ipſis transmittuntur † 4.

§. VIII. Commune onus Capituli & Epiſcopi eſt, quòd debeant ſequi auctoritatem Sedis Apoſtolicæ *, quòd teneantur ad collectas Turcicas, peculiare autem, quòd teneantur reſidere in loco beneficii, viſitentur ab Epiſcopis, & alia.

† 3. Olim Canonicorum non erat certus numerus, ſed tot aſſumebantur, quot è reditibus vivere poterant. Major tamen erat quàm hodie, quia vita magis frugalis erat & inſuper communis, ut non tot ſeparatæ cum ſuis famulitiis œconomiæ eſſent, *vid. epiſt.* 214. *L.* 1. Innocent. III. Thomaſſ. *c. X. d. l.* Barboſ. *p.* 18. *ibid.*

† 4. In Concilio Trevirenſi de ann. 1549. ſtatuitur, ne Capitula diebus feſtis & ferialibus habeant congregationes. Confirmavit hoc jus Concil. Trident. *ſeſſ. XXV. c. 6.* poteſt tamen, ſi de proprio Epiſcopi commodo non agitur, convocari ab Epiſcopo, ubi Capitularium vota exquirit & concludit.

† 5. Quòd pro Imperio lites non componat Epiſcopus, vel officiales, verùm adhibitis duobus de Capitulo. Barboſ ad *Concil. Trident. p.* 348.

† 6 Solent Capitula archiva ſua arcaniſſima habere, Eſpen. 199. *de Canon.* Habent etiam arçam & ſigillum. Seculo X. ſigilla adhuc propria non habebant, ſed Epiſcopi ſigillum commune erat. Seculo XI. verò duplex ſigillum Epiſcopi & Capituli noſcitur, *v. p.* 133. Mabillon. *de R. D.*

† 7. Statuta condunt Capitula, & pœnas ſanciunt teſte Thomaſſ. *p.* 650. Solent tamen requirere confirmationem Epiſcopi, ùt etiam obligent ſucceſſores. De Statutis interdum queri cœpit, quòd in iis magìs aliquando quæſtus quàm pietas reſpiciatur, *vid. Epiſt.* 192. Innocent. III. Concil. Colon. Trident. Eſpen *p.* 185. *ad Canon.* Eadem querimonia circa receptas conſuetudines corruptrices *p.* 168. *ibid.* reperitur.

† 8. Habent decimas à laicis ſub onere eleemoſynarum. Per reſcriptum Innocent. III. tamen indictio magìs præſumitur pro Parochis, quàm pro Canonicis. *vid.* Eſpen. *p.* 313. *ſequ. d. l.*

† 1. Ita docet Ziegler. *p.* 202. 708. *ad* Lancellot. Solent tamen excipi, quæ Epiſcopo competunt jure ordinis vel è delegatione ſpeciali, vel quæ ſpectant ad jurisdictionem voluntariam. *vid. DD. ad tit. Ne ſede vacante.*

† 2. Olim ut plurimum executores teſtamentorum conſtituebant Epiſcopi, quorum in locum Capitula ſede vacante ſuccedunt, *vid.* Barboſ. *d. l.*

† 3. Quæ ad jus publicum ſpectant, explicat Schuz. *diſp. X. p.* 656.

† 4. Hoc ſatìs probant toties *citatæ Epiſtolæ* Innoc. III. *vid ep. L. I.* 261.

* Admonet illos hujus debiti Innoc. III. *L. II. ep.* 82. & 168. *L. I.* ubi hæc extant: *Licèt in Ezechiele legatur, animalia ibant & non revertebantur, tamen ſequitur in eodem: animalia ibant & revertebantur. Quamvis autem hæc vocum diſſonantia ſecundùm ſanum conſonet intellectum, & varias expoſitiones habeat myſticas & morales, poſſunt tamen per animalia munda, quæ ruminant & ungulam findunt, Rectores Eccleſiæ non incongruè deſignari.* Applicationem *vid ibid.*

Ceterùm hæc ſpeciminis loco circa conjecturas de cauſis Proverbii noſtri ſufficiant.

D. JUSTI HENNINGII BOEHMERI

JCT. COM. PALAT. CÆS. POTENTISS. REGI BORUSS. A CONSIL. AUL. PROF. JUR. ORDIN.

DOCTRINA DE FEUDIS ECCLESIASTICIS,

Von Krumbstäbischen Lehn.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus OTTONIS JOSEPHI STEINHAUSS Bibliopolæ unter fetten Hennen
Anno 1738.

DISSERTATIO JURIDICA
DE
FEUDIS ECCLESIASTICIS.

CAPUT I.
De origine Feudorum Ecclesiasticorum.

§. I.

Originis feudorum indagatio hic necessaria.

NOn omnes sibi unum eundemque conceptum de *Feudorum ratione* formant, & sic etiam in conclusionibus ipsis cespitant & ambigunt, cùm in ipsa origine feudorum sibi non constent. Primaria rerum ratio ex *origine* cognoscitur, adeoque è re erit, paucis *originem feudorum* in genere evolvere, & deinceps venas Feudorum Ecclesiasticorum, de quibus hìc tantùm agendum est, aperire, ut inoffenso pede progredi queamus.

Feuda olim beneficia dicta.

§. II. Feuda olim *Beneficia* appellata, & denominationem feudi seriùs inter Germanos auditam fuisse, noto notius est. Verùm & ipsa vox *beneficii* admodum ambigua est, ùt constat ex *traditis* SAMUELIS PITISCI *in lexic. antiqu. Rom. v. Beneficium.* BRISSONII *de V. S. v. Beneficium.* JACOBI GOTHOFREDI *ad C. Theod. in Gloss. nom. v. eadem.* Hæc ambiguitas rursus distraxit eruditorum animos, ut originem ex diversis fontibus haurirent. HERTIUS *de feudis oblatis. p.* 1. §. 2. *in f.* eos non errare ait, qui prima feudorum incunabula apud Romanos quæsiverint. Id indubium est, apud Romanos moris fuisse, ut illis, qui in bello præclarè aliquid gesserant, prædia distribuerent, quo eâ liberalitate acriores redderentur, magisque ad fidelitatem devincirentur. Prima hujus rei vestigia sub ALEXANDRO SEVERO Imperatore se deprehendisse non obscurè innuit GONZALEZ *ad c.* 1. *X. de præbend. n.* 10. auctore LAMPRIDIO *c.* 58. scribente: *Sola, quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus & militibus donavit, ita ut eorum ita essent, si heredes illorum militarent, nec unquam ad privatos pertinerent, dicens eò attentius militaturos, si etiam sua rura defenderent. Addidit sanè & his animalia & servos, ut possint colere, quod acceperant, ne per inopiam hominum, vel per senectutem possidentium desererentur rura vicina barbariæ.* Idem confirmasse videtur PAULUS *in l.* 11. *D. de evict.* in qua prædiorum in Germania trans Rhenum sitorum fit mentio, quæ *ex præcepto principali partim distracta, partim veteranis in præmia assignata* dicuntur. Quid autem est, *assignare in præmium prædia*, aliud, quàm ea in beneficium concedere? unde etiam hic rursus originem feudorum se invenisse jam olim censuit DIONYSIUS GOTHOFREDUS *in not. lit. e.* Denique quæ in *codice utroque de limitibus & agris limitrophis* adferuntur, etiam huc pertinere, B. HERTIUS *c. l.* cum aliis opinatur, quæ pluribus illustrari possunt ex LINDENBROGII *Glossario v. Beneficium.* Eò magis autem hæc veritati consentanea esse videntur, quòd Germani antiqui, in Romanas provincias irruentes, plurima instituta ex Romanis moribus traxerint, quodque eorum indoli consuetudo, per talia beneficia Proceres sibi obnoxios faciendi magis, quàm subjugandi, conveniens visa fuerit.

Apud Romanos quæsita. sub Alexandro Severo.

Quæ tamen à feudorum ratione primæva admodum differunt.

§. III. Equidem prælaudati *Auctores* in re & nomine aliquam convenientiam deprehendunt, *identatem* tamen rei haud animadverto. Quantum ex adductis locis liquet, prædia veteranis assignata in dominium eorum *jure* quodammodo *hereditario* transibant, in compensationem præstitæ virtutis, & maximè illis, qui militiâ functi erant, concedebantur, non pro præstando in posterum servitio, sed, quod omnium rerumpublicarum ratio exposcit, ut *præmio* quodam afficerentur, cum *pœnis & præmiis* potissimùm subditi in officio contineantur, *vid. l.* 1. §. 1. *de Justit. & Jure.* Ast verò feuda primitus non jure *hereditario*, sed magis *precarii* vasallis dabantur, in quorum dominio non erant, sed disertè proprietati domini concedentis attribuebantur. Observat id eleganter BIGNONIUS *in not. ad Marculf. apud* STEPHANUM BALUZIUM *tom. II. Capitul. p* 875. ostendens, omnia prædia aut *propria* fuisse aut *fiscalia*. *Propria*, pergit, *seu proprietates dicebantur, quæ nullius juri obnoxia erant, sed optimo maximo jure possidebantur, ideoque ad heredes transibant. Fiscalia verò beneficia sive fisci vocabantur, quæ à Rege utplurimum, posteaque ab aliis, ita concedebantur, ut certis legibus servitiisque obnoxia cum vita accipientis fini-*

Manebant olim feuda in proprietate domini.

finirentur. Quæ apud Romanos veteranis in beneficium, seu præmium assignabantur prædia, magìs ad illa, quàm ad hæc accedunt, adeoque prorsus diversam ab his naturam habent. Breviter, quæ *jure feudi* possidebantur, nullo modo erant *propria*, sed prorsus *aliena*, & alterius beneficio possessa, quod Diploma de anno 985. apud AUBERTUM MIRÆUM *in cod. piar. donationum C.* 42. adhuc docet, ubi ita: *Fideli nostro Theodoro Comiti, quicquid nostro concessu hactenus in beneficium tenuit inter duo flumina, quæ vocantur Liora & Hisla, in proprium dedimus, cum omnibus utensilibus, quæ in eodem beneficio regio concessa per fructuarium usum ante hac possedit.* Pluribus hoc ipsum testimoniis exornant ANTONIUS DADINUS ALTESERRA *in origine feudorum C.* 1. & ill. Dn. THOMASIUS *in selectis feudalibus* §. 22. *p.* 32. *seqq.*

§. IV. Cùm ergo beneficia in hoc sensu non *proprii* sed *alieni juris* fuerint, aliunde natales eorum derivandi videntur. Notum est, appellationem *beneficii* etiam *commodum, emolumentum*, & *gratiam* denotare, teste BRISSONIO *de V. S. v. Beneficium.* Quo in sensu etiam precarium hac appellatione venit *l.* 1. §. 1. *de Precario.* Sic TERTULLIANUS adversus *Hermog. C. IX.* ait: *His tribus modis aliena sumuntur, jure, beneficio, impetu. i. e. dominio, precario, vi.* Simili de causa, quæ olim precarium jure ab Ecclesiis dabantur, *beneficia* dicebantur. *l.* 14. §. 3. *C. de SS. Eccl.* Cum his quodammodo conveniebant olim feuda, quæ cum vita possessoris exspirabant, & ex *gratia* concedentis dependebant. Erant verò hæc beneficia vel *absoluta,* vel *qualificata.* Illa simpliciter sine adjuncto onere conferebantur, qualia erant precariæ antiquæ, indigentibus potissimùm olim in sustentationem concedi solitæ. Hæc verò erant *stipendium pro opera servitioque præstando*, illis potissimùm concessa, qui *officio militari* aliive præerant, quique proinde *fideles Leudes* vel *Leodes* vel etiam *Vassi*, h. e. *obnoxii* dicebantur, quæ prædicata propriè illis competunt, qui in nostro sunt servitio. Hinc est, quòd *fidelitatis* obligatio feudis essentialis sit, cùm hæc singulariter in *ministris* & *officialibus* desideretur, & vasalli vel beneficiati olim in effectu nihil aliud fuerint, quàm *ministeriales* & *officiales.* Æquissimum sanè est, & in moribus plerarumque gentium positum, ut qui publicam reipublicæ, sive *arte* sive *marte*, præstant operam, *salario* quodam seu *stipendio* afficiantur. Hoc consistit in emolumentis variis, perindeque est, sive pecuniarias præstationes, sive reditus ex prædiis contineant. Rarior veteribus Germanis usus pecuniæ: magìs abundabant prædiis bonisque immobilibus eo inprimis tempore, quo feuda innotuerunt. Hæc ergo, quæ in promptu erant, ministris dabantur in *stipendium*, in *salarium*, in compensationem *servitiorum*, cum obligatione *fidelitatis*, quæ ministris propria est. Huc HIERONYMUS BIGNONIUS *in not. ad Marculf.* apud STEPHAN. BALUZ. *tom. II. capitul. p.* 933. collineat, aitque: *Inde beneficii nomine ea prædia dicta, quæ pro servitio militari à Rege sive etiam ab aliis concedebantur, quæ feuda posteritas dixit.* Servitiorum *militarium* mentionem facit, cui etiam omnis consonat antiquitas, quia antiqua Germania *militaris* fuit, & *servitia publica* olim fere unicè in *militia* consistebant. Paulatim accessere *officia aulica*, in quorum compensationem etiam beneficia, h. e. stipendia, salariaque data, ut feuda essent vel *militaria* vel *aulica*, ex diversa officiorum ratione. Hæc erat ratio, quòd prædia hæc, *fidelibus* assignata, non ad *patrimonium* vasalli, sed ipsius *domini* pertinere dicerentur, cùm *officia* essent *revocabilia*, per mortem desitura, & sic quoque ipsum *stipendium* revocabile, & morte vasalli exstinguendum. Inde in *capitul. Caroli M. lib. V. c.* 377. apud STEPHANUM BALUZIUM *tom. capitul. p.* 904. eleganter dicitur: *quia nos volumus illi beneficium dare, qui nobis bene servierit.* Inoleverat mos non adeò laudabilis, quo propter *beneficium impetrandum*, quod officio non carebat, munera consiliariis Regis offerebantur, quo inidonei nonnunquam ad *servitia militaria* ruebant. Compescuit hunc abusum Imperator, qui in conferendis officiis meritò evitandus est, voluitque, ut *digni* & *bene servientes* tantùm reciperentur in numerum vasallorum. Ipsa denique feudi appellatio, quæ postmodum invaluit, hanc sententiam confirmat, quod egregiè THOMAS CRAGIUS *in jure feud. lib. I. Tit. IX. p.* 72. *edit. Lips.* his illustrat verbis: *Ego sanè feudi vocem non esse derivatam, sed primitivam sive primigeniam puto, & à Borealibus gentibus usurpatam, pro mercede, quæ pro alimentis dabatur, & ab ipsis Insubribus receptam & retentam auguror, his præcipuè rationibus adductus, quòd ex prima institutione, ut dixi, feudum nihil aliud erat, nisi beneficium aut merces, quæ pro opera utplurimum militari debebatur, & dabatur, & ut vasalli haberent, unde alerentur. In ipso jure feudali feudum pro mercede, sive pensione sæpe sumitur: sic pensiones, quæ de Camera sive Cavena sumuntur, feuda dicuntur; sic & Feuda Guardiæ & Castalliæ nihil aliud sunt, quàm mercedes, quæ pro Guardia, sive Custodia, & Castaldia, pro officio curationis rerum domini, debentur.* Conf. HERTIUS *c. l* §. 2.

Beneficia dicuntur feuda propter commoda.

Sed cum onere servitiorum conjuncta.

Ministris & officialibus data.

Loco salarii & stipendii.

pro servitiis militaribus.

Quod etiam ipsa feudi appellatio illustrat.

§. V. Quemadmodum itaque ex his apparet, feuda primariò olim fuisse *stipendia militaria*, unde & vasalli *milites* utplurimum dicti sunt, ita major difficultas nascitur circa *feudorum ecclesiasticorum*, h. e. in rebus ecclesiasticis constitutorum, primordia. Ecclesia utique *militiam* non alit, nec ejusmodi vasallis indigere videtur, quibus olim Reges Francorum instructi erant. Accedebat peculiaris harum rerum indoles, quæ alienationem omnem, imò etiam *locationem ad diuturnum tempus*, & sic etiam *infeudationem* non permittebat. Et tamen ante & post PIPINI tempora horum feudorum ecclesiasticorum multoties injicitur mentio, unde admodum planum est, multa jam per ea tempora feuda ecclesiastica exstitisse. Si statum illorum temporum paulò penitiùs intuemur, plures nobis sese offerunt occasiones, quibus hæc enata & in usu fuerunt, non aliâ tamen conditione, quàm quatenus eo tempore feuda habebantur, h. e, ut essent stipendia præcipuè militaria, revocabilia, & ad vitam tantùm vasalli duratura.

Difficilis inspectio circa originem feudorum eccles.

§. VI.

Prima occasio horum feudorum desumenda ex liberiori Regum dispositione circa bona eccles. ob necessitates publicas.

§. VI. Prima occasio fuit, quòd pleraque monasteria & ecclesiæ essent in potestate Regis, & sic liberior dispositio de iis eorumque bonis illi concessa. Quamvis enim hoc patrimonium sacrum primariò ad usus pios & alimenta pauperum esset destinatum; tot tamen ex barbararum gentium irruptionibus calamitates affligebant rempublicam, ut *necessitatibus publicis* etiam ex his succurrendum esset bonis. Æquum enim esse videbatur, ut ecclesiæ & monasteria, quæ publica fruebantur defensione, etiam ad militiam, eo nomine institutam, aliquid conferrent. Huc collineat *Capitul. Caroli M. & Ludovici P. lib. V. c.* 111. apud BALUZIUM *tom. I. Capitul p.* 286. ubi additur ratio: *propter imminentia bella & persecutiones cæterarum gentium, quæ in nostro circuitu sunt.* Ipsi Reges hac de causa laicis monasteria & ecclesias in beneficium dabant, quod ex infinitis locis antiquitatum Germanicarum liquet. Generatim id observat THOMASSINUS *P. II. de discipl eccl. lib. III. C. XIII.* §. 5. *Agri errant, inquit, & prædia, quibus ab Imperatore Duces, milites que donabantur, ut suo deinceps sumptu stipendia facerent. Ubi agros & fundos ecclesiæ laici usurparunt, eosque illis Princeps & ecclesia ipsa fruendos concessit eadem conditione merendi & stipendia faciendi ad regni & ecclesiæ tuitionem, ea dici tum cœpere beneficia.* Sic *in Capitul. L.* 1. *c.* 333 *p.* 896. fit mentio laicorum, *qui monasteria habent, & quibus loca hæc ob aliquam necessitatem concessa sunt.* Similiter *in Capitul. Caroli Calvi anno* 877. *tit.* 52. apud BALUZIUM *tom. II. Capitul. p.* 257. dicitur: *de ecclesiis vero, quas comites & vasalli dominici habent &c.* Apud REGINONEM *de eccles. discipl. lib.* 1. *c.* 10. *p.* 35. *edit. Baluz.* Episcopis injungitur, *ut ecclesias tam à Regibus in beneficium datas, quàm aliorum summo studio provideant*, & *in c.* 36. *p.* 45. de restauratione ecclesiarum agitur, diciturque: *Similiter & vassi nostri aut in commune tantum accipiant operis, quantum rerum ecclesiasticarum habent, vel unusquisque per se juxta quantitatem, quam ipse tenet.* Idem inculcatur *in Capitul. de anno* 813. apud BALUZIUM *tom. I. p.* 504. *c.* 24. *ut quisque beneficium ecclesiasticum habet ad tecta ecclesiæ restauranda, vel ipsas ecclesias omnino adjuvent. In Capitul. de anno* 801. *ibid. p.* 355. *c.* 42. idem confirmatur: *Præcipimus etiam Comitibus & omnibus fidelibus nostris, ut quicunque de rebus ecclesiasticis beneficia habent, pleniter nonas & decimas ad ipsas ecclesias donent absque ulla diminutione & dilatione, in quantum melius possunt, & juxta possibilitatem eorum. Et quando necessitas exegerit, dent operas ad ipsas ecclesias restaurandas, & adjutorium faciant.* In *Capitul. Caroli Calvi de anno* 868. apud BALUZIUM *tom. II. p.* 205. plura hujus rei vestigia occurrunt, inter quæ notari meretur, quod *C. III.* adfertur: *Ut missi nostri per singulas parochias unà cum Episcopo parochiæ ipsius requirant de capellis & abbatiolis ex casis Dei in beneficium datis, qualis census inde exeat, ut ecclesia, de qua sunt, exinde vestituram habere possit, & nobis renuntient; ut hoc nostrâ auctoritate commendetur atque firmetur, & secundùm qualitatem & quantitatem loci clericos & luminaria ibi ordinent, & loca restaurari faciant.*

Sed non sine murmuratione clericorum,

§. VII. Ægre id Clerum ejus temporis nonnunquam tulisse, facilè conjicere licet, præsertim cùm pleraque bona ecclesiastica in *beneficium* tenerentur, & postea concederentur laicis, licèt nulla adeò necessitas publica id suaderet. Sibi potiùs hæc conferenda esse in beneficium, censebant Episcopi aliique Clerici, & hac de causa quavis arte laicos ab illorum possessione excludere prorsus studuerunt. Pia admodum fraus fuit, quâ Episcopi provinciarum Rhemensis & Rotomagensis CAROLUM calvum ab hoc antiquo instituto deflectere conati sunt, anilem quandam fabulam ipsi referentes de CAROLI MARTELLI æternâ damnatione, quam, propter concessionem horum bonorum in beneficium, subire debuerit. Ipsa fabula refertur apud BALUZIUM *tom. II. Capitul. p.* 109. ubi sancti Patres ita mentiuntur: *Quia verò Karolus Princeps, Pippini Regis pater, qui primus inter omnes Francorũ Reges ac Principes res Ecclesiarum ab eis separavit atque divisit, hoc solo maximè est æternaliter perditus. Nam sanctus Eucherius, Aurelianensium Episcopus, qui in monasterio S. Trudonis requiescit, in oratione positus ad alterum est seculum raptus, & inter cetera, quæ Domino sibi ostendente conspexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab Angelo, ejus ductore, responsum est, quia Sanctorum judicatione qui in futuro judicio cum Domino judicabunt, quorumque res abstulit & divisit, ante illud judicium animâ & corpore sempiternis pœnis est deputatus, & recipit simul cum suis peccatis pœnas propter peccata omnium, qui res suas & facultates in honore & amore Domini ad sanctorum loca in luminaribus divini cultus & alimoniis servorum Christi ac pauperum pro animarum suarum redemptione tradiderunt. Qui in se reversus sanctum Bonifacium & Fulradum, Abbatem monasterii sancti Dionysii, & summum Capellanum Regis Pipini ad se vocavit, eisque talia dicens in signum dedit, ut ad sepulchrum illius irent, & si corpus ejus ibidem non reperissent, ea, quæ dicebat, vera esse concrederent. Ipsi autem pergentes ad prædictum monasterium, ubi corpus ipsius Caroli humatum fuerat, sepulchrumque illius aperientes, visus est subitò exisse draco, & totum illud sepulchrum interius inventum est denigratum, ac si fuisset exustum. Nos autem illos vidimus, qui usque ad nostram ætatem duraverunt, qui huic rei interfuerunt, & nobis vivâ voce veraciter sunt testati, quæ audierunt, atque viderunt. Quod cognoscens filius ejus Pippinus Synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum sancto Bonifacio Legatus Apostolicæ Sedis Georgius nomine. Nam & Synodum ipsam habemus, & quantumcunque de rebus ecclesiasticis, quas Pater suus abstulerat, potuit, ecclesiis reddere procuravit. Et quoniam omnes res ecclesiis, à quibus ablatæ erant, restituere propter concertationem, quam cum Waifario Aquitanorum Principe habebat, non prævaluit, precarias fieri ab Episcopis exinde petiit, & nonas ac decimas ad restaurationes tectorum, & de unaquaque casata duodecim denarios ad ecclesiam, unde*

Piâ fraude erga Carolum calvum agentium.

res erant beneficiatæ, ficut in libro Capitulorum Regum habetur, dari constituit, usque dum ipsæ res ad ecclesiam revenireut. Unde & Dominus Karolus Imperator, adhuc in regio nomine constitutus, edictum fecit, ut neque ipse, nec filii ejus, neque successores hujusmodi rem agere adtentarent. Quod manu propria firmavit, cujus plenitudinem habemus, & de quo capitulum excerptum in libro Capitulorum ejus, quicunque librum illum habet, & legere voluerit, invenire valebit. Hanc etiam relationem & in scripturis habemus, & quidam nostrum etiam vivâ voce Dominum Ludovicum Imperatorem patrem nostrum referre audivimus. Sed & sacri Canones Spiritu sancto dictati eos, qui facultates ecclesiasticas diripiunt, & res ecclesiasticas indebitè sibi usurpant, Judæ traditori Christi similes computant. Et sancti, qui cum Deo in cœlo regnant, & in terris miraculis coruscant, divino judicio tanquam necatores pauperum ab ecclesiæ liminibus & à cœlesti regno secludunt. De quibus sacrilegis in prophetia Psalmi prædictum est, qui dixerunt, hereditate possideamus sanctuarium Dei, Deus meus, pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Et sicut ignis, qui comburit silvam, & sicut flamma comburens montes, ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia.

§. VIII. Jam antea anno 844. in Concilio Vernensi, quod refert Baluzius in *operib. Servati Lupi p.* 202. Episcopi ad Carolum calvum similes querelas direxerunt, inquientes: *Videmus iram Dei nobis & vobis imminere, cum pro rapinis & immanibus aliis sceleribus, tùm etiam maximè, quòd ecclesiæ facultates, quas Reges & reliqui Christiani Deo voverunt ad alimentum servorum Dei & pauperum, ad exceptionem hospitum, redemptionem captivorum, atque templorum Dei instaurationem, nunc in usu secularium detinentur. Hinc multi servi Dei penuriam cibi & potûs ac vestimentorum patiuntur, pauperes consuetam eleemosynam non accipiunt, negliguntur hospites, fraudantur captivi, & fama omnium merito laceratur. Et quidem si hæc à paganis peteretur ecclesia, patientiam flagitaret. Nunc autem oppressi à filiis nostris, hoc est, ab his, quos vel nos vel decessores nostri in Christo genuimus, Christianos eos nostro ministerio facientes, nullam patientiæ consolationem recipimus, quoniam de illorum interitu formidamus. Certè, quod nullus, quamquam impudentissimus, negare audebit, possessio ecclesiæ votum est fidelium, patrimonium pauperum, redemptio animarum. Votum ergo alterius quomodo quisquam Deo audet auferre? Hereditatem pauperum quâ temeritate præsumit invadere? unde alii suas animas redemerunt, cur inde alii suas perdunt? Itaque quædam loca venerabilia, quod nunquam antea auditum est, laici ex integro possident, quorundam partem sibi vindicant, quorundam prædia multipliciter divisa in hereditatem sibi dari fecerunt. Ægyptii Sacerdotes, famis necessitate, ceteris cuncta vendentibus, suas possessiones retinuerunt; & falsi dii reverentiam à suis cultoribus meruerunt, quam in hac parte solus & verus Deus non obtinet. Oza percussus est propterea, quòd nutantem arcam sublevare præsumpsit, quam tangere nefas erat. Rideat hoc aliquis, nisi, quod summo dolore dicimus, quidam oppressores Ecclesiæ dignum suis moribus exitum nostro etiam tempore invenerunt. Propheta clamat: Qui dixerunt, hereditate possideamus sanctuarium Dei, Deus meus, pone illos ut rotam & sicut stipulam ante faciem venti. Postremò ipse Dominus Jesus conditor & redemptor: Quid proficit homo, si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat? Et quisquam tam audax & desperatus invenitur, qui possessiones Dei ad certissimam perniciem suam occupet & invadat? O fideles Deo & vobis ipsis, nolite pro temporali abundantia divitiarum mereri sempiternam congeriem miseriarum, nec ultrà decus animæ vestræ tam pestifero, tam inaudito, tam denique certo sacrilegio polluatis. Reddite Deo sua, ut vestra cum pace possideatis, tormenta evadatis æterna, & postmodum ad gaudium Domini nostri, ut servi fideles, intromittamini. Seculares honores seculares possideant, ecclesiasticos ecclesiastici sortiantur. Noc nos insatiabilis cupiditatis arguatis, quia, qualescunque sumus, vera nos dicere, nec ipsi nescitis. Et, licèt pauci, sunt tamen aliqui nostrum Deum timentes, qui juxta illud propheticum exaudiantur: voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, quia omnium finis cottidie appropinquat, & quæ videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna. Si volumus evadere præsentes calamitates & futuras evitare miserias, in commune à nostris pravitatibus ad Dominum convertamur, & declinantes à malo faciamus bonum, ut bona Domini mereamur videre in terra viventium. Tu autem, Clarissime Rex, quia verissimè scriptum est: corrumpunt mores bonos colloquia mala, fuge perversorum consortia & consilia, nec à te quisquam petere audeat, quod majestatem tuam præstare non deceat. Nec timeas iratos homines, hoc est, terram & cinerem, ampliùs quàm Deum, qui te creavit, quique in veritate judicabit, cujus voluntatem si perfectè secutus fueris, credimus, quòd quorumlibet hominum te contumacia liberabit, & omnibus angustiis clementer eripiet, ac post hoc temporale regnum ad perpetuum cumulatâ felicitate perducet.*

Patres in concilio Vernensi de hac Regum concessione feudorum ecclesiast. conquesti sunt.

§. IX. Ad suggestionem hanc & querelas tot Episcoporum jam Carolus M. & Ludovicus P. remedia gliscenti nimiùm abusui adferre studuerunt, sed magìs distulerunt, quàm effecerunt, ùt apparet ex *Capitul. L. I. C.* 104. apud Stephanum Baluzium *p.* 724. Sub Carolo calvo rem audaciùs aggressi sunt Episcopi, maximè Hincmari operâ & studio, prout §. *anteced.* observavi. Verùm praxis sequentium temporum ostendit, non fuisse hæc beneficia ecclesiastica, laicis dari solita, prorsus sublata, sed quodammodo tantùm eorum collatio transmutata, prout §. *seq.* ostendam, Interim plurimis laicis monasteria & ecclesiæ sunt ablatæ, & personæ tantùm mutatæ. Præjudicio hoc jam capti erant Principes, rectiùs regi monasteria aliasque ecclesias per Episcopos aliosque Clericos; quàm laicos, adeoque convenientius esse, ut quia jam olim in *feudum* dari solita essent, illis potiùs quàm his darent,

Quâ ferè Reges abstersere ab horum feudorum concessionibus in laicos.

Substitutis tamen Clericis. Unde beneficiorum appellatio in ecclesiis invaluit, quòd Clerici militare dicerentur.

darent, prout Conciliorum plurium Canones loquuntur. Inde magis magisque *beneficiorum* appellatio inter ipsos Clericos confirmata est, præsertim cùm bona ecclesiastica, olim laicis in beneficium concessa, ad illos sub eadem qualitate transiret, & sic ipsimet monasteria ecclesiasque, aliis *jure beneficii* concessa, possiderent. Imò eò magis placuit hæc *beneficii* appellatio, quòd etiam ipsimet *militare* & *militiam sacram* subire dicerentur, quod præsertim placuit seculo XI. quo Canonici abjectâ vitâ communi bona ecclesiastica seorsim possidere, eaque inter se distribuere constituerunt. Passim sanè in Jure Canon. hæc de *militia sacra* inculcatur doctrina, *vid. c.* 19. *c.* 23. *q.* 8. *c.* 1. *X. de clerico ægrotante*, inprimis verò Abbo Floreacensis Abbas, qui circa finem *seculi X.* floruit, in *collectione sua cationum à* Mabillonio *tom. II. Analect. p.* 248. *sqq.* relata, eam illustravit, & *c.* 52. *p.* 336. ita philosophatur: *Hæc sententia, quæ ad milites loquitur, potest etiam ad Clericos retorqueri: quia, etiamsi non militare videantur seculo, tamen Deo militant; sicut ait Apostolus: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Videmur, inquam, non militare remissis ac fluentibus tunicis; sed habemus militiæ nostræ cingulum, quo castimoniæ interiora constringamus. De quo cingulo Dominus ait: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Nam & Catholicus Clericus hac sententia retinetur: Si enim non contentus stipendiis fuerit, quæ de altari Domino jubente consequitur, sed exercet mercimonium, intercessiones ad Dominum vendit, viduarum munera libenter amplectitur; hic negotiator magis potest videri, quam Clericus. Nec dicere possumus: nemo nos invasores arguit violentiæ, nullus accusat. Quasi non interdum majorem prædam viduis blandimenta eliciant, quam tormenta. Nec interest apud Dominum, utrum vi, an circumventione quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.* Admodum salutaris hæc doctrina Clericis fuit, ut ipsimet potiùs pro hac *militia sacra* bona ecclesiastica in feudum acciperent, quàm laicis pro *militia seculari* permitterent. Unde etiam adhuc hodie ipsa bona ecclesiastica *jure beneficiario antiquo* à Clericis possidentur, & ipsa antiquorum feudorum natura ex his *beneficiis ecclesiasticis* optimè illustrari & explicari potest.

Altera occasio trahitur ex Episcoporum facto, quo ipsimet potiùs quàm Reges ea in feudū dare maluerunt.

§. X. Altera occasio feudorum ecclesiasticorum fuit ipsorum Episcoporum desiderium, ut quod in totum emendare non possent, ad minimum quantum fieri posset, ad suum traherent arbitrium, ipsique, tanquam supremi dispensatores bonorum ecclesiasticorum, hæc feuda laicis conferrent. Duplicem hactenus ex suis principiis notaverant errorem, tum quòd Principes bona ecclesiastica pro lubitu *jure feudi* conferrent; tum quòd *laicis* illa concederentur. Posterius uno impetu tollere non potuerunt, prius ergo quovis molimine aggrediebantur, omnesque animi nervos intendebant, ut Reges ab hac collatione abstraherent, illamque sui juris facerent, quod ubi tractu temporis impetrarunt, ipsimet *domini feudorum ecclesiasticorum* facti sunt. In *Capitul. Caroli M. de anno* 814. apud Baluzium *tom. I. Capitul. p.* 527. *c.* 3. graviter laicis inculcatur simulque ostenditur, quantopere Episcopi statuerint, pro his feudis abolendis. Verba hæc sunt: „ Quapropter præcipimus, ut si „ quis ex jure ecclesiastico hactenus nostrâ largitate aliquid possedit, si illa deinceps habere voluerit, ad proprios Episcopos veniat, & ab eis, & à Præpositis ecclesiarum, unde esse videntur, „ quocunque modo justè potuerit, ea impetrare satagat, & nihil ex eis aliter ambiat aut concupiscat „ vel accipiat, ne cupidus sanctarum rerum ignis, qui in eis est, eos favillosius exurat. Unde & in „ sacris Canonibus Spiritu Dei conditis decretum habetur ita: Si quis oblata dederit vel acceperit „ præter Episcopum vel eum, qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, „ & qui dat & qui accipit, anathema sit. Scimus enim, anathematizatos homines & in præsenti „ seculo infames esse ac perditos, & à consortio fidelium in omnibus absque pane & aqua fieri alienos, „ atque, si absque ecclesiæ satisfactione de hac vita recesserint, à regno Dei fore extorres. Quam „ foveam cavere dissimulans vel recusans nostrâ se sciat per omnia carere societate. Quia non solùm „ qui faciunt, sed qui facientibus prava consentiunt, rei sunt. Satius enim nobis est regnum non habere terrenum, quàm æternum perdere. Plus verò me credo posse Deum per suorum merita sanctorum, quàm omnem militiam seculorum. Quapropter omnes scire cupimus, si super his, quibus fruimur bonis, universum mundum lucrari potuissemus, nostram vestrasque animas perdere „ voluissemus, nec se prædictis cupiditatibus perdere volentibus assentire. Testante namque evangelicâ tubâ didicimus, nihil prodesse homini universum mundum lucrari, si anima sua detrimentum patiatur. Et iterum: Quam dabit homo commutationem pro anima sua. Et iterum: Ibunt „ hi in supplicium sempiternum, justi autem in vitam æternam. „ Interim non statim in totum mos antiquus mutatus est, nec Reges à collatione horum beneficiorum in universum abstinuerunt. Docet id ipsum Paschasius Radbertus, qui anno 844. præfecturam Cœnobii Corbeiensis obtinuit, & vitam S. Walæ Abbatis scripsit, quam primus Mabillonius *in Actis Benedict. sec. IV. P.* 1. *p.* 453. edidit. Hic morem veterem adhuc perstringit, & ad minimum collationem horum beneficiorum Episcopis deberi censet. Ait: " Si respublica sine suffragio rerum ecclesiasticarum subsistere non valet, „ quærendus est modus & ordo cum summa reverentia & religione Christianitatis, si quid vos vestrique ab ecclesiis ob defensionem magis quàm ad rapinam accipere debeatis; ne cum maledictione & execratione Sanctorum Pontificum ita tenus præsumatur. Porrò isti Sancti Pontifices, si „ quid ad usus militiæ exhibendum est, sic exhibeant &c.

§. XI.

§. XI. Quamvis verò ita paulatim collatio horum beneficiorum ad Episcopos devenerit; apparet tamen ex sequentium temporum Conciliis, morem pristinum non in totum exolevisse. Id interim unicè curæ cordique Episcopis fuit, ut planè mos pristinus tolleretur, laicis bona ecclesiastica auferentur, & *Ecclesiæ* h. e. *Clericis* prorsus restituerentur. Collineat huc Feudista 1. *F.* 6. *pr.* aiens: „ Item si Episcopus vel Abbas, vel Abbatissa, vel Dominus plebis feudum dederit de rebus ecclesiarum, quæ eis subjectæ sunt, & tituli vocantur, nullum habet vigorem, secundùm hoc, quod „ constitutum est à Papa Urbano in sancta Synodo: hoc est, illud, quod post ejus decretum fuerit „ datum: quod autem ante datum fuerit, firmiter permanere debet. Idem juris est, si Præpositus „ vel Abbatissa, vel alia ecclesiastica persona, quæ antiquitus non sit solita in feudum dare: scilicet „ ut quod dederit, de jure non valeat. „ Ad hoc decretum interpretes juris feudalis & canonici frequentissimè provocant, seque in illo jus aliquod singulare reperisse credunt, ut bona *mensalia*, ne quidem adhibitis canonicis solennibus, alienari possint, sed tantùm *communia*, vid. L.B. de Lyncker *Responso II.* & quidem ex hac ratione, quòd alioquin Urbanus II. nihil novi constituisset. Struvins *in S. I.F. cap. VI. aph. 4. n. 2.* Verùm ipsum Urbani decretum adhuc in abdito latet, nec Synodus ab interpretibus producta est, cui illud debeatur, cùm nec Placentina, nec Claromontana, nec alia, sub hoc Pontifice habita, verba adducta contineat. Aut ergo feudista erravit, aut, quod probabilius est, mentem *C.* 2 . *Concilii Claromontani* tantùm expressit, quæ simul ex proximè antecedentibus Conciliis illustrari potest. In *Concilio Bituricensi anno* 1031. habito *C.* 21. idem jam constitutum fuit his verbis: *Ut seculares viri ecclesiastica beneficia, quæ Fevos presbyteriales vocant, non habeant super Presbyteros.* Fevi Presbyteriales sunt illa feuda ecclesiastica, quæ Urbanus *titulos* vocat, quales olim potissimùm erant ecclesiæ parochiales, quæ ab antiquo jam in feudum laicis datæ fuerant, fremente licèt Clero. Eadem fuit sententia Urbani II. in *Concilio Claromontano c.* 20. apud Harduinum in *Actis Conciliorum tom. VI. P.* 11. *p.* 1719. ubi Papa ita edixit: *Unde & interdictum est omnibus laicis, ne amplius altaria vel ecclesias sibi retineant*, in feudum scilicet, quo antiquo more eas tenuerant. Idem *in Concilio Nemausensi anno* 1096 celebrato, interdictum hoc repetiit, statuitque in *C.* 6. apud Harduinum *c. l. p.* 1750. *Laicus, qui oblationem ecclesiæ, sepulturam, decimam, aut terram sanctuarii tenuerit, ab omnium fidelium communione separetur.* Terra Sanctuarii sine dubio est *Ecclesia Parochialis*, seu *Titulus*, in feudum dari prohibitus ab URBANO II. prout feudista *c. l.* retulit. Inde planum liquidúmque redditur, Pontificem nihil novi constituisse, sed morem antiquum, bona ecclesiastica laicis in feudum dandi, tantùm abolere voluisse. Attamen ne sic quidem omnia feuda ecclesiastica manibus laicorum statim extorta sunt, sed per varia temporum intervalla adhuc durârunt, donec tandem plerique laici, minis Clericorum deterriti, exemplo Henrici VI. illa dimittere coacti fuerint, ut rariora rudera horum antiquorum feudorum hodie superesse probabile sit.

Episcopi per aliquot secula planè hæc feuda abolere conati sunt.

Maximè Urbanus II.

Sed de ejus Synodo non adeò constat

§. XII. Tertia occasio constituendi feuda ecclesiastica desumenda est ex *Militia antiqua ipsorum Episcoporum*, quam instruebant turbulentis temporibus, tum pro defensione ecclesiarum, tum pro subsidiis Regibus suppeditandis. Rationem hujus militiæ Episcopi provinciarum Rhemensis & Rotomagensis anno 858. apud Baluzium *tom. II. Capitul. p.* 108. fideliter referunt, aiuntque: *De quibus consecratis Deo rebus, quod habent liberi homines ecclesiis servientes per dispositionem rectorum ipsarum ecclesiarum, ideo constituerunt Apostolorum successores hoc ordinari, ut quia creverunt fidelium vota, & increverunt infidelium mala, augeretur per dispensationem ecclesiasticam regni militia, ad resistendam malorum nequitiam, quatenus ipsæ ecclesiæ defensionem haberent & pacem, & Christianitas obtineret tranquillitatem. Quapropter sicut & illæ res ac facultates, de quibus vivunt clerici, ita & illæ sub consecratione immunitatis sunt, de quibus debent militare vasalli, & pari tuitione a regia potestate in ecclesiarum usibus debent muniri.* Ipse Hincmarus, qui huic concilio interfuit, *tom.* 1. *p.* 324. idem confirmat, & porro, ait, *episcopus dispositis, quæ sunt ecclesiæ ac suis, ecclesiasticorum nihilominus & pauperum hospitumque subsidiis, cum de rebus eccesiæ propter militiam, beneficium donat, talibus dare debet, qui idonei sunt reddere Cæsari, quæ sunt Cæsaris,* ubi simul subjungit liberis horum *militum ecclesiæ*, uti vocabantur, si ad militiam apti sunt, feuda eccesiastica non esse auferenda. Magis confirmata hæc feuda sunt in constitutione Conradi, quæ 5. F. 1. refertur, ubi statuit, *ut nullus miles episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, marchionum, vel comitum, vel hominum, qui beneficium de nostris publicis bonis, aut de ecclesiarum prædiis nunc tenent aut tenuerint, aut hactenus injuste perdiderint, tam de nostris majoribus valvasoribus, quam eorum militibus sine certa & convicta culpa suum beneficium perdat, nisi secundum consuetudinem antecessorum nostrorum & judicium parium suorum.* Tale sine dubio feudum fuit, quod Servatus Lupus *epist.* 119. *p.* 174. *edit. Baluz.* ab Ænea Episcopo Hildegarii defuncti filio dari petiit: *Unde proprio affectu*, scribit, *& propinquorum utriusque lineæ impulsu asserentium, me apud vos plurimum posse, sanctitati vestræ has literas destinavi, supplicans, ut filio ipsius, super quo postulavit, concedere dignemini beneficium, tutorem vero, qui & moribus vestris congruat, & militare obsequium exigat, laudabili prudentia statuatis. In capitul.* Caroli M. & Ludovici P. *lib. III. c.* 82. apud Baluzium *tom. I p.* 769. cavetur: *ut non solum beneficia episcoporum vel abbatum, abbatissarum, atque comitum, sive vassorum nostrorum, sed etiam fisci nostri describantur in breve &c.* quibus verbis meo judicio illa feuda, de quibus hic agitur, innuuntur. Conf. Alteserra *de origine feudorum C. IV.*

Tertia occasio horum feudorum desumenda est ex militia antiqua Episcoporū.

§. XIII.

Quarta occasio haurienda est ex oblatione bonorum.

§. XIII. Quarta occasio, & quidem fere primaria eorum, quæ hodie supersunt, quærenda est *in oblatione bonorum*, ecclesiis hac intentione facta, ut rursus ab iisdem in feudum offerentibus darentur. Antiqua devotio, vel potius superstitio, hoc errore communi majores nostros deceperat, ut optimo demum jure se bona sua possidere crederent, si ab ecclesiis illa in feudum recognoscerent. Hujus moris, ni fallor, jam mentio fit in lege Bajuvariorum apud Baluzium *tom. I. capit. p. 95. de anno* 630. ubi modus, res suas transferendi in ecclesiam, determinatur hoc modo: " Et quicquid " donaverit, villas, terram, mancipia, vel aliquam pecuniam, omnia, quæcunque donaverit " pro redemptione animæ suæ, hoc per epistolam confirmet propria manu sua ipse, & testes adhibeat " sex vel amplius. Si voluerit, imponant manus suas in epistola, & nomina eorum notent ibi, quos " ipse rogaverit. Et tunc ipsam epistolam ponat super altare, & sic tradat ipsam pecuniam coram " sacerdote, qui ibidem servit. Et post hæc nullam habeat potestatem exinde nec ipse, nec posteri " ejus, nisi defensor ecclesiæ ipsius per beneficium præstare voluerit ei, sed apud episcopum defen- " datur res ecclesiæ, quicquid à Christianis ad ecclesiam Dei datum fuerit. " Sub Carolo M. hunc modum jam obtinuisse, *concilium Turonense III. c. ult. de anno* 813. luculenter probat, simulque ostendit, liberos nonnunquam ab hereditate parentum exclusos fuisse ob nimias in ecclesiam factas donationes, cujus rei iniquitatem quodammodo Patres ipsimet agnoverunt. Interin neminem hac de re quæstionem hactenus movisse allegant, *quia*, pergunt, *pene nullus est, qui res suas ad ecclesias donet, nisi de rebus ecclesiasticis, aut tantum quantum donavit, aut duplum aut triplum usufructuario accipiat: & quibus ille tunc, aut quantis filiis aut propinquis à rectoribus impetraverit, post discessum ejus eadem conditione, qua ille tenebat, posteri sibi vindicent.* Addunt tamen hanc declarationem, ne superstitione parentum bonis paternis defraudati, ullam conquerendi causam habeant: *nobis visum est prædictis heredibus hanc dare optionem, ut si voluissent traditiones parentum suorum consequi, de qua jam illi erant per legem exclusi, rectoribus ecclesiarum se commendarent, & hereditatem illam in beneficium, unde se adjuvare & sustentare possint, acciperent.* Astute agunt Patres, ut iniquitatem parentum hoc modo tegant, quam reformidare debuissent, & simul laicos sibi obnoxios in usum ecclesiæ facerent, ut in promptu semper ipsis miles esset, quem in expeditionem pro more illorum temporum mittere possent. Morem hunc laicorum inveteratum clerici Bremenses cum ejusdem archiepiscopo in controversia, quæ inter Henricum aucupem & Vicelinum intercesserat, allegant apud Helmoldum *lib. I. chron. Slav. c. 69. n.* 11. præmittentes, amplissimis regni divitiis ecclesiam auctam fuisse. *Ubi enim dux*, ajunt, *vel marchio, ubi in regno principatus quantumlibet magnus, qui pontificibus manus non offerat, recusatus, opportune, importune se non ingerat? certatim currunt, ut homines fiant ecclesiæ & participes fiant beneficiorum ejus. Vos igitur honorem hunc pessundabitis, & infringetis jura magnis auctoritatibus edita? dabitisne huic duci manus vestras, ut hoc exemplo incipiant esse principum servi, qui fuerunt Principum Domini?* Ingenuè his verbis produnt, qua arte quibusve mediis clerici magnates principesq; circumvenerint, ut Domini eorum fierent. Conf. Alteserra *c. l.* Hertius *diss. de feudis oblatio P. 1. §. 5.* ubi hanc materiã variis aliis testimoniis exornat. Idem confirmat Seckendorffius im teutschen Fürsten-Staat *in addit.* §. 20. ubi multa territoria allodialia esse fatetur, addit tamen: Ihre meiste und beste Oerter aber seynd anderen Ständen sonderlich geistlichen Stifften lehnbar, dan denselben haben die Vorfahren das Eigenthum gutwillig auffgetragen. Pluribus hoc confirmat Wernerus Thummermuth *in tract.* Krum-Stab schleust niemand auß, ubi *p. 73. n.* 57. hoc primarium fundamentum suæ intentionis ponit, feuda ecclesiastica non ex bonis ecclesiarum data esse vasallis, sed ipsorum vasallorum propria & allodialia bona ex devotione vel alias modico pretio ecclesiarum Prælatis oblata esse, quod *p.* 78. variis exemplis feudorum Coloniensium ostendit, simulque *p.* 89. ad Diœceses Leodicensem, Monasteriensem, Trevirensem, & Fuldensem provocat.

Quam oblationem admodum promovit episcoporum potentia.

§. XIV. Hæc eo majorem probabilitatis rationem habent, si consideramus, Episcopos paulatim ad tantam devenisse potentiam, ut comites, nobilesque vel inviti sæpius sua bona illis in feudum offerre coacti fuerint. Hanc ipsam saluti ecclesiæ fuisse, fatetur Stephanus Leodicensis *lib. I. vitæ S. Modoaldi c. XIV.* apud Surium *die* 12. *Maij*, ubi ecclesiarum gallicanarum religionem, potentiam & honorem magnopere extollit, & hæc subjicit: *inde est, quod nusquam gentium æqualis potentiæ Pontifices inveniri queant, vel quia regio comitatu & opulentia parum differant.* Ex horum numero fuisse refert Arnulphum *Metensem*, Cunibertum *Coloniensem*, Remaclum *Tungrensem*, & Modoaldum *Trevirensem*, qui circa *annum* 628. floruerunt, & jam eo tempore in magna potentia fuerunt. Quidni ergo idem multo magis de Episcopis sequentium temporum dicendum erit, quorum potentia magis magisque crevit, laicorum verò virtus sub nimia eorum veneratione decrevit? Johannem

Quod exemplis illustratur.

I. Episcopum Trevirensem rem hujus ecclesiæ in summam amplitudinem deduxisse, validis arcibus propugnaculisque confirmasse, *& opportunis beneficiariorum equitum subsidiis auxiliisque fulsisse*, testatur Brovverus *lib.* 15. *annal. Trevirensium ad annum* 1212. §. 92. Recenset in sequentibus, arces prædiaque acquisita, *& quicquid ejus generis*, ait, *possessionem ecclesiæ comparavit, iis, unde nactus fuerat, beneficiario jure denuo concessit.* Henricus II. Archiepiscopus Trevirensis ex oblatione Dietheri Monsbergense castrum acquisivit, *ut liberi tamen fiduciariam arcis possessionem retinerent.*

Ponti-

Pontificibus clientela semper obnoxii, ut ait Brovverus *ad annum* 1273. §. 92. Plurima hujusmodi feuda etiam jam jure belli, si superiores exstiterunt, acquisiverunt, devictos in quascunque leges pacis jurare cogentes, prout Idem *c. l. lib. XVII. ad annum* 1331. §. 88. & *ad annum* 1334. §. 95. item *ad annum* 1342. §. 113. aliisque variis locis ostendit. Pluribus hoc argumentum illstrat B. Hertius *de feudis oblatis. P. I.* §. 6. & 7.

§. XV. Plures aliæ occasiones per tot secula occurrere potuerunt, quibus quandoque ecclesiis utile vel necessarium visum fuit, bona ecclesiastica in feudum aliis concedendi, vel pro liberanda ecclesia ab ære alieno, vel pro aliis commodis. Nam ob *utilitatem* & *necessitatem* bona ecclesiastica alienari in totum posse, constat, multo magis ergo in feudum dari queunt, si solennitates canonicæ sunt adhibitæ. Verum rariora hujus generis exempla sunt: frequentiora illa, quæ ex *oblationibus majorum* ortum traxerunt; quæ vero olim aliis occasionibus variis enata sunt, ea vix hodie supersunt, postquam laici tot anathematis fulminibus tandem illa, quæ *jure beneficiario* ab ecclesia obtinuerunt, reddere coacti sunt, ne dicam, plures etiam ecclesias & monasteria gravi ære soluto libertatem bonis ecclesiasticis rursus acquisivisse, simili fere modo, prout à *jure advocatiæ* sese liberarunt. Inde natum est sine dubio commune Dd. assertum, pleraque feuda ecclesiastica, quæ hodie supersunt, non tam ab ecclesiis *data*, quam à majoribus *oblata* esse, quod rationem habet, si à potiori facienda est denominatio. vid. Thummermuth *cit. l.* Hertius *cit. l.* §. 6. Schilter *ad jus allem. feud. in rubr.* §. 14. Vix enim probabile est, Episcopatus tot castris, hodie à nobilibus possessis jure feudi, olim abundasse, ut illa promiscue in feudum nobilibus concesserint: quæ olim ecclesiis donata sunt quoad integram substantiam, illa in ejus patrimonio ut plurimum permansere, cum alienatio bonorum ecclesiasticorum tam districte fuerit prohibita, & quando licite fieri potest, tot tamen cautelis & præcautionibus alienatio facienda est, ut non facile in effectum deduci possit. Accedit, Pontifices illorum bonorum demum investituras permisisse, quæ ab antiquo sunt infeudari solita, *c. 2. X. de feud.* id quod primario de illis intelligi potest bonis, quæ sub hac qualitate feudali *primordialiter* ecclesiæ acquisita sunt, id quod demum per *oblationem* fieri potuit, sive hæc *sponte* per meram *donationem*, sive alio interveniente *titulo oneroso* facta fuerit. Quæ enim olim ex *bonis ecclesiæ* constituta & *data* sunt feuda, jam dudum machinationibus episcoporum exspiravisse videntur, ne quidem exceptis illis, de quibus §. XI. dictum est, cum etiam pleraque eorum, ut admodum probabile est, extinctis familiis, quibus olim concessa erant, tandem ad ecclesias reversa, & rarius forsan aliis in feudum data sint, mutato militiæ statu per universam Germaniam, cujus intuitu non amplius necessum fuit, feuda concedere. Olim episcopi militem *jure beneficiario* habuere, qui *proprio sumptu* expeditionem facere obstrictus erat; mox scena mutata, & status imperii tandem militem suum, dato stipendio, aluerunt. Collineat huc Brovverus *lib. XVIII. annal. Trevir. ad annum* 1388. § 80. p. 254. *& militaris disciplinæ*, ait, *ita tunc usus tulit, ut equestrium virium præcipua laus esset penes obnoxium, & feudis devotam nobilitatem; peditum robur coiret ex delecta juventute popularium & civium, donec mercenaria tandem militia successit, eademque sumptuosissima, sub Sigismundo Cæsare & Maximiliano I. qui pedites in Germania per raptus & furta vagos sub signa coactos merere, & doryphoros hastatos nosse ordines, audire tribunos & centuriones & stare in acie docuit.*

Plures aliæ occasiones generatim allegantur.

Sed prævalet illa, quæ ex oblationibus desumenda est.

CAPUT II.

De Indole Feudorum Ecclesiasticorum.

§. I.

Vulgatissima est distinctio feudorum in ecclesiastica & secularia. Illorum fit mentio in *c. 7. X. de constit.* horum verò in *c. 6. X. de for. compet.* Verùm in ipsis definitionibus harum duarum specierum **Dd.** non conveniunt. Thomas Cragius *lib. 1. feudorum* §. 10. arbitratur, hanc divisionem non ex diversitate qualitatum naturalium, sed ex *diversitate personarum*, quæ feudum accipiunt, nasci. *Nam in seculari feudo*, pergit, *quod nos laicum dicimus, id tantùm spectamus, an laicus sit, qui dedit, simul & qui accipit, i. e. talis, qui ordines ecclesiasticos non suscepit; feudum tamen ecclesiasticum aliter consideramus; nam ecclesia tam dat feudum, quàm accipit, & utrumque feudum ecclesiasticum dicitur, sive qui dat, sit Clericus, sive qui accipit: modò sit nomine ecclesiæ concessio, imò & aliquando Clericus, non nomine ecclesiæ, cui præest, suscipit, sed & hoc feudum etiam sub ecclesiastici nomine agnoscitur.* Liquet ex dictis, Cragium adeò latè hanc divisionem accepisse, ut in effectu tres feudorum ecclesiasticorum species conglutinaverit. Prima deprehenditur in feudo, quod ecclesia vel à Rege, vel à Principe, vel etiam à privato accepit, quod ideo verè *ecclesiasticum* dici posse censet, quòd in hoc genere feudi non tam consideretur persona Episcopi aut Prælati, quàm potiùs ipsa *ecclesia*, ut hæc vera Regis *vasalla* dicatur, Prælatus verò tantùm ecclesiæ administrator, per quem ecclesia, quæ non potest per se præstare, solet exercere, ut tamen, licèt administrator in dominum peccaverit, ecclesia ex hoc facto damnum sentire non debeat. Habent enim

Feuda ecclesiastica à Cragio definiuntur ex qualitate personarum quarum tres species constituit.

primam speciem desumit ab ecclesia feudū accipiente.

Prælati & ecclesiæ vasallos suos & milites, per quos servitia militaria præstare possunt. In effectu cum Cragio conspirant, qui feudum in *regale & non regale* dividunt, & regale iterum in *ecclesiasticum & seculare.* Illud confertur per Cæsarem summis Prælatis Germaniæ, annexam dignitatem habens, & *ecclesiæ* vel Prælaturæ ita cohæret, ut in successorem Prælatorum singulorum, non heredes eorum universales, transeat. Hoc verò cum dignitate regali secularibus personis confertur. vid. Struvius *in S. I. F. cap. III. aph.* 7. Aliàs illud dicitur Scepter-Lehn, hoc verò ein Fahn-Lehn. Equidem olim feuda regalia potissimùm vexillo data fuisse, annales referunt, quod fusiùs illustrat Exc. Dn. Gundling *diss. de feudis vexill.* §. 1. *& seqq.* Sed Prælati maximè à temporibus Henrici V. postquam per annulum & baculum investituram dimittere coactus fuit, per *sceptrum* investiti sunt, quia in solenni pacto cum Calisto inito hæc Imperatori præscripta est formula: *Electus autem regalia per sceptrum à Te accipiat.* vid. Maibomius *tom. III. rerum german. p.* 179. Morem hunc in Italia natum, & hac occasione Imperatori præscriptum fuisse, censet Exc. Dn. Gundling *cit. l.* §. 20. quòd Principatus majores à Papa aliisque collati fuerint. Cui conjecturæ etiam hæc addi potest, quòd loco *investituræ per baculum,* qui olim etiam *sceptrum* dictus est, hæc Cæsari relicta sit.

quod vel regale, vel non regale.

Illud vocatur Scepter-Lehn

§. II. Plerique tamen hanc feudi ecclesiastici definitionem rejiciunt, nec ad conditionem vasalli respiciendum esse censent, sed tantùm ad ipsam rem in feudum datam, ùt Struvius *cit. l.* Dn. Hornius *in jurisprud. feud. cap. III.* §. 13. Vultejus *in jure feud. cap. VIII.* §. 8. Et tamen hi omnes quando feudum in *regale & non-regale* dividunt, illud à conditione personæ accipientis in *ecclesiasticum & seculare* distribuunt, quod vix connecti potest, nisi diverso respectu unum idemque *seculare & ecclesiasticum* dici posse asseramus. Si ecclesiasticum ab *objecto* definimus, *feuda sceptri* magis sunt *secularia,* quàm *ecclesiastica*: si à persona accipiente, dici possunt ecclesiastica, quòd ecclesiæ vel potiùs Clericis acquisita sint. Atque hæc diversa acceptio admitti potest, si in sensu generaliori hanc divisionem accipimus. In *sensu specialiori & primario,* quem Jus Canonicum & usus approbavit, tantùm à *diversitate objecti* hæc divisio petitur, ut ecclesiasticum dicatur, quod in *re ecclesiastica*: seculare, quod in *re profana* constituitur, sicuti emphyteusis *ecclesiastica & secularis* eodem sensu à diversitate objecti distinguitur. Firmat hanc sententiam usus antiquissimus feudorum ecclesiasticorum, quem *Cap. præced.* retuli, unde apparet, hæc ita denominata fuisse ab *objecto,* non à *persona* recipiente feudum, quin quod ingens illa horum feudorum diversitas ex diversitate rerum, diversissimam indolem habentium, unicè derivanda sit, nec persona vasalli, quà talis, ex respectu, ei cohærente, in materia feudali adeò consideretur. Hac de causa Episcopi & Prælati, cum regalibus investiti, magis personam *Principis secularis* gerunt, & investiuntur mit der Weltligkeit, ùt loquuntur. Notum est, Ottonem M. fratrem suum Brunonem de regalibus ad instar Ducis investivisse. Nam, ùt ait auctor vitæ Brunonis apud Leibnitium *tom. I. rerum Brunsuic. p.* 279. Imperator *fratrem suum Brunonem occidenti tutorem & provisorem, & ut ita dicam Archiducem in tam periculoso tempore misit.* Olim sanè Duces ab Episcopis admodum distinguebantur, quòd hi rem divinam facerent, & ecclesiæ curam gererent, illi verò rei militari præessent, & domi supremam jurisdictionem cum *jure gladii* per provincias administrarent, & reipublicæ præfecturam gererent. Hoc munus Episcopi, etiam in suis diœcesibus, Ducibus, Comitibusque relinquebant, nisi quatenus bona eorum hominesque illis adscripti à banno seculari speciali privilegio exempta fuerint, quod multoties factum fuisse infinita diplomata docent, quo casu per advocatos utplurimum jurisdictionem exercuerunt. Sed tandem ipsi Episcopi, Ducatus, Comitatusque inter alia regalia acceperunt, & *credibile est,* ùt ait Leibnitius *in proleg. cit. l. exemplum Brunonis, viri ob mores scientiamque laudatissimi, plurimum potuisse, ut nec vererentur dare Principes nec accipere Prælati, quod tantus vir habuisset.* Singulare hoc eo tempore fuisse docet *Chronicon* apud Gryphiandrum *de Weichbildis cap. XXVIII.* da begunten zuerst die Bischöffe Weltliche Rechte zu haben, das dauchte damals unbillig manchem Mann, non quòd ante hæc tempora nullam jurisdictionem ecclesiæ habuerint, sed quod eam instar *Ducum, Comitumque* per *universam provinciam* haud exercuerint. Hoc sensu accipi possunt verba *Juris Allemannici feudalis cap. XLII.* alle Bischöffe empfahendt von dem Könige Müntz und Zölle, und etliche empfahendt Vahnlehn, und etliche Gerichte, quod illustrat Schilterus *ad cit. cap. XLII.* Feuda *vexilli* non esse ecclesiastica, sed merè secularia, à quocunque demum accipiantur, res ipsa loquitur. Unde in prima pactione, quæ inter Henricum V. & Calistum inita est anno 1110. quoque regalia Pontifex in manus Imperatoris dimisit, hæc *ad regnum* pertinere dicuntur, & intuitu eorum hodie Episcopi Cæsari subsunt, atque ab eorum judiciis secularibus ad eum, non ad Papam appellatur. Quod & Principibus protestantibus in *J. P. art. V.* §. 21. confirmatum, additumque, eos absque ulla exceptione à Cæsare esse investiendos, postquam juramenta *regalibus consueta feudis* præstiterint. Unde de hoc generaliori conceptu feudi ecclesiastici, quod vocant, hic non ero solicitus.

Nec adeo hic dissentiunt, qui feudum ecclesiasticum definiendũ censent ab objecto.

Ecclesiasticum potius ab objecto definiendũ.

Feuda sceptri, quibus Prælati investiuntur, sunt magis secularia.

§. III. Alteram speciem feudi ecclesiastici Cragius *cit. l.* §. 24. cum Schradero *de feudis P. II. cap. III.* §. 17. in eo constituit, cùm Prælatus, sive aliqua persona ecclesiastica feudum acquirit, sed non *ecclesiæ* nomine, sed sibi tanquam *privato.* Hæc à prima specie in eo differre videtur, quòd in illa ipsa ecclesia acquirat feudum, hic verò Prælatus. Verùm aut officio Prælati hoc feudum cohæret aut non. Posterius contingit, si gentilitia feuda in Prælatum ex jure sanguinis devolvuntur: prius

Alteram speciem Cragius inde desumit, si Prælatus

verò

verò, si Prælati simul sunt Principes Imperii, quibus, quà talibus, hæc feuda ab Imperatore conferuntur, & tantùm in successores in officio transeunt. Hunc casum jam examinavi in prima specie §. *anteced.* illustrata, adeoque si hunc casum intelligit Cragius, hæc secunda species à prima non adeò differt, cùm constet, Prælatos in sensu Juris Canonici repræsentare Ecclesiam, & quicquid illis, quà talibus, confertur, etiam Ecclesiæ collatum censeri. Conf. Corvinus *in Jure Canonico lib. II. tit. XXXVII.* §. *& sqq.* Illud unicum adhuc monendum censeo, in *J. P. art. V.* §. 14. *bona ecclesiastica immediata constitui in Archiepiscopatibus, Episcopatibus, Prælaturis, Abbatiis, Præposituris, &c.* quibus non unicè bona ecclesiastica strictè dicta, ad mensam Prælatorum spectantia & olim destinata, intelliguntur, sed illis etiam *Principatus* & *Comitatus* insunt, cum universo territorii jure & regalibus, quæ Episcopis à Cæsare conferuntur. Inde nova nascitur ratio, quòd hæc feuda rectè *ecclesiastica* dici possint. Sed salva res est. A potiori faciendam esse denominationem, ajunt Romanæ Ecclesiæ Doctores, & consequenter cùm regalia cum jure territorii semel Prælaturis innexa sint, & ecclesiastica bona secularibus præferri debeant, etiam hæc *ecclesiastica* dici deberi. Interim non negandum est, id minùs commodè fieri, & ex hac confusione bonorum *secularium* cum *ecclesiasticis* multas natas esse difficultates, præcipuè verò hanc, quòd Pontifex prætendat, etiam in secularibus causis à Prælatorum sententiis rectè ad se fieri appellationes, tanquam supremum bonorum ecclesiasticorum judicem, quibus attentatis tamen rectè sese Imperium opponit, cùm ab illis, tanquam *Principibus Imperii*, tales appellationes fiant. Proinde salva adhuc stat thesis nostra, feuda hæc regalia Prælatorum magis *secularia* esse.

tanquam privatus feudum accipit. Quod reprobatur.

Qui fiat, quod Principatus, Episcopatibus innexi, bona ecclesiastica vocentur?

§. IV. Si priorem casum, quo Prælati feuda gentilitia jure sanguinis accipiunt, quæque in successorem in officio non transeunt, Cragius intelligit, de ejus existentia adhuc dubitari posset. Constat enim ex 2. *F.* 30. Clericos nullo modo in beneficium paternum succedere posse, adeo, ut quod jam habuerint, ipso facto amittant post Clericatum susceptum, idque ideo, *quòd desinat esse miles seculi, qui factus est miles Christi, nec beneficium pertineat ad eum, qui non debet gerere officium*, ùt dicitur 2. *F.* 21. Conforme hoc est *Juri Allemannico feudali cap.* 1. §. 3. ubi dicitur: Pfaffen süllend alle Leben-Rechts darben. Nec obstare videtur, quòd feudum accipere, & per substitutum servire possint; ad hoc enim respondet Cragius *lib. 2. feudorum tit. XIV.* §. 5. cum Zasio, *perinde hoc esse, ac si quis furem excusaret, quod non ipse, sed ejus substitutus ex ejus mandato, consilio, & ope furtum fecerit, & sane jure*, pergit, *qui per se facere non potest, per alium posse non videtur, & quod principali prohibitum est, & ejus substituto: & ùt ajunt Canonistæ, nemo Deo militans secularibus negotiis se implicare debet: arma enim pastorum ecclesiæ spiritualia sunt. &, ùt Canonistæ volunt, preces & lachrymæ esse debent, non tela. Nam, ùt ait Hieronymus, Clericus est de sorte Domini, qui divinis officiis & contemplationi deditus, ab omni secularium strepitu submotus esse debet, victu & vestitu contentus, ut ipse Dominum possideat, & ab ipso possideatur, alioqui quomodo erit portio Domini.* Non negat tamen ipse Cragius *cit. l.* contrariam sententiam in usu esse; nec absolutè Clericos feudorum incapaces censeri, liquet tum ex *cap. anteced.* tum ex *jure Alleman. feud. cap. III.* §. 1. adeoque non mirandum est, hodie nec Clericos à successione feudi antiqui excludi teste Carpzovio *P. III. c. XXVIII. def.* 2. quod in genere de Clericis secularibus quibuscunque hodie intelligunt. vid. Knipschild *de fideicommiss. familiæ c. VIII. n.* 88. adeò ut nec *equites ordinum militarium* excludantur, in quibus magis rationes dubitandi allegatæ cessant. vid. Theodorus Hoppinck *de jure insign. cap. VIII. n.* 372. Christianus von Osterhausen *de Statut. & ordinat. Melitens. tit. V. p.* 91. *sqq.* Quòd ceteri Clerici irregulares & monachi à successione excludantur, peculiarem habet rationem, quòd *proprietati* per votum solenne renunciaverint.

Clerici tanquam privati hodie feudorum sunt capaces.

§. V. His igitur omissis, potiùs dicendum est, feudum ecclesiasticum à seculari distingui solo objecto, ut illud dicatur, quod in *re ecclesiastica*, h. e. Clericis, *quà talibus*, assignata, & ad ærarium ecclesiasticum, *quà tale*, relata constituitur; hoc verò, quod *rem profanam* pro objecto habet. vid. Struvius *cit. l. cap. III.* §. 4. Neque ad *personarum qualitatem* præcisè respiciendum esse arbitror, cùm nihilominus *feudum seculare* maneat, si à Clerico, forsan in *re patrimoniali*, datum fuerit 2. *F.* 35. vel etiam Clericus non quà talis, sed quà *privatus*, & sic tanquam *seculare* id teneat, quod adeò adhuc seculare esse dicitur in *c. 6. X. de foro compet.* ut etiam in foro feudali *seculari*, non *ecclesiastico*, Clericus vasallus desuper in judicium trahi possit. Conf. Duarrenus *de feudis cap. XX. & XXI.* Diversa est ratio *feudorum ecclesiasticorum* in re ecclesiastica consistentium, de quibus in judicio ecclesiastico decernitur ab Episcopo *c. 7. X. de foro compet.* non habito respectu vasalli, sive Clericus, sive laicus sit, cùm etiam hic in re ecclesiastica judicio Ecclesiæ seu Episcopi subsit. Denique neque hoc quidem necessarium esse arbitratur Dn. Majerus *in Synt. jur. feud. c. II.* §. 7. ut quod in re ecclesiastica constituitur, etiam à persona ecclesiastica constituatur. Nam quamvis horum feudorum hodie ordinarii collatores sint Episcopi & Prælati, ut forsan ad mores hodiernos sententia dissentientium quadret; constat tamen ex *cap. anteced.* ipsos etiam Reges olim bona ecclesiastica in feudum dedisse, quin etiam postquam advocati ecclesiis monasteriisve dati sunt, ab his primariò collatio feudorum ecclesiasticorum olim dependit, nec adhuc hodie in quibusdam locis feudorum horum collatio sine eorum consensu fieri potest. Ratione finis & servitiorum cum aliis feudis secularibus conveniunt ecclesiastica, cùm etiam utplurimum dentur ob servitia militaria, vel alia officia *secularia & aulica*, & Prælati, ad imitationem secularium Principum, tandem etiam militiam officialesque aulicos jure beneficiario acceperint, & adhuc hodie

A sola qualitate objecti ecclesiasticum definiendum esse adstruitur.

à quocunque constituatur.

In quo differunt à præbendis.

hodie habeant. In hoc differunt hæc feuda à *beneficiis ecclesiasticis*, quæ adhuc hodie clericis pro *officio sacro* conferuntur, & revera *feudorum ecclesiasticorum* species sunt, imo priscam suam naturam retinuerunt in eo, quod in heredes beneficiati non transeant. Interim de his in præsentiarum non agitur, sed de illis tantum, quæ ob *servitia secularia* conferuntur, & in heredes transeunt, & sic utplurimum *à laicis* possidentur.

Non rectè huc referuntur subfeuda, ex bonis territorialibus data.

§. VI. Huc etiam Dn. Hornius *in jurisprud. feud. cap. I.* §. 41. *& cap. III.* §. 13. refert *subfeuda*, quæ Episcopi Prælatique ex illis bonis territorialibus, quæ ab Imperatore in feudum acceperunt, rursus aliis jure *subinfeudationis* conferunt, ea de causa, quod quoad dominium utile bona ecclesiæ facta sint, & sic re vera in *re ecclesiastica* constituantur. Admitto hanc sententiam in sensu generaliori, quo etiam feuda regalia Episcoporum *ecclesiastica* dicuntur, prout supra observavi, & simul *patrimonio ecclesiæ*, h. e. clericorum adscribuntur. Verum si in sensu stricto hac voce utimur, vix est, ut hæc subfeuda huc referre queamus. Quilibet enim Prælatus duplicem gerit personam in suo territorio, *Episcopi & Principis*. Hoc respectu, ut Princeps secularis agit, territorio præest, & regalia cum annexis possidet, adeoque quando ex his in subfeudum aliquid concedit, id facit tanquam *Princeps territorii*, ex bonis secularibus, quibus ipsemet, tanquam Princeps imperii, investitus est. Nec obstat, quod hæc bona quoad *dominium utile* ecclesiæ bona facta esse dicantur; ad hoc enim jam supra regessi, id fieri in sensu improprio & minus commodo, ex illo erroneo principio, quod Prælatus ecclesiam constituat, quod tamen ne quidem universale est, sed ad illa tantum pertinet in sensu juris canonici, quæ ut *Episcopus* & *Prælatus* agit, non vero quæ diverso respectu tanquam personæ seculari & Principi ipsi attribuuntur. Sic Moguntinus & Archicancellarius Imperii negotia publica imperii dirigit, &, qua talis, secularia negotia peragit, quæ tamen proinde non dicenda sunt *ecclesiastica*, quod Archiepiscopatui hoc officium cohæreat. Proinde hæc subfeuda ex bonis, quibus ipse Prælatus investitus est, aliis data, in plurimis differunt ab illis, quæ in *re ecclesiastica* propriè constituuntur, cum illa ut plurimum propriam feudorum *datorum* naturam retineant, imo in his conferendis Episcopus ad exemplum cæterorum Principum liberiorem habeat potestatem, nisi hæc capitulationibus aliisve pactis, cum statibus provincialibus initis, restricta fuerit.

Nec jus patronatus huc pertinet.

§. VII. Quæ cum ita sint, facilè resolvi potest quæstio: an etiam *jus patronatus*, das Pfaar-Lehn, ad feuda ecclesiastica referri debeat? Vel enim hoc accipitur pro jure, quod patronus in præsentando & investiendo præsentatum exercet, quo casu ad illa *beneficia ecclesiastica* referri potest, quæ ceteris clericis pro officio sacro conferuntur. Ipse scilicet patronus, tanquam dominus feudi, de *bonis ecclesiasticis* præsentatum investit, eique hoc beneficium confert, quicquid pontificii in contrarium asserant, ut hoc jus, quod *spirituale* vocant, & laicis non convenire existimant, prorsus imminuant. Verum hoc sensu jus patronatus æquè ut cetera beneficia huc non pertinet. Vel etiam considerari potest jus patronatus, quatenus patronus de illo à Domino territorii investitur, prout hodie sæpius in literis investituræ ejus mentio fit. Hoc casu propius feudis ecclesiasticis accedit, cùm secundum jus canonicum jus patronatus etiam *rebus spiritualibus* accenseatur, & hac ratione de eo in judiciis ecclesiasticis contendatur per *cap. 3. X. de judi ciis*, quod etiam protestantes sequuntur, vid. Carpzon. *lib. III. jurisprud. consist. def. 2. n.* 20. Finckelthaus *de jure patronatus cap. VIII.* Idem dicendum est de *jurisdictione ecclesiastica*, quando nobiles investiuntur mit denen geistlichen Gerichten: nam & hanc pontificii *ecclesiis* vindicant, & ad jura earum referunt, à quibus nostrates non recedunt, sed adeo tenaciter principiis papalibus inhærent, ut ne quidem nobiles de hac jurisdictione investiri posse, adeoque investituram mit denen geistlichen Gerichten potius jus patronatus, quam jurisdictionem ecclesiasticam denotare, censeant, vid. Dn. Berger *in Oeconomia juris lib. IV. tit. III.* §. 2. *n.* 1. Weber *de jure consist. cap. XLI.* quod tamen minime attendendum est. Cæterum si ex vero res inter protestantes æstimanda foret, utrumque feudum potius *seculare*, quàm *ecclesiasticum*, dicendum esset, cùm Principes protestantes jurisdictionem ecclesiasticam non qua *Episcopi*, sed qua *Principes* exerceant, & ita eis, quos investiunt, partem secularis potestatis, subordinatè tamen, conferant. Idem judicium quoque de *jure patronatus* ferendum, quod etiam quoad originem suam non ecclesiæ proprium est, nec ab illa, sed aliunde acquiritur, unde & Princeps, qui illud confert per feudum, non rem juris *ecclesiastici* confert, sed propriam in dispositione ipsius existentem; imo inde etiam est, quod hodie inter protestantes jus patronatus etiam pretio interveniente in alios transferri possit. Sine dubio igitur rectius facturi sumus, si etiam hæc duo exempla sequestramus, & à proposito themate excludimus.

Nec jurisdictio ecclesiastica in feudum data.

Vocantur hæc feuda Krummstäbische Lehen.

§. VIII. Vocari communiter hæc feuda solent die Krummstäbische Lehen, quia appellatio des Krummstabes, vel ut etiam dici solet, des Bedstabes, *jus episcopale* denotat, unde etiam Lehen von Krummenstabe, h. e. feuda à Prælatis concessa, vocantur. vid. Wehner *in observ. pract. v.* Krummstab. Ex quo nata sunt decantata illa proverbia: Unter dem Krummstab ist gut wohnen, Krummstab schleust niemand aus. A patribus aliisque scriptoribus ipse *baculus pastoralis*, quo olim investiti sunt Episcopi, variam appellationem habuit, dum mox *ferula pastoralis*, mox *pedum pastorale & cambuca*, mox *virga episcopalis* dictus fuit, ut observant Maibomius *tom. II.*

rerum

rerum germ. p. 172. *& sq.* & Strauchius *in amœnitat. juris can. sem.* 2. *eclog.* 7. *cap.* 8. quin quod ab Ottone *Frisingensi lib.* 2. *c.* 6. etiam *sceptrum* dictum fuerit, cum etiam regia sceptra ab origine aliud fuisse non videantur, quàm pastoralis baculus. *Ita non magnopere*, ut verba Thomassini *P.* 1. *de discipl. Eccles. lib.* 2. *cap.* 58. mea faciam, *distabat ab Episcopali baculo regius; nisi vel ipsa primigeniæ simplicitatis vestigia turbasset, obliterassetque ambitio posterorum auroque pretium fecisset, quod per aurea ipsa & beata secula minimo in pretio fuit.* Interim non nego, quandoque regia *sceptra* à *baculis* Regum distincta fuisse, prout observat pl. Rever. Dn. Heineccius *de sigillis P.* 1. *cap. X.* §. 39. præsertim cum etiam imagines antiquæ formam *baculi* & *sceptri* distinguant. Vid. Stephanus Baluzius *in not. capitul. tom.* 2. *p.* 1276. *&* 1277. Cæterum si *baculi Episcopalis* origines & rationes spectamus, nihil adeò egregii aut arcani in eo deprehendo. Erant olim hi baculi subsidium aliquod humani corporis, cui innitebantur vel infirmi, vel iter facientes, adeoque non mirandum est, Episcopos, imò etiam ipsos Apostolos baculum gestasse. Nihil in eis ornamenti, nihil elegantiæ aut mysterii, sed forma & longuetudo consueta, nec in tantam longitudinem extensa, sed unicè sustentationi corporis accommodata. Vid. Dn. Schmidt *de baculo pastorali n.* 18. Thomassinus *cit. l.* Heineccius *cit. tr. P.* 1. *cap.* 13. §. 5. Eam formam adhuc hodie servant Ecclesiæ Orientales, in quibus Patriarchæ incedentes longè minori baculo, pedo Pastorali latinorum, utuntur; ita ut Episcopus incedens facile posset super ipsum manu se fulcire. Summitas ejus sese in longum extendit, & versus extremas partes incurvatur, ut eò commodius eo inniti possit Episcopus. Morinus *de sacris ordinat. P.* 2. *in annotat. n.* 127. *p.* 199. Imaginem hujus baculi repræsentavit Dn. Heineccius in der Abbildung der Griechischen Kirche *P.* 3. *cap.* 1. §. 37. *p.* 60. Similem formam *baculi Pastoralis* latinorum habuisse videntur, ut tantum commoditatis gratia in suprema parte incurvati fuerint in forma einer Krücke, unde & memini, in antiquis monumentis der Krummstab vocatum fuisse des Bischoffs Krücke. Seculis sequioribus res minimi momenti mysticas acceperunt rationes, ut eò magis Episcoporum auctoritas conservari, imo augeri posset, adeò ut tandem in *pedum Episcopale*, quod olim simplex baculus fuit, degeneraverit, quorsum vetus Poëta Marner à Schiltero *ad jus feud. allem. cap.* 1. §. 1. *n.* 4. *in f.* adductus, collineat: Euer Krumberstab der ist gewachsen z' einen langen Speer, ut forsan rectius ab hoc tempore vocari debuisset ein Hirtenstab, quàm ein Krummstab, oder Krücke, præsertim cum etiam der Hirtenstab olim jurisdictionem denotaverit, ut *auctor auctorum Lindaviens. p.* 94. *& p.* 806. observat. Hoc modo in morem abiit, ut sub hoc *Pedo Pastorali*, quem in ipsa consecratione Episcopus accipit; teste Espenio *P.* 1. *Juris Eccles. tit. XV. cap.* 3. §. 14. tota potestas Episcopalis inumbraretur. Solus Pontifex Romanus hodie tali baculo pastorali non utitur, ut ait Innocentius III. *in c. un. de sacra Unct. tum propter historiam, tum propter mysticam rationem;* Interim neutram rationem explicat. Historiam seu potiùs fabulam ex Innocentii III. *myster. miss. lib.* 1. *cap.* 62. refert Strauchius *cit. l.* Fingitur nimirum B. Petrus Apostolus discipulum suum misisse cum quibusdam aliis ad prædicandum Germanis, quo in via ad viginti diætas defuncto, Fronto Collega ejus rediit ad nunciandum hoc Petro. Cui Petrus: *Accipe hunc baculum, & tangens illum dic: surge in nomine Domini, & prædica.* Ille verò in quadragesimo die à tempore mortis illius tetigit eum, & surrexit & prædicavit. Et ita Petrus baculum à se removit, & subditis dedit nec recuperavit. Aliam fabellam huic similem de Materno, per baculum Petri ab Egario resuscitato, narrat Browerus *lib.* 2. *annal. Trevir. ad annum XLIX.* §. 2. *& sqq.* Ad rationem quod attinet, ideo baculum Episcopalem in *summitate* esse curvum, ajunt interpretes, ut eorum dependentiam denotaret, Papam verò *recto scipione* uti, ut divinam potestatem independentem hoc ipso denotaret, quemadmodum in sacris de Deo dicitur, GOtt, dein Stuhl bleibet ewig, das Scepter deines Reichs ist ein gerader Scepter.

Baculi à sceptro discrimen.

Ejusque antiqua ratio.

Quibus postea variæ interpretationes mysticæ affictæ sunt.

Et potestas Episcopalis sub iis adumbrata.

Cur Pontifex baculo non utatur.

§. IX. Solent verò communiter feuda dividi in *propria* & *impropria*. Illa dicuntur, quæ à communi feudorum natura & ratione haud declinant; hæc verò, in quibus à propria feudi natura receditur, ob pacta adjecta contractui feudali, aliàsve rationes ex natura rei desumptas. In quo autem *natura feudorum propria* consistat, non adeò liquet. Quodsi hanc ex prima feudorum ratione æstimandam dixeris, hodie omnia feuda *impropria* erunt, quia admodum ab illa deflectunt. Successio olim naturæ feudorum repugnabat; pro lubitu revocari poterant, & sic renovatio investituræ ignorabatur; dominium utile haud transferebatur in Vasallum, adeóque eam non habebat potestatem, qualem hodie habent. Ex veritate adhuc *beneficii* titulum gerebant, pretio non comparabantur, & rarissimè mediante *oblatione* allodium in feudum commutabatur, quæ hodie longè aliter sese habent, ut rectè dicere possis, feuda hodierna, cum antiquis collata, revera esse *impropria*. Et tamen adhuc hodie in hac distinctione subsistimus, & feuda *propria* dari asserimus. Videlicet postquam tractu temporis feuda in descendentes devoluta, & successoria facta sunt, in universum ferè novam acceperunt formam, adeò ut ita noviter effigiata propriam suam rationem impetraverint, & quæ morte Vasalli exspirant, ad *impropria* hodie referantur. Hoc rerum statu feuda *propria* dicta fuerunt, quæ à natura feudorum, ita noviter efformata, haud declinant, sed illam retinent, quàm ex successione in liberos, unde reliqua omnia fluunt, con-

Propria feuda & impropria quomodo differant.

D secuta,

secuta, quæque adhuc ex pristina feudorum ratione præterea conservata sunt; quæ verò in uno vel altero ab hoc declinant, *impropria* dicuntur.

Feuda Ecclesiastica magis impropria quam propria præsumuntur. §. X. Equidem ex communi feudistarum doctrina quævis feuda præsumuntur esse *propria*, nisi pacto aliud conventum fuerit, quod in facto consistit, & sic probandum est. Interim si regula formanda est ab eo, quod fit ut plurimum, si præsumptio capienda est ab eo, quod in plerisque *Feudis Ecclesiasticis* obtinet, dicendum potiùs, feuda Ecclesiastica magis præsumi impropria quàm propria, ut rectè censent HERTIUS *in parœm. juris lib. II. parœm. 20. inf.* SCHILTERUS *ad rubr. juris feud. Allem.* §. 15. THUMMERMUT. *in tr.* Krummstab schleust niemand auß *p. 73. n. 64.* Nam (I) *capite anteced.* jam observavi, hodierna feuda Ecclesiastica pleraque ab *oblationibus majorum* originem traxisse, non à benevolentia Episcoporum & Prælatorum, quippe quibus prorsus interdictum est, bona Ecclesiastica in feudum dare, quique solenni juramento constringuntur, de bonis Ecclesiæ non alienandis. *Quod pleraque sint oblata.* Æquum proinde fuit, ut Episcopi, *beneficium* magis recipientes, quàm dantes, de jure suo aliquid remitterent, nec eos à successione excluderent, quos alias Domini feudi excludere possunt, qui *beneficium* in Vasallos transtulerunt. Unde rectè infert Thummermut. *c. l.* aitque: *& quidem quid mirum, si feuda, quæ origine, quæ materia, quæ forma, quæ desinitione, quæ nomine differunt, etiam effectu, natura & re ipsa differre. Origo enim ab ipsis Vasallis eorumque bonis immobilibus, materia sine qua non, exsurgit. Ubi in feudis Longobardicis à Domini benevolentia, opulentia & munificentia fundantur, forma etiam subinde, & maximè in illis feudis, quæ in reditibus annuis, propriis Vasallorum allodialibus impositis, constituuntur, toto genere ab aliis communibus differunt, imo in toto feudorum codice vestigium non habent. Quapropter evidentissimè elucescit iniquitas, talia feuda secundum originem aliorum feudorum tantopere differentium regulare, & ipsorum Vasallorum piam devotionem in odium posterorum, nulla eorum interveniente culpa, retorquere velle.* Atque hinc quoque dependet ratio, quare hodie etiam plurima Feuda maximè in *successione* adeo declinent à communi feudorum ratione, quod pleraque oblata sint, pauciora feuda data. *Nobiles enim*, ait Besoldus *P. V. consil. CCXII. n. 49. cum allodialia à Principibus recognoscunt, ut, quoties opus est, possint utiliori titulo & potentiori manu se tueri: non id eo intuitu facere censentur, quod velint sibi suisque hæredibus inde præjudicium generari, sed ut abundantiore cautela sibi provideant.* Idem multò magis in *Feudis Ecclesiasticis* locum habebit, quæ ut plurimum tantum majoris devotionis gratia Ecclesiis oblata, & à Prælatis magnopere expetita sunt, quâ de causâ etiam in quascunque pactiones conditionesque facilè consenserunt, quas postea cæteri Vasalli, in quorum oblationibus hæ forsan omissæ sunt, sibi quoque attribuerunt, ne deterioris essent conditionis reliquis Vasallis, qui jure pinguiori bona sua ab Ecclesiis recognoscunt. *quod prælati in quascunque conditiones consenserint.* *Quod regimen Prælatorum lenius fuerit.* Accessit (II) hæc peculiaris ratio, quod optima & liberior semper fuerit nobilium conditio sub *Regimine Episcopali*, præsertim postquam ad *Capitula Ecclesiarum* Cathedralium non alii, quàm avitâ nobilitate coruscantes, admissi fuerint, quorum cum consilio Episcopi, Prælatique negotia publica expedire, & de iis decernere jussi sunt. Præterea etiam ut plurimum per *Capitulationes* constringuntur, ut graviora negotia publica in diætis provincialibus, quibus nobiles potissimum intersunt, proponant, & *Statuum provincialium* consensu peragant determinentque, unde Nobiles inprimis sub Episcopis ad majorem devenere libertatem, imo nec Episcopi, qui ex gremio capitularium ut plurimum eliguntur, nobilium fortunis & libertati insidias struxerunt, quippe qui ipsimet ex numero nobilium fuerunt, adeoque facile passi sunt, ut eorum conditio liberior & melior in quacunque re esset. Sic itaque Capitulum semper à partibus nobilium stetit: Status provinciales illis præsto fuerunt, & denique ipsi Prælati ex sorte nobilium electi admodum nobilitati studuerunt. Unde natum est duplex illud proverbium: **Unter dem Krummstab ist gut wohnen**, item: **mit St. Peter ist gut handlen.** Atque hinc quoque sine dubio Feuda Ecclesiastica liberiorem naturam acceperunt, prout *Cap. IV.* speciatim ostendendum erit. Conf. interim Knichen *de vestitur. paction. P. I. cap. IV.* Vultejus *de feud. lib. I. cap. IX. n. 48.* Wesenbecius *consil. 74. n. 47. 83. & 88.* Sande *in comm. ad consuet. feud. Gelr. tit. 3. c. 1. §. 7. n. 2. sqq.* *Quod Ecclesiæ armis non indigeant.* (III) Singularem admodum rationem quoque affert Garzonius *de fœm. ad feuda recipiend. n. 126. quod Ecclesiæ, à summo Pontifice & Deo defensæ, non indigeant auxilio manuali vel armato, cum lachrymæ & jejunia sint arma Ecclesiæ, quæ magis congruant feminis quàm masculis, & illarum sint sanctiores eoque magis acceptæ*; ex quo infert, feuda Ecclesiastica esse promiscua. Lepida sanè est hæc ratio, & ex ignorantia verarum causarum nata; maluit tamen Garzon aliquam afferre rationem, quàm nullam. *Et sic servitia militaria in plurimis desint.* Forsan etiam respexit ad feudorum horum plerorumque peculiarem naturam, quæ frequentius loco servitiorum militarium onus, censum præstandi, adjunctum habent, qualia feuda *censualia* impropria esse nemo negabit. Scilicet in offerentium arbitrio fuit, conditionibus quibuscunque allodialia bona à Prælatis recognoscendi, unde tot irregularitates sunt natæ. (IV) In plerisque Capitulis & Diœcesibus adhuc supersunt *Pares Curiæ*, ex nobilibus Vasallis constantes, qui antiquam libertatem circa hæc feuda admodum propugnarunt, id quod è re singulorum fuit.

Dubia removentur §. XI. Contra hanc præsumptionem (I) urgeri solet, quod favore Ecclesiæ feuda magis *propria* & recta, quàm *impropria* præsumantur, maximè intuitu successionis, Klock. *tom. II. consil. X. n. 57.*

n. 57. & quod semper illa interpretatio capi debeat, quæ favet Ecclesiæ. Plura hujus farinæ axiomata passim DD. allegant, rariùs tamen cum judicio applicant. Solus enim favor Ecclesiæ præsumptionem operari nequit, si graviores adsunt in contrarium conjecturæ, imò *favor Ecclesiæ* est revera *favor Clericorum*, & interpretum juris figmentum. Est Ecclesia in plurimis privilegiata, & inde causa ejus favorabilis esse dicitur; hìc verò non de privilegio Ecclesiarum agitur, sed de nuda præsumptione, quæ ex communiter accidentibus desumitur. Urgent porrò (II) quævis feuda in dubio magìs præsumi *propria*, ut alleganti contrarium onus probandi incumbat, h. e. quòd tam diu pro *regula* sit præsumptio, donec exceptio probata fuerit. Occurrit ergo hìc quædam collisio præsumptionum, ubi fortior excludit debiliorem. Præsumptio pro *regula* inprimis fundata est in Jure Longobardico, ad quod tamen hæc feuda, imò etiam cetera Germaniæ unicè æstimari nequeunt, sed potiùs 1) ad tenorem investituræ, 2) ad consuetudinem, & denique 3) in subsidium demum ad Jus Longobardicum est recipiendum, ut rectè censuit Thummermut *cit. tr. p.* 8. *n.* 7. Consuetudinem autem in his feudis longè ab hac regula recedere, ex specialibus circumstantiis §. *anteced.* observavi, quæ fortior est, quàm præsumptio pro regula, in *Jure peregrino* & à moribus Germaniæ maximè recedente, fundata. Ulteriùs (III) objiciunt, irregularitatem in feudis ecclesiasticis unicè esse *consuetudinem particularem* quarundam diœcesium, quæ ad alias æquè extendi nequit, præsertim cùm exempla feudorum ecclesiasticorum propriorum in contrarium adsint. Enimverò naturale est, ut, cùm exemplis plerorumque Germaniæ Episcopatuum constet, feuda hæc esse *impropria*, consuetudo quoque talis generales rationes habere debeat, unde orta sit, quæ illæ ipsæ sunt, quæ §. *anteced.* allegatæ fuerunt. Si quæ sunt in contrarium exempla, pauciora sunt & rariora, ex quibus præsumptio in contrarium capi nequit. Et admodum probabile est, feudorum ecclesiasticorum naturam *impropriam* in nonnullis locis immutatam fuisse ex nimio Juris Longobardici amore, cujus in controversiis feudalibus olim sæpe rationem habuerunt, non morum antiquorum, unde tot confusiones sunt ortæ; quin etiam quædam feuda ecclesiastica, ùt Trevirensia, ex speciali Imperatorum privilegio vel etiam pacto naturam propriam acceperunt, quod indicium præbet, ea diversam olim habuisse naturam. Sande *cit. l. n.* 53. Denique (IV) urgeri posset, non omnia feuda ecclesiastica esse oblata, cùm etiam aliis titulis collata esse potuerint, prout *Cap. I.* observatum est. Verùm nec hoc præsumptionem tollit, quam hìc defendo; neque enim assero, omnia feuda ecclesiastica *esse* impropria, sed tantùm *præsumi* impropria, donec contrarium probatum fuerit. Ipsa consuetudo, quæ ex feudorum ecclesiasticorum peculiari ratione nata, facilè ad quæcunque feuda, etiam non oblata, trahi potuit, præsertim cùm concessio feudorum semper censeatur facta secundùm consuetudinem ecclesiæ, seu domini directi, Klock. *cit. Consil. X. n.* 55. adeoque si de contrario non constat, consuetudini generali standum est. Ceterùm in quibus articulis hæc feuda à communi feudorum natura abeant, in sequentibus speciatim exponam.

(1) quòd favore Ecclesiæ feuda præsumantur propria. (2) Quòd in genere quævis feuda propria præsumantur. (3) Quòd proprietas in quibusdam feudis ecclesiasticis unicè debeatur consuetudini particulari. (4) Quòd non omnia feuda ecclesiast. sint oblata.

§. XII. Quamvis verò feuda ecclesiastica per Germaniam peculiaribus regantur consuetudinibus, non dubium tamen est, quin ad hæc feuda *jura communia feudalia*, deficiente consuetudine, applicari possint & debeant. Disputatum hac de re olim fuisse, docet Rosenthal *de feudis Cap. I. Concl. IX. lit. c. in not.* quod eò minùs mirandum est, si rationes Juris Canonici paulò penitiùs intuemur, quæ, Ecclesiam & Clericos non ligari legibus civilibus & constitutionibus Principum, docent. Unde quidam distinguunt, utrùm Ecclesia feudum teneat à *laico*, quo casu *jus feudale commune* obtinere censent, an verò laicus feudum ab *Ecclesia* recognoscat, qui casus hujus loci est, & hunc non subjectum esse *juri communi feudorum*, ajunt. Alii distinguunt inter feuda Ecclesiis *oblata*, & quæ Ecclesia primordialiter ex suo allodio concessit, hac cum diversitate, ut illic quidem, non hìc, jus commune feudorum obtineat. Verùm notandum est 1) potissimùm hìc quæri de *obligatione juris Longobardici*, & *constitutionibus Imperatorium ei subjectis*, cujus observantia in feudis ecclesiasticis eandem obtinet auctoritatem, quam in feudis secularibus, nisi quatenus Juri Canonico contrariatur. Ubique autem illud receptum est *in subsidium*, ut ferè magìs *illustrationis gratiâ* ad id provocari soleat, quatenus feuda Germaniæ à Longobardicis non discrepant. Equidem Schraderus *de feudis. p.* 1. *q.* 2. generatim asserit, consuetudines feudorum, Longobardicas scilicet, etiam obligare Ecclesiam; id tamen ex communi præjudicio facit, quòd hæ pro *regula* & *norma omnium feudorum Germaniæ* accipiendæ sint. E contrario Thummermut *in cit. tr. p.* 18. *n.* 12. Jus Longobardicum nunquam fuisse receptum in his feudis, sed receptionem priùs probandam esse, imò feuda ecclesiastica à Longobardicis toto cœlo differre censet, quod quamvis *absolutè* asseri nequeat, eo tamen in sensu admitti potest, quòd in his feudis pro *regula* accipi non debeat. Suprà jam observavi, præter literas investituræ primariò respiciedum esse ad *mores feudorum Germaniæ* proprios, & cujuscunque provinciæ particulares; præterea ratio primariò habenda naturæ rerum, quæ *ecclesiastica* à *secularibus* in plurimis distinguit, quæque ex *Juris Canonici* principiis potissimùm æstimanda est. Denique his deficientibus, ad Jus Longobardicum *in subsidium* recurritur, si modò rationes ejus ita sunt comparatæ, ut ad hæc feuda applicari possint, quæ ante omnia evolvendæ sunt, ut sic non pro *regula primaria* feudorum ecclesiasticorum, sed magìs pro *exceptione* haberi debeat. Deinde 2) inane est dubium, quòd ideo constitutiones feudales, ab Imperatoribus & Principibuus latæ, Ecclesiam non obligent, quòd legibus civili-

An Jus Longobardicum cum Constitutionibus Imperatorũ his feudis applicari possit? Potissimùm de observantia Juris Longobard. quæritur.

civilibus non ligentur, cùm hoc ipsum petat id, quod est in principio, & maximè per Germaniam olim Imperatores, ùt Conradus Salicus, Henrici, Lotharius, Fridericus Barbarossa, aliique etiam leges *de feudis ecclesiasticis* dederint, uti tot diplomata evincunt. Est etiam Ecclesia in republica, & Clerici subditorum numero censendi sunt, ut pleniùs evincit Dn. Cocceius *diss. de jurisdict. in territorio fundata Tit. III.* Ergo & legibus iisdem subjecti esse debent, quod *inter Protestantes* nullum habet dubium.

CAPUT III.

DE

Constitutione Feudorum Ecclesiasticorum.

§. I.

Legitimæ acquisitionis feudorum capita.

INspectâ Feudorum ecclesiasticorum tum *Origine*, tum *Indole*, ante omnia de eorum legitima Constitutione videndum est, utpote quæ in singulis Juris speciebus omne fert punctum. In legitima autem *Constitutione & acquisitione* Juris cujuscunque tùm ad *personas constituentes & recipientes*, tùm *ad res*, quæ in feudum aliis dantur, tùm denique ad *modum* respiciendum est, quæ tria momenta in hoc Capite enucleanda sunt.

In feudum nemo rem dare potest, nisi liberam rerum habeat administrationē.

An Papa Imperium Romanum?

§. II. Quemadmodum datio in feudum alienationis species est, ùt jam olim censuit Pontifex *in Extrav. ambitiosæ*, *de rebus Ecclesiæ alienandis;* ita in eo, qui rem in feudum dare desiderat, requiritur, ut *liberam alienandi potestatem habeat*, vel aliàs ex potestate sublimiori de rebus juribusque disponere possit. Admodum facilis hæc sententia *in thesi* est, sed impeditior in *applicatione*, cùm sæpe illud ipsum Jus sublime, aut suprema disponendi potestas in dubium vocetur. Notum est, Pontificem Romanum sibi impudenter *dominium directum Imperii Romani* tribuere, Cæsaremque *vasallum* aut *hominem* suum olim dixisse, indeque vacante Imperio Vicariatum sibi attribuisse. *vid. c. 34. X. de elect. c. un. in Extrav. Joannis XXII. ne Sede vacante aliquid innovetur.* Nec hoc adeò mirandum, cùm se olim dominum supremum tam in *spiritualibus*, quàm *temporalibus* jactitaverit, sed usque ad hæc tempora se ad causam legitimare haud potuerit, imò ineptiam suam tandem Hadrianus in literis, ad Fridericum I. scriptis, fateri coactus sit. Cùm enim arrogantes Pontificis literas Fridericus hoc modo respondisset: *Cùm per electionem Principum à solo Deo regnum & imperium nostrum sit: quicunque nos imperialem coronam pro beneficio à Domino Papa suscepisse dixerit, divinæ institutioni & doctrinæ PETRI contrarius est, & mendacii reus erit:* Pontifex, aliâ scriptâ epistolâ, se hoc modo purgavit, & *beneficii* appellationem in sensu *vulgari*, quatenus *bonum factum* denotat, non in *feudali* significatu, se in literis prioribus accepisse, fatetur. *vid.* Radevicus *lib. I. de gestis Friderici I. cap. IX. X. & XII.* Ceterùm quod ad bona ecclesiastica attinet, notum est, Pontifici ferè illimitatam potestatem circa illa attribui solere, & *Dominum omnium beneficiorum* censeri, adeoque non tantùm patrimonium PETRI, quod vocant, sed etiam omnium Ecclesiarum facultates in feudum pro libitu concedere posse, *vid. c. 2. de præbend. in 6.* Schraderus *de feudis p. 4. cap. 2. n. 4.* Cragius *de feudis lib. 1. tit. 13. §. 6.* Imò quamvis in infeudatione bonorum magni momenti ipsum ad *Consilium Cardinalium* adstringat, id tamen non tam ex necessitate, quàm ex regulis prudentiæ & honestatis fieri, plerique asserunt, cùm bonis Ecclesiæ, ajunt, etiam pro libitu abuti possit. Verùm hos flosculos suis relinquimus auctoribus, scientes, in plerisque regnis potestatem Pontificis variis modis restrictam esse, ut jam illimitatâ potestate in infeudandis bonis ecclesiasticis uti non possit. In Germania *Concordata nationis germanicæ* hanc facultatem ei ademerunt, secundùm quæ tantùm beneficia reservata Clericis confert, extra hunc casum verò neque *directo*, neque per *indirectum*, sub quocunque prætextu de bonis ecclesiasticis disponere potest; multo minùs ei ullum jus circa bona ecclesiastica Protestantium superest per *inst. P. art. 5. §. 19.* quippe sublatum.

An quævis bona ecclesiastica?

An in Germania?

Immediata Prælati feuda ecclesiast. non aliter conferunt, quàm adhibitis solennibus.

An Pontificis consensus in Germania necessarius sit?

§. III. Ad cæteros Prælatos quod attinet, notandum est, eos esse vel *immediatos*, vel *mediatos* in Germania, ex qua consideratione collatio feudorum ecclesiasticorum quandam patitur differentiam. Illi dicuntur, qui immediatè Imperatori & Imperio subsunt, votumque & sessionem in Comitiis habent. Hi majori libertate circa bona ecclesiastica agunt, ac quidem mediati, interim tamen *sine justa causæ cognitione, Capituli consensu & decreto*, de bonis ecclesiasticis disponere pro libitu nequeunt, de quo pleniùs agunt interpretes *ad tit. X. de rebus Ecclesiæ alienand. vel non.* Et sic quoque eadem in feudum dare non possunt. L. B. de Lyncker *resp. II.* Harprecht *resp. 57.* Rosenthal *de feudis cap. 4. n. & sqq.* Imò ne quidem sufficit *causæ cognitio & Capituli consensus*, sed præterea etiam Pontificis auctoritas accedere debet juxta *Extrav. ambitiosæ cit.* Verùm in Germania hanc non ampliùs requiri, ipsi Pontificii fatentur. vid. Engel *in Colleg. Juris Canon. ad tit. de rebus Ecclesiæ alienand. n. 24.* Wiestner *in diss. de alienat. canon. rerum Ecclesiæ temporal. p. 2. tit. 7. n. 27.* Barbosa *p. 2. juris eccles. c. 32.* Inter Protestantes idem observat Schilter. *ad jus feud. Allem. cap. 26. §. 12.* & Harprecht *resp. 57. n. 317.* ut adeoque ex defectu consensûs Papalis, ante reformationem forsan omissi, infeudatio

talis

talis impugnari non possit. In diœcesibus Protestantium Prælati itidem pro lubitu de bonis ecclesiasticis disponere nequeunt, sed ad consensum Capituli per *Capitulationes* adstricti sunt. Præterea quoque nonnunquam consensus Capituli non sufficit, sed aliorum quoque necessarius est, ut *Advocatorum & Patronorum*. Quorum potestas ab initio intuitu bonorum ecclesiasticorum exigua erat; paulatim vires sumpsit maximè circa bonorum ecclesiasticorum administrationem, adeò ut in plerisque ecclesiis citra ejus consensum nulla rerum alienatio & sic nec infeudatio suscipi potuerit, ut pluribus documentis illustrat Antonius Matthæi *de nobil. lib. 2. cap. 29. p. 503.* Quidquid itaque in hujusmodi negotiis citra auctoritatem Advocati factum erat, id invalidum erat, & sic nec investitura citra ejus consensum suscipi poterat, Hertius *de jact. Ordin. Cisterc. lib. sect. III. §. 18.* quod admodùm postea Prælatis displicuit, qui omnem lapidem moverunt, ut se ab hoc jugo, vel gravi ære soluto, vel alio modo liberarent. Similiter si Ecclesia est patronata, Patroni consensus quoque in infeudatione est necessarius, Cragius *lib. 1. feud. c. 13. §. 7.* cùm generatim citra ejus consensum nulla alienatio rerum ecclesiasticarum suscipi possit.

An advocatorum?

An patroni?

§. IV. Sed hæc ad *regulam* spectant: dantur etiam casus, in quibus Episcopus liberiùs agit, nec ad consensum Capituli adstrictus est. Generatim 1. F. 1. *pr.* antiqua consuetudo fundamenti loco ponitur in his rebus infeudandis. Huc ergo (I) pertinet, si per *consuetudinem diuturnam* legitimè probatam, solennia consueta vel in totum, vel pro parte, remissa fuerint, quæ, testibus Carpzovio *lib. 5. resp. 52.* & Wesenbecio *consil. 59. in f. & consil. 94. n. 9.* quoad maximam partem remissa sunt, adeoque non dubium est, quin etiam in totum remitti possint, *c. 6. in f. X. de his, quæ fiunt à Pral. sine consens. Capit.* Conf. Harprecht *cit. l. n. 174. & sqq.* Equidem Wiestnerus *cit. diss. p. 2. art. 4. & sqq.* universalem harum solennitatum abrogationem admitti non posse contrariâ consuetudine censet. Solennium horum introductio est merè juris positivi, maximè à Justiniano per *Nov. 7.* introducta, & à Pontificibus postmodum aucta, qualia quæ sunt, consuetudine abrogari possunt. Nec hæc *irrationabilis* censenda, cùm usque ad tempora Justiniani nullâ lege universali alienatio Episcopis interdicta, & in ipsa Romana Ecclesia usque ad Symachi Pontificis decretum, *anno 502.* latum, permissa fuerit, ùt testantur acta Concilii Romani apud Justellum & Voellium *in Biblioth. antiqua Juris Canon. p. 261.* Quod ergo per quinque secula in priori Ecclesia haud *irrationabile* visum fuit, id quoque consuetudine introduci posse, non ambigitur. Sed rariora forsan hujus exempla erunt, quia in plerisque Capitulis Prælati de bonis non alienandis jurare coguntur, & præterea capitulationibus noviter electi admodum constringi soleant, cùm Capituli intersit, ne bona ecclesiastica alienentur. vid. Pacianus *de locat. & conduct. Cap. 14. §. 9. n. 31.*

Nisi (1) consuetudo Episcopo libertatem infeudandi citra consensum capituli concesserit.

§. V. Similiter (II) Capituli consensus haud necessarius est, si feudum ecclesiasticum non ex bonis Ecclesiæ, sed ex allodialibus laicorum rebus nascitur, per *oblationem solennem*, quia talis infeudatio non est alienatio, sed potiùs dominii directi acquisitio, in qua nullâ deliberatione opus, cùm Ecclesia damnum non sentiat. Nec obstat, quod Prælatus ita brevi manu rem Ecclesiæ antea donatam rursus tradere videatur; in effectu enim hic non adest talis alienatio, quæ Jure Canonico prohibita est, sed multò magis commendata, laudata, approbata. E contrario Capituli consensus necessarius foret, si Prælatus bona Ecclesiarum immobilia alteri in feudum offerre vellet *cap. fin. de bonis Eccles. alienand. in 6.* in qua oblatione translatio Dominii directi in alterum continetur. Multominùs (III) consensus Capituli necessarius est, quando ex statuto Capituli Prælatus res quasdam in feudum aliis dare tenetur. Sic in statuto Monasteriensi provisum, Prælatum ne quidem adjudicata & aperta feuda masculina retinere posse, his verbis: und soll der keines behalten, sie wären dann Jhro F. G. zuerkennet durch ihre Mannschafft, und alsdenn soll er die nit behalten länger denn Jahr und Tag, und wofern innwendig der Zeit niemand von denen Blutsfreunden männlicher oder weiblicher Gebauer erschienen wie sie sollen, so sollen Jhre F. Gn. die Güter verleihen etwan einer tüchtigen Person, und die keiner Weise behalten, noch ihrer Tafel zueignen. Cùm secundùm hoc statutum infeudatio sit *necessitatis*, & Prælato imperata, frustra solennitates canonicæ exiguntur, cùm de ipsa causa alienandi nullus injici possit scrupulus. Interim nihilominùs Decani & Capituli consensus in statuto cit. desideratur, ut *affectio Episcopi erga suos consanguineos refrenaretur, & industriæ personarum, quibus majora feuda concedenda sunt, ratio haberetur*, ut verba Joannis à Sande *in comment. in consuetud. Gel. feud. tit. III. cap. 1. §. 7. n. 86.* mea faciam.

Vel (2) feuda ex oblationibus laicorum ortum trahant.

Vel (3) ad infeudandum obligatur ex statuto capituli.

§. VI. Addunt (IV) etiam hunc casum, si necessitas Ecclesiæ præsentissimam infeudationem urgeat, ut absque damno & detrimento Ecclesiæ differri non possit, quòd *necessitas* legi non sit subjecta, Klock. *tom. 4. consil. 79. n. 212.* Schrader. *P. 4. cap. 2. n. 14.* vel potiùs, quia si necessitas notoria & manifesta est, frustra causæ cognitio desuper instituitur, quæ tantùm *in re dubia* desideratur. Nam causæ cognitio & consensus Capituli tantùm est propter *justam causam*, de qua si aliunde satis constat, frustra defectus mediorum allegatur. Idem tamen non admittit Schraderus *cit. l. n. 13.* in casu, si investitura de novo feudo sit conjuncta cum manifesta *utilitate* Ecclesiæ, vel etiam si Prælatus investiens paratus sit Ecclesiæ de bonis suis patrimonialibus aliam rem immobilem æquè bonam reddere, de quo tamen dubito. Posteriori enim casu Ecclesia nullum sentit damnum, ad

Vel (4) necessitas præsens infeudationem desideret.

Vel utilitas.

ad quod præcavendum tantùm solennitates canonicæ inventæ sunt, & priori casu itidem manifesta est *justa* alienandi *causa*, ut causæ cognitio cum decreto frustanea sit arg. *l.* 8. . 6. *de transact.* Harprecht *responso* 57. *n.* 290. *& sqq.* Alexander Raudensis *de analogia cap.* 38. *n.* 3. Hoc ipsum eò magis in infeudatione admittendum, cùm per eam minùs quàm per *simplicem alienationem* Ecclesiæ præjudicetur, & spes supersit, aliquando rem talem ad Ecclesiam reversuram esse, ut ipse fatetur Schrader. *cit. l. n.* 10. Huc pertinet, si res alias Ecclesiæ onerosæ & non adeò cultæ iis in feudum dantur, qui illas ad culturam reducere satagunt. Similiter, si feudum Ecclesiasticum alienatum est, quod non facilè per Prælatum recuperari potest, qui illud Laico in feudum concedere non prohibetur ad effectum, ut illud suis expensis recuperet, & in feudum per Ecclesiam recognoscat, *cum ita ipsa Ecclesia per hunc illud rehabeat*, ut dicitur *in c.* 2. *in fin. X. de feudis.* Multominus (V) solennitas est necessaria, si antea res Ecclesiastica legitimè in feudum est data, de cujus redintegratione postea tantùm agitur, ne alioquin Vasallus à Prælato decipiatur *c.* 5. *X. de denotat.*

(5) Si tantum feudū redintegrandum.

§. VII. Potissimùm verò (VI) huc pertinet, *si rem, in feudum dari solitam*, & ad Ecclesiam reversam, de novo alicui in feudum Prælatus concedere velit, quod ipsum sine solennibus canonicis fieri posse, colligunt ex *c.* 2. *X. de feudis. vid.* Schraderus *de feud. P.* 4. *cap.* 2. *n.* 16. *& seqq.* Wiestner *ad Jus can. tit. de feud. n.* 22. *& sqq.* Cragius *de feud. lib.* 1. *tit.* 13. §. 13. Rosenthal, *de feudis cap.* 4. *conclus.* 21. Struvius *in S. I. F. cap. V. aph.* 9. *n.* 2. Veterum hæc assertio scrupulo non caret. Nam *in cit. c.* 2. Pontifex consultus fuerat ab Archiepiscopo Mediolanensi, qui juramento se adstrinxerat, *Romano Pontifice inconsulto*, se nullam rem in feudum dare velle, utrum etiam hoc juramentum ad eum casum trahendum sit, si vasallo defuncto feudum ad ipsum rediisset? Non ergo quæstio fuit, utrum *sine consensu Capituli* & *Decreto*, sed tantùm an *inconsulto Pontifice*, illud de novo in feudum concedi possit? Respondit Pontifex hoc modo: *in primo casu feudum decedentis liberè, si videris expedire, concedas.* Justam hic causam requirit Pontifex in verbis, *si videris expedire*, de quo ipsemet juxta *c.* 4. *&* 5. *X. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capit.* solus decernere nequit, cùm in omnibus *gravioribus negotiis* consensum Capituli requirere debeat. Nova præterea lux huic textui accedit 2. *F.* 5. ubi dicitur: *& ideo sciendum est*, *Archi-Episcopum Mediolanensem non posse dare in feudum, quod tempore introitûs sui in dominico*, h. e. patrimonio ecclesiæ, *invenerit*: *sed si ei postea feudum aperiatur*, *ipsum rectè dabit.* Dubitabat ergo Archi-Episcopus, an, quia feudum, tempore antecessoris ad Ecclesiam reversum, inconsulto Pontifice de novo alicui concedere non possit, hoc etiam extendi debeat ad eum casum, quo ipso sedente feudum Ecclesiæ apertum sit, quod in utroque textu negatur, de modo verò infeudandi nihil adjungitur.

(6) Si res in feudum dari solita. Cujus rationes dubitandi adferuntur.

§. VIII. Verùm pro sententia communi rectè urgent 1) quod 2. *f.* 35 *in f.* generatim omnibus Episcopis hæc potestas indulta sit, his verbis: *profectò alii Episcopi & Clerici ea, quæ in dominico habent, & feuda his aperta olim dederint, & hodie dant.* Equidem regeri posset, quod etiam observat Cragius *de feudis lib.* 1. *tit.* 13. §. 14. hoc ipso *consensum Capituli* minimè excludi, utpote quod Episcopo ab antiquissimis temporibus instar *Senatus ecclesiastici* constitutum est. Ast hic consensus tantùm de *necessitate* est, ubi agitur de alienatione *prohibita*, non verò, quando *liberè* Prælato permissa, prout in casu præsenti expeditum est, & quamvis *in c.* 4. *&* 5. *X. de his, quæ fiunt à Prælat.* consilium Capituli in genere in *negotiis ecclesiasticis* desideretur, illud tamen per se Prælatum non obligat, nec ejus defectus actum vitiat, quod secus est, ubi consensus Capituli, ut in alienatione *prohibita*, necessarius est. 2.) Præterea pro declaratione hujus sententiæ singularis exceptio de Archi-Episcopo Mediolanensi in *cit. textu* adducitur, quæ in contrarium eò magis regulam firmat. 3) Ecclesia ex tali alienatione non adeò detrimentum capit, maximè cùm bona talia, ad Ecclesiam reversa, prout suprà dictum est, ex *oblationibus Nobilium* utplurimum orta sint, ut æquum videatur, illa rursus aliis Nobilibus in feudum concedere. Magis liberalitas nobilium erga Ecclesiam impediretur, quàm provocaretur, si exploratum haberent, bona sua in casum aperturæ ab Ecclesiæ de novo aliis nobilibus concedi haud posse, quæ ratio sine dubio Innocentium III. induxit, ut *liberam investiendi facultatem* Episcopis concesserit: imò hæc eadem ratio quoque Capitulis quibusdam ansam dedit, constringendi solenni pacto Prælatos, ut aperta feuda rursus habilibus conferrent. Conf. Harprecht *responso* 57. *n.* 176. His 4) accedit notoria Germaniæ consuetudo, de qua testatur Gailius *lib.* 2. *Obs.* 161. *n.* 4. quæ eò majus pondus habet, quòd ne quidem in aliis alienationibus, quæ magis Ecclesiæ præjudicant, tam strictè scrupulosis Juris Canonici solennitatibus insistatur, ut pleniùs demonstrat Harprecht *cit. l. n.* 294.

Rationes decidendi, quibus hæc exceptio defendi potest.

§ IX. Quænam autem res dicantur *in feudum dari solitæ*, admodum fluctuant interpretes, ut liquet ex traditis Struvii *in observat. feudal. ad cap. V.* § 3. Schraderi *de feudis P. IV. cap.* 2. *n.* 25. Wiestneri *ad tit. X. de feud. n.* 26. *sqq.* Rosenthalii *cap.* 4. *de feudis concl.* 29. *sqq.* aliorumque. Id generatim ex *c.* 2. *X. de feudis &* 2. *F.* 35. liquet, supponendum hic casum esse feudi Ecclesiæ aperti, & ad eam reversi. Hoc inprimis contingit: 1) si feuda talia olim Ecclesiis *oblata* sunt, quæ cum hac *primordiali qualitate* in Ecclesiam translata sunt, ut in feudum ab Ecclesia recognoscerentur, de quo casu nullum est dubium. 2) Si feudum ex patrimonio Ecclesiæ olim solenniter datum, & validè ita alienatum est, quippe quod in eam causam hoc ipso jam pervenit, ut in feudum dari solitum sit, quocunque demum tempore à Vasallo possessum fuerit: neque enim, quod pleri-

Quænam res dicantur in feudum dari solitæ.

que

que interpretes contendunt, hic de *consuetudine* infeudandi quæstio vertitur in *quibuscunque* bonis Ecclesiasticis, sed de re speciali in feudum dari solita, circa quam in citatis textibus nihil ulterius desideratur, quàm ut olim in feudum legitimè data, & postea ad Ecclesiam reversa sit. 3) Ex accidente contingere potest, ut hic lapsus annorum desideretur, si in prima infeudatione defectus quidam occurrat, qui demum per lapsum 40. annorum tollitur, & Ecclesia à revocatione feudi excluditur. Valida hoc modo fit prima investitura, & ita post hoc tempus res fit infeudari solita, ut rectè observat Wiestner *cit. l. n.* 28. Equidem Schraderus *cit. l.* arbitratur, talem rem in feudum dari solitam non antea dici posse, nisi, post primam concessionem, tantum temporis præterierit, cujus in contrarium memoria non exstat. Verùm cum contra Ecclesiam 40. annorum præscriptio sufficiat, id non aliter admittendum censeo, quàm si bona mensalia sine adhibitis solennitatibus olim in feudum concessa sunt, quæ demùm *præscriptionem immemorialem* requirunt. L. B. de Lyncker *resp.* 2. *n.* 143. & 157. Redoanus *de rebus Eccles. non alienand. III. n.* 31. Equidem qui antiquitatem temporis in genere hic desiderant, confugiunt ad *extrav. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alienand.* ubi res Ecclesiæ alienari prohibentur, additâ hâc clausulâ: *Præterquam in casibus à Jure permissis ac de rebus & bonis in emphyteusin* ab Antiquo *concedi solitis.* Ast enim verò contextus apertè docet, clausulam hanc ad solam *emphyteusin* pertinere, in qua hæc peculiaris ratio est, quod olim terræ incultæ ab Ecclesia in hunc finem emphyteutis concessæ sint, ut ad culturam reducerentur, quod non potest non *temporis vetustatem* requirere, sine qua ad culturam redigi non possunt, quod tamen ad infeudationem minùs necessarium est, nec in *c.* 2. *X. de feud.* ut & 2. *F.* 35. præsupponitur. *Ad lapsum annorum hic minimè respiciendũ.*

§. X. Ex quo fluit, (I) adeò liberè Episcopum talia bona aperta conferre posse, ut etiam consanguineis suis illa conferre non prohibeatur; Schraderus *cit. l. n.* 18. (II) nec impediri, quo minùs ea Capitulo suo in feudum det. Negat hoc Rosenthal *cap.* 4. §. 35. & cum eo B. Harpprecht *resp.* 66. *n.* 65. ex ea causa, quod Episcopus absque consensu Capituli sui reinfeudandi quidem licentiam habeat, verùm non aliter, nisi id modo hactenus consuetudo faciat, adeóque conditionem Ecclesiæ duriorem reddere non possit, quòd tamen hoc casu fieri videtur, cum nulla superyt spes, ut mensæ Prælati unquam aperiantur. Verùm cum aliàs ne quidem totalis alienatio ab una Ecclesia in aliam, in eâdem Diœcesi sitam, ob defectum consensus Superioris impugnari possit, multominùs talis investitura, quæ Prælato integra fuit, improbari poterit, præsertim cum bona talia ex patrimonio Ecclesiæ haud abeant, quod unicè leges Ecclesiasticæ præcavere voluerunt. (III) Posse Prælatum feudum masculinum, ad ipsum reversum, jure feudi promiscui de novo alteri concedere; vel alia pacta adjicere, quibus receditur à prima investitura. Rursus hic plerique dissentiunt, ùt Klockius *tom.* 3. *consil.* 250. *n.* 154. Schrader *de feud. P.* 2. *cap.* 3. §. 74. Harprecht *cit. l. n.* 66. Rosenthal *cap.* 4. *concl.* 37. *n.* 2. adeò, ut si *durior conditio* adjecta fuerit posteriori investituræ, illa ipsa pro non adjecta haberi debeat, & Investitura tantùm subsistat, quatenus secundùm primam composita est, quâ in re utuntur tum argumento ab emphyteusi deducto, tum etiam communi juris ratione, quod Prælatus in præjudicium Ecclesiæ nihil novi constituere possit. Verùm cùm Prælatus in rebus infeudari solitis plus possit, quàm quod ei hactenus negatum est, rem scilicet de novo alicui in feudum dare, non apparet ratio, quare ipsi, quod minus est, denegandum sit. Plus autem esse, feudum Ecclesiæ apertum, & ad patrimonium ejus reversum, de novo alteri in feudum concedere, nemo in dubium vocabit, & cum ipsi *generatim* & *liberè* facultas reinfeudandi concessa, nec ullo modo restricta sit, meritò à communi sententia recedendum est. Imo ipsi dissentientes non adeò à nostra recedere videntur sententia, quando id fieri posse concedunt, si *justa* & *rationalis causa* id permittat, utpotè si ob benemerita vasalli novi pacta nova investituræ adjecta sint. Schrader *de feud. P.* 4. *cap.* 2. *n.* 22. B. Strykius *diss. de benemeritis cap.* 4. *n.* 44. Tiraquellus *ad legem, si unquam C. de revocand. donat. n.* 28. Harprecht *cit. l. n.* 86. Neque enim facilè continget, ut feudum tale apertum sine præcedentibus meritis, vel alia causa rationabili alicui concedatur, adeo ut Nicolaus Mozzius *in tr. de feudis tit. de his, qui feudum dare possunt p.* 61. *n.* 9. sufficere existimet, benemerita, servitia, & amorem ejus, cujus filia investitur, & *cujus amor & memoria in filiæ quoque utilitatem meritò exuberat*, ut verba Mozzii faciam mea, quod pleniùs illustrat Harprecht *cit. l. n.* 146. & *n.* 179. Eâdem ex ratione (IV) sequitur, ùt etiam *Jure veteris feudi*, feudum apertum alicui concedere possit. Quid enim refert, utrum vasallo pluribus filiis, & sic spe longæ posteritatis, instructo feudum concesserit, an verò illi, qui non nisi unicum filium, duosque fratres habet, ad quos hoc modo investitura extensa est, cum æquè facilè in hoc, quàm in illo casu ad Ecclesiam reverti possit? Illud sanè mirandum est, Rosenthalium *cap.* 2. *concl.* 14. adeò hoc in dubium vocasse, ut ne quidem *consensu Capituli* id effici posse crediderit, ex ea ratione, quod Prælatus cum Capitulo feudi naturam mutare nequeat, nisi adsint solennitates ad alienandum requisitæ, quod tamen petit id, quod est in principio. Asserunt omnes, in tali reinfeudatione non tam novam & veram esse alienationem, quàm primæ jam solenniter factæ continuationem, Harprecht *cit. l. n.* 55. imò *in c.* 2. *X. de feud.* expresse asseritur, rem talem ad Ecclesiam reversam *liberè* à Prælato rursus in feudum dari posse: *Talia feuda Prælatus etiam consanguineis confert. Etiam capitulo. Et mutata forma prioris investituræ. Et novo feudo qualitatem veteris addendo.*

quidni

quidni ergo etiam ita de novo concedere posset, ùt jure *feudi antiqui* Vasallus illam possideat, præsertim cùm tot exceptiones subjungat, sub quibus facilè, etiam stante sententia dissentientium, hæc concessio fieri possit.

Consensus capituli desideratur, si collatio simul ad capitulum spectat. Vel mensæ Episcopi res jam incorporata est. Vel statutũ consensum requirit. Vel indigentia Ecclesiæ reinfeudationi resistat

§. XI. Quandóque tamen ex accidente Capituli consensus necessarius est: si collatio feudi ad Capitulum & Episcopum simul spectat, id quod etiam in aliis beneficiis Ecclesiasticis obtinet: si res ad Ecclesiam reversa mensæ Episcopi incorporata fuerit, quo ipso adeò primam suam naturam amisit, ut jure ceterorum bonorum Ecclesiasticorum censeri debeat, adeóque in posterum sine solennibus consuetis de novo in feudum concedi nequeat. Rosenthal *de feud. cap.* 4. *concl.* 33. Non aliter autem hæc *incorporatio* facta censetur, quàm si expressâ declaratione & destinatione mensæ Episcopi applicata, vel diuturnò usu ad classem bonorum mensalium tracta, atque in libros, in quibus bona mensalia descripta sunt, relata fuerint. Neque enim pro *incorporatis* statim haberi possunt, quòd ab antecessore, quo sedente Ecclesiæ aperta sunt, retenta, & fructus inde percepti fuerint, vel quòd Prælatus ad aliquot annos fructus sibi reservaverit, suosque fecerit, ut constat ex *c.* 8. *de rebus Eccles. alienand. vel non* & 2. *F.* 35. *in f.* cùm inde destinatio ad perpetuum usum mensæ certo colligi non possit, & forsan aliundè nova investitura impediri potuerit. 4) Si statuto Capituli expressè cautum est, ut sine consensu ejus de novo in feudum non detur, ad quod ut plurimùm Prælati per capitulationes constringuntur. Wiestner *ad tit. de feud. n.* 32. 5) Si Ecclesia ad eam indigentiam ex publicis calamitatibus redacta est, ut admodum damnosa hæc reinfeudatio videatur, quorsum respexit Pontifex in *c.* 2. *X. de feud. in f.* ibi: *si videris expedire.* Quamvis enim soli Prælato de eo regulariter arbitrium relictum sit, non dubium tamen est, quin Capitulum contradicere possit, si in apertissimum detrimentum Ecclesiæ Episcopus aliquid attentare ausus fuerit. Tamburinus *tom.* 3. *de Jure Abbat. disp. XIV. qu.* 7. *n.* 4.

An bona mensalia ad Ecclesiam reversa reinfeudari possint?

§. XII. Præterea singulariter excipiunt interpretes *bona mensalia*, olim in feudum quidem legitimè data, sed postea ad Ecclesiam reversa, ùt & *decimas Ecclesiæ apertas*, quarum reinfeudationem adeò Prælato interdictam esse censent, ut ne quidem adhibitis solennibus rursus in feudum dari possint, sed accedere præterea debeat consensus Pontificis. vid. Cragius *lib.* 1. *de feud. tit.* 13. §. 13. & 14. L. B. de Lyncker *resp.* 2. Rosenthal *de feud. cap.* 4. *concl.* 27. Bona mensalia quod concernit, communiter provocant ad 1. *F.* 6. *pr.* ubi refertur Urbani II. decretum, ne tituli in feudum dentur, cujus historia *cap.* 1. relata est. Liquet ex ejus circumstantiis, ibi actum fuisse de revocandis Ecclesiis & Decimis, quæ secundùm morem illius temporis *promiscuè*, & *sine urgente aliqua necessitate*, à Laicis *Jure beneficiario* possidebantur, adeò, ut Ecclesiarum Pastores vix haberent, undè viverent, & hâc de causâ inertes, famelici, & jejuni Pastores sæpè Ecclesiis essent proponendi. Minimè ergo hoc decretum adeò extendendum est, ut etiam illa bona mensalia, quæ olim legitimè in feudum data, & sic infeudari solita facta sunt, quibusque hodie Ecclesia carere potest, complectatur; quodsi enim Ecclesia his bonis reversis indigeat, aliundè reinfeudatio impetitur. Accedit, quod respectum priorem, quem ante infeudationem habuerunt, semel amiserint, per infeudationem mensalia esse desierint, & in classem ceterorum bonorum alienatorum redierint. Apprime hac de re loquitur Harprecht. *resp.* 57. *n.* 88. *Bona mensalia*, aiens, *accedente canonica solennitate, etiam ob unicam infeudationem, qualitatem, & naturam bonorum mensalium in totum amittere, tum ex eo, quod res abalienari prohibita, semel alienabilis facta, talis maneat perpetuò; tum ex illo, quod, bonis semel in feudum datis, non detur illorum reinfeudatio, sed potiùs prioris infeudationis executio tantùm, liquet.* Conf. Nicolaus Eberhardus *vol.* 2. *consil.* 19. *n.* 6. *sqq.* Nicolaus Rodoanus *de rebus Eccles. non alienand. p.* 362. *sqq.* Barbosa *de offic. & potest. Episcopi P.* 3. *alleg.* 95. *n.* 29.

An decimæ ad ecclesiam reversæ.

Ad *decimas* quod attinet, constat, quòd Clerici ex Sacerdotio V. T. illas sibi appropriaverint, quæ tamen iisdem occasionibus, quibus bona cetera Ecclesiastica olim Jure beneficiario Laicis concessa sunt, in manus Laicorum *Jure feudi* provenerunt, quas ex professo illustrat Antonius Dadinus Alteserra *de orig. feud. c.* 5. Pro his reducendis æquè ac pro aliis Ecclesiæ bonis admodum solliciti fuerunt Pontifices, maximè in Concilio Lateranensi, relato in *c.* 19. & *c. ult. de decimis*, quo prohibitum, ne Laicis decimæ, tanquam *res spirituales* in feudum darentur; unde eas excipiunt, quæ ante hoc Concilium in feudum datæ fuerunt, quas, ad Ecclesiam reversas, rursus infeudari sine solennibus posse, tradit Rosenthal *cap.* 4. *concl.* 27. Quis verò legitimè demonstrabit, Decimas ante Concilium Lateranense in feudum jam dari solitas fuisse? quod quidem ex immemoriali possessione Rosenthal *concl.* 28. præsumendum esse putat, & admitti etiam potest ex eo, quòd contrarium probari non possit, non tamen ad hunc unicum casum respiciendum est. Quod si enim decimæ olim legitimè & justa de causa in feudum datæ sunt, naturam hanc peculiarem induerunt, ut in posterum quoque in feudum dari possint. Nec Concilium Lateranense justam alienationis causam excludit, sed tantùm, quæ olim frequens fuit, *temerariam* & *promiscuam* investituram decimarum coërcuit. Denique *decimarum*, & *bonorum mensalium*, aliarumque rerum Ecclesiasticarum non diversa est ratio: æquè hæ dicuntur *res spirituales*, & Deo consecratæ, ex mente Dd. Romanæ Ecclesiæ, ac quidem *decimæ*, & tamen si in feudum dari solitæ sunt Laicis, de novo aliis quoque concedi possunt. Quidni ergo idem judicium de *decimis* ferendum est, quæ ideò

Laicis

Laicis conferri prohibentur, quòd sint *res spirituales*, quales tamen etiam ceteræ res ecclesiasticæ censentur. Equidem inter Protestantes hoc nullam habet dubitandi rationem, sed tamen quin inter Catholicos idem rectè defendi possit, ex adductis rationibus existimo.

Capitulum sedevacante ejus reinfeudandi non habet.

§. XIII. Non eadem potestas circa reinfeudationem Capitulo, sede vacante, competit, quæ Prælato concessa est. Equidem Capitulum, sede vacante, ipso jure in *administrationem bonorum*, & *exercitium jurisdictionis* succedit, & ad comitia Imperii publica evocatur per *instr. P. art.* 5. §. 21. ceteraque jura territorialia exercet. Conf. *instr. P. art.* 5. §. 17. Hermosinus *de potest. Capituli sede vacante cap.* 1. *sqq.* Brunnemannus *Consil.* 125. *n.* 142. & *Consil.* 126. *n.* 106. non tamen *exercitium* prorsus *liberum* consequitur, sed *limitatum* & *restrictum*, cùm nihil innovare, nec præbendas vacantes rursus conferre possit per *c.* 1. & 2. *X. ne sede vacante aliquid innovet.* Eadem est ratio feudorum ecclesiasticorum, ad collationem Episcopi spectantium, & sede vacante apertorum, quæ similem ferè naturam cum *beneficiis ecclesiasticis*, Clericis conferendis, habent, ùt *Cap. I.* ostensum est. Si enim ne quidem Capitulum, sede vacante, beneficia ecclesiastica vacantia rursus conferre potest, quæ tamen necessariò aliis rursus conferenda sunt, & in quorum dilatione non leve incommodum Ecclesiis obvenire potest; multo minus feuda ecclesiastica, sede vacante aperta, aliis laicis rursus conferre potest, quod merè *arbitrarium* est, & facilè differri, & Prælati noviter electi arbitrio relinqui potest, Conf. Cragius *cit. l.* §. 12. Engelius *ad tit. X. de feud. n.* 4. Equidem Struvius *in S. J. F. cap.* 5. *aph.* 9. *n.* 6. urget, nihil hoc casu Capitulum innovare, si res sit infeudari solita, quia id facit, quod Episcopus facere debebat. Verùm hæc ratio quoque ad *collationem præbendarum* applicari posset, si concludens esset, præsertim cùm Episcopus haud debeat præcisè talia bona rursus aliis in feudum dare, sed hoc ipsius arbitrio relictum sit. Alii, ùt Rittershusius *lib. I. de feud. cap.* 5. *qu.* 11. & Rosenthal *cap.* 4. *concl.* 26. id quidem admittunt in *Capitulis Cathedralibus*, non verò in Ecclesiarum inferiorum, quibus, sede vacante, reinfeudationem concedunt. Verùm rursus quæstio superest, an hoc jus in Capitulum vel Collegium transeat? quod ex adductis rationibus corruit. Neque enim potest plus transire in Collegium inferioris Ecclesiæ, Prælato defuncto, quàm aliàs transit in Capitulum Ecclesiæ Cathedralis.

nisi ad mensam Capituli feudū apertum spectet. vel conjunctim cum Episcopo.

Hoc sanè planum manifestumque est, posse Capitulum illa rursus aliis conferre, si speciatim ad *mensam* ejus spectant, cùm etiam, sede non vacante, investitura hæc illi competat. Schrader *de feud. P. IV. cap.* 2. *n.* 32. Wiestner *ad tit. de feud. n.* 30. Quin etiam sicuti nonnunquam collatio præbendarum, ita quoque collatio feudorum ad Episcopum & Capitulum conjunctim pertinet, quo casu sede vacante huic jus reinfeudandi competit: vivente autem Prælato, Capitulum solum id exercere nequit. vid. *c. un. ne sede vacante in* 6. In dubium quidem hoc vocat Wiestner *cit. l. n.* 31. quòd ex *cit. c. un.* argumentum legitimè ad feuda trahi non possit, quam sententiam etiam tuetur Schrader. Uterque tamen solidam diversitatis rationem non adfert, quæ eò magis hic desideratur, quòd collatio *præbendarum & feudorum* ex uno eodemque fonte deduci debeat, nisi forsan collatio primariò soli Episcopo debeatur, & *consilium* vel *assensum* Capituli tantùm expetere teneatur, quem casum ipse Pontifex in *c. un.* excipit.

An mediati Prælati jus conferendi feuda habeant?

§. XIV. Parem potestatem non habent Ecclesiæ *mediatæ*, earúmque rectores. Quamvis enim I. F. 1. Abbatibus, Abbatissis, & Præpositis facultas feudum dandi indulta sit, *si antiquitus consuetudo eorum fuerit feudum dare;* id tamen tantùm inde colligi potest, reinfeudationem esse in rebus, ab antiquo in feudum à Monasterio dari solitis, permissam. Diversa est ratio, si feudum prorsus *novum* in bonis Monasterii constituendum, quod *sine consensu Episcopi*, in cujus diœcesi Monasterium situm est, fieri nequit, si vel maximè causæ cognitio, consensus totius conventus, aliaque solennia accesserint, Tamburinus *de Jure Abbat. tom. III. disp. XIV. qu.* 4. *n.* 4. & *sqq.* cùm omnis alienatio *Ecclesiis mediatis* interdicta sit sine consensu Episcopi. Conf. Cragius *lib. I. feud. tit.* 13. §. 10. & §. 13. Patroni consensus non sufficit, cujus auspiciis nulla suscipi potest alienatio, quamvis in Anglia & Scotia teste Cragio *cit. l.* §. 13. aliud receptum sit. Denique reliquarum Ecclesiarum Pastores & Clerici idem jus habere videntur circa feuda, ad beneficium eorum spectantia, & quæ ab antiquo à Parocho in feudum concessa fuerint, tum quia *vi officii pastoralis*, nomine Ecclesiæ, dominium directum hactenus exercuerunt, laudemia perceperunt, investiturasque fecerunt, tum etiam, quia nihil novi faciunt, quia eo jure, quo hactenus bona penès Ecclesiam fuerunt, in posterum quoque utuntur.

De Urbani VIII. Constitutione derogatoria.

§. XV. His omnibus, quæ hactenus allata sunt, derogatum videtur per constitutionem Urbani VIII. *de anno* 1625. à Tamburino *cit. l.* adductam, in qua Pontifex singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, ceterisque Ecclesiarum & locorum piorum utriusque sexûs Præsulibus, Prælatis, Præsidentibus, Rectoribus, Præceptoribus, Commendatariis, & Administratoribus, nec non Capitulis, Conventibus, Collegiis, in quorumvis Principum secularium ditione temporali existentibus, sub gravissimis pœnis ecclesiasticis injungitur, ne de cetero civitates, terras, castra, oppida, villas, arces, fortalitia, munitiones, territoria, districtus, jurisdictiones, aut quævis alia loca vel bona jurisdictionalia, aut eorum partem etiam minimam, tam quæ ad præsens per Ecclesias & Monasteria & loca hujusmodi pleno jure possidentur, quàm ea, quæ in feudum vel emphyteusin concessa, & ad Ecclesias reversa, etiamsi Ecclesiis adhuc incorporata, & de eorum mensa effecta non sint, vel quæ quocunque modo in futurum ad Ecclesiam devolventur, etiamsi ex antiqua seu immemorabili

 consue-

consuetudine, aut etiam Privilegiis Apostolicis in feudum concedi consueverint, quibuscunque rursus in feudum concedere præsumant, irritas declarando & nullas investituras, quæ contra hanc quæstitutionem in posterum factæ fuerint, non obstantibus constitutionibus in corpore Juris insertis, Statutis & consuetudinibus. Ipsa constitutio tam amplissimis concepta est verbis, tamque infinitis munita clausulis, ut vix ullus casus fingi possit, quo facultas reinfeudandi Prælatis Ecclesiisque superesse queat. Verùm dubito, utrùm hæc constitutio unquam in Germania in usum deducta & recepta fuerit, quæ mores antiquos ægre hactenus deposuit, Prælatis admodum pro sua libertate pugnantibus. Atque hæc fere ratio est, quòd interpretes Juris Canonici in Germania vix hujus constitutionis mentionem faciant, simulque judicium præbet, eam in Germania esse ignotam, & praxin antiquam Juris Canonici continuatam.

Possunt etiam Prælati liberè exspectativas in feudis eccles. concedere.

§. XVI. Quemadmodum itaque Prælati in rebus, infeudari solitis, *directo* feudum concedunt; ita quoque ex eadem ratione *exspectativam* concedere non prohibentur, quod jure antiquo feudali in 1. *F.* 3. 2. *F.* 26. §. *moribus*, & 2. *F.* 35. quoque confirmatum est. Equidem aliàs Prælatis prohibitum est, ecclesiastica ministeria, vel Ecclesias aut beneficia alicui promittere, antequam vacent, per *c.* 2. *X. de concess. præbend. & eccles. non vac.* 1) ad evitandum votum captandæ mortis, 2) quòd legibus gentilium hoc etiam reprobatum, adeoque in ecclesiis non sit permittendum, quod etiam gentiles homines condemnare curaverunt, id quod postea BONIFACIUS IX. in *c.* 2. *eod. tit. in* 6. latius extendit, & ex adductis rationibus ad feudorum ecclesiasticorum exspectativas trahendum esse videtur, utpote in quibus eædem rationes occurrunt.

Quod contra objectiones defenditur.

Verùm quemadmodum hæ prohibitiones Juris Canonici haud impedimento fuerunt, quo minus Prælati Canonicos receperint sub exspectatione præbendæ vacaturæ, quod tot exempla Canonicorum *in herbis* existentium demonstrant, vid. Barbosa *de Canonicis cap.* 12. *n.* 23. Wiestner *ad tit. de concess. præbend. & eccles. non vac.* §. 6. ita multo magis in feudis ecclesiasticis exspectativas concedendi mos antiquus usque ad nostra tempora continuatus est, præsertim cùm in Jure feudali Longobardico eadem facultas Clericis quoque confirmata fuerit. Neque enim, quæ aliàs *pactis successoriis* objici solent, ita comparata sunt, ut turpitudinem quandam moralem *absolutè* & *in genere* contineant, nec omne, quod à Majoribus Romanis olim alienum fuit, aliarum gentium institutis præjudicat. Germani sanè, quibus feudorum origo & cultura debetur, nunquam à *pactis successoriis* abhorruerunt, præsertim cùm usum testamentorum nullum habuerint. Pactis ubique magis inhæserunt, quàm Romani, adeò ut fidem fallere gravissimum scelus esse existimaverint. Inprimis verò in feudis successoriis opus fuit, quæ sua natura olim usque ad Conradi Salici tempora morte vasalli exspirabant, nec jure successionis *ordinario* in liberos derivabantur. Quòd si his de novo conferebantur, id ex speciali gratia Domini, vel pacto cum eo inito, dependebat, ut revera successio liberorum esset *pactitia*, vel nova feudi ex *pacto* vel *gratia* collatio, unde ortum *simultanea investitura*, das Geding, h. e. successio pactitia, traxit. Primus fuit Conradus Salicus, qui anno 1027. in constitutione, quæ 3. *F.* 1. adfertur, ad filios & nepotes feuda devolvi statuit. *Ut itaque ulteriores agnati, multo magis extranei succederent in feudis, præter relevium etiam alio peculiari remedio opus erat, scilicet conventione, quâ futuræ successioni destinatus à possessore, simul cum hoc eodem investiretur à domino, itaque condominium acquireret, cujus vi postea etiam possessionem, & omnimodam fructuum perceptionem adipisceretur: id quod investitura nostra simultanea revera est*, ut verba Schilteri *de simultanea investitura cap. II.* §. 1. mea faciam. Hæc ipsa simultanea investitura revera quædam *exspectativæ qualificatæ* species est, adeò ut in *Jure Saxonico feudali cap.* 32. dicatur, fratres post divisionem feudi jus succedendi amittere, cum hac clausula: Ihm sey dann anderweit das Gedinge und die Anwartung daran geliehen, quid autem est aliud das Gedinge, quàm *pactum*? quid Anwartung aliud denotat, quàm *exspectativam*? inde non obstantibus Juris Romani, imò Canonici rationibus, exspectativæ in feudis sunt approbatæ, ut etiam in Jus Longobardicum penetraverint, nec à praxi feudorum ecclesiasticorum alienæ fuerint.

Minus juris tribuit nuda exspectativa.

§. XVII. Magna tamen in his est differentia inter *actualem horum feudorum collationem*, & *nudam exspectativam*, in rebus infeudari solitis alteri promissam. Illa per se firma est, adeò ut, si Prælatus paulò ante mortem suam vel remotionem rem Ecclesiæ alteri in feudum dederit, hæc investitura valeat, ut nec à successione revocari possit. Schrader *de feud. P. IV. cap. II. n.* 18. Exspectativæ diversa est ratio, quæ demum vigorem recipit, si vivo Prælato, exspectativam concedente, feudum Ecclesiæ apertum fuerit; extinguatur verò, si post ejus mortem, cùm, qui titulo singulari succedit, ex promisso antecessoris haud teneatur, sicuti aliàs heres ex facto defuncti.

Nam successor non tenetur antecessoris expectativâ implere.

Hoc discrimen inter feuda ecclesiastica & secularia etiam passim Jus Longobardicum inculcat; quamvis si vel maximè ejus mentionem non faceret, ex *natura successionis singularis* seu *electionis* per se peti posset. Illustrationis ergo gratiâ non inutile erit, scita Juris Longobardici huc regustare. Ait Feudista 1. *F.* 3. *Si verò Archi-Episcopus, Episcopus, vel Abbas, vel Abbatissa investituram ejus feudi, quod alius detinebat, eo tenore alicui dederit, ut post decessum ejus, qui possidet, habeat: & antè decesserit Archi-Episcopus, quàm ille, qui feudum possidebat: successores eorum non coguntur eam investituram facere, vel confirmare, etiamsi pares ejus curtis adsint testes, vel breve testatum inde sit: nisi ille, qui investituram acceperit, nomine ejus in possessionem missus feudi sit, eo consentiente, qui detinet. Sed si ille, qui feudum possidet, prius decesserit,*

quàm

quàm ille, qui investituram fecit, jure cogitur eam ratam habere. Laici verò iisdem modis omnibus, quibus suprà diximus, si aliis investituram dederint, heredes eorum, si rationibus claruerint, omnimodo eam adimplere compelluntur. Idem repetitur 2. F. 26. his verbis: *Moribus receptum est, dominum de feudo militis sui, quod post mortem ipsius ad dominum reverti sperabatur, in alium militem investituram facere posse, quæ investitura tunc demum capiet effectum, cùm feudum Domino aut hæredi suo fuerit apertum. Secùs est in ecclesiasticis personis. Nam si ecclesiastica persona talem faciat investituram: non aliter valebit, nisi sibi, non etiam successori suo feudum aperiatur: & in tali investitura consensus ejus, de cujus feudo sit, exquiri non oportet.* Denique 2., F. 35. idem inculcatur his verbis: *ubi Clericus de alterius feudo fecerit investituram, siquidem purè, non valeat, sed si sub tempore vel conditione, quo feudum sibi aperiatur, valebit investitura, etiam sine voluntate vasalli facta, si tamen ante decesserit investitor, quàm feudum ad eum revertatur: successor non cogitur eam habere ratam.* Rationem diversitatis rectè ex diversitate succedendi petit Borcholt *in comment. feud. cap. VII. n.* 19. &, *Laicus*, ait, *est heres defuncti, & succedit in universum jus ejus. At Clericus non est heres defuncti, non succedit in universum jus defuncti, sed in jus Ecclesiasticum, idque non tam hereditario jure, quàm electionis.*

§. XVIII. Atque hoc quidem ad *regulam* spectat. Sunt etiam exceptiones, quibus successor Prælatus ex defuncti exspectativa obligatur. Prima est, si feudum, superstite adhuc Prælato, exspectativam concedente, aperiatur, possessionemque feudi exspectivarius acceperit, quo ipso jus radicatum in feudum, jam vivente Prælato, consecutus est. Equidem Rosenthal *cap. 6. de feud. concl. 16. n.* 5. posteriùs non exigit, sed simpliciter successorem *ad tradendum* obligari, & sufficere contendit, quod casus in exspectativa expressus, vivente Prælato, exstiterit. Ait, textus feudales tum demùm successorem Prælati non obligari, innuere, si Prælatus investitor priùs moriatur, quàm feudum aperiatur, ergo à contrario si, Prælato investitore vivente, feudum apertum sit, agi posse contra ejus successorem, quoniam, vivo investiente, investito jus efficaciter quæsitum fuit. Verùm si de *genere actionis* quæritur, quâ ad implementum exspectativæ agendum, faciendum utique cum Bornio *diss. de exspectativis cap.* 8. §. 7. asserente, *actionem personalem* ex simplici exspectativa nasci ad rem in feudum tradendam. Hoc posito, fundamentum nullum exquiri poterit, unde successor in officio ex facto defuncti obligari queat: licèt enim casus exstiterit, vivente investitore, quo ad implendam exspectativam agi possit, ille tamen jam extinctus est, qui obligabatur, qui autem successit, in obligationem defuncti non transit, & sic ad tradendum conveniri nequit. Secunda est, *si cum consensu Capituli exspectantia concessa*, quod de eo casu accipiendum, si ad Prælatum & Capitulum conjunctim collatio spectat, quia, mortuo licèt Prælato, Capitulum adhuc superstes est, quod nunquam moritur, & sic efficacia exspectativæ morte Prælati non exspirat. Vid. Bornius *cit. l.* §. 24. Struvius *in S. I. F. cap. 7. aph. 9. n. 6.* Rosenthal *cit. l. n.* 7. Non idem dicendum arbitror, si *principaliter* collatio feudi ad Episcopum pertinet, ut tamen *consilium* vel *consensum* Capituli requirere teneatur, quia sic Capitulum non *conjunctim* confert feudum, sed Prælatus designat personam, & à Capitulo tantùm exquirit, an justam dissentiendi causam habeat, quâ non allatâ, ipsemet exspectativam confert. Ipsum verò Capitulum ad collationem hoc casu non concurrere, satis liquet ex *c. un. ne sede vacante in 6.* adeóque si vivente Prælato casus aperturæ non exstiterit, exspectivario non prodest, quod hoc casu magis *votum negativum* habere videtur.

Nisi (1) Prælato vivente feudum apertum sit.

Vel (2) cum consensu capituli exspectativa concessa.

§. XIX. Tertiam exceptionem ipse Feudista 1. F. 3. suggerit, his verbis: *nisi ille, qui investituram acceperit, nomine ejus in possessionem missus feudi sit, eo consentiente, qui detinet.* Ingentes difficultates hæc ipsa peperit Interpretibus, adeò, ùt Rosenthal *cit. l. n.* 8. *sqq.* ex his laqueis se extricare haud potuerit. Hartmann Pistor. *lib. 2. qu. 27. n. 41. & sqq.* & cum eo Caspar Bitschius *ad cit. textum p. 47. & sqq.* in verbis adductis casum supponunt, quo antiquus feudi possessor consentiendo in talem missionem sibi præjudicat, & feudo se abdicat in favorem exspectivarii. Sed hanc sententiam non admittit Rosenthal *cit. l. n.* 14. quod hâc ratione feudum re verâ Prælato investienti per *refutationem*, non Successori aperiatur. Huc addi potest, quòd, supposito hoc casu, exceptio non sit de regula: illa quippe disponit de obligatione successoris ex defuncti exspectativa feudo post mortem investitoris aperto; hæc verò ex mente horum interpretum non casum exspectativæ, sed *realis* feudi *collationis* continet, adeóque hæc interpretatio regulas interpretandi admodum lædit. Imò quæstio Domitiana re vera proposita fuisset, cùm nihil amplius, quod à Successore impleri debeat, supersit. Jejuna admodum est ratio dubitandi, quam Bitschius *cit. l. p.* 60. adfert, quod talis abdicatio ab antiquo possessore in fraudem Successoris facta fuisse videatur, qui tamen, si se feudo abdicat, jure suo utitur, nec de Successore cogitasse videtur, cui, postquam nondum exstitit, fraus fieri non potuit; ne dicam, feudistam de illo consentiente, qui feudum adhuc *detinet*, & sic in possessione feudi manet, loqui, nulloque ex indicio apparere, quod post consensum interpositum feudum detinere desinat, quod tamen divinatoriè adstruit Bitschius *cit. l. p.* 61. Hi scrupuli moverunt Rosenthalium *cit. l. n.* 14. ut statueret, per consensum possessorem feudi sibi haud præjudicare, nec jure suo cadere; interim successorem Prælati nihilominùs teneri.

(3) nisi consentiente possessore exspectivarius in possessionem feudi missus sit.

An ita ultimus possessor feudum amittat?

Rosenthalii sententia.

Verùm

quæ tamen itidem difficultatibus non caret.

Verùm nec hoc casu omnes superatæ sunt difficultates. *Quomodo enim*, ipsemet sibi objicit Rosenthal *n.* 13. *hic Sempronii*, h. e. ultimi possessoris, *consensus, ut Prælatus de feudo, ab ipso Sempronio adhuc possesso, Sejum investiat, eumque immittat, hoc operari possit, ut Prælati successorem obliget in futurum, antecessoris sui promissionem explere, haud assequor. Quoniam ratio prædictorum, cur Prælati successor non obligetur, ea reddi solet, quod videlicet Jus Prælati in administratione consistat, & id non ex successione, sed electione consecutus sit. Et ideò in futurum non debeat disponere in præjudicium successoris, nec illi jus quærendi & conferendi feuda, quæ tempore ejus administrationis aperientur, præripere.* Addit Idem *n.* 15. *præfati dogmatis nullam rationem manere, nisi dixeris, cùm ita abusivè, & in possessionem veram, consensu Sempronii viventis adhuc, inductus sit secundus vasallus à Prælato, quod investitura hujus seculi quodammodo perfecta, & is jus in re consecutus sit, adeò, ut Prælati successorem sic obstringat. Quodsi admittatur, sequeretur, successoribus in Prælaturis facilè fraudem necti posse.* Non tangit verò hoc dubium, in quem finem consensus ultimi possessoris hoc casu necessarius sit, cùm secundùm Rosenthalii sententiam de ejus præjudicio non agatur? Sic quando Coadjutor à Capitulo cum spe certissima succedendi eligitur, in qua re vera talis exspectativa occurrit, consensus Episcopi coadjuvandi haud præcisè necessarius est, sed Pontificis auctoritas sufficit.

Pro solvendis his dubiis præmittitur differentia inter exspectativam simplicem & qualificatam. Simplex reprobata in præbendis, non in feudis. qualificata. per quam transfertur jus in re. & successor obligatur ex lege ad præbendam cōferendam.

§. XX. Ut ex his eluctari queamus scopulis, è re erit, doctrinam de *exspectativa* ex Jure Canonico repetere, cujus praxin eo tempore quoque Prælati, sicuti in *præbendis*, ita in *feudis ecclesiasticis* conferendis ob oculos habuisse, eamque feudistam hic regustasse probabile est. Duplex ratio exspectivarum seculo XII. in usu fuit, quarum altera *simplex*, altera *qualificata* dici potest. Illa consistebat in *nuda promissione* præbendæ nondum vacantis in casum, quo vacatura est. Atque hanc ipsam probavit Alexander III. *in Concilio Lateranensi* Anno 1179. cujus decretum in *c.* 2. *X. de concess. præbend. & eccles. non vac.* refertur, quæ prohibitio tamen feudorum Ecclesiasticorum exspectativas, ex rationibus antea adductis, haud sustulit, imò feudista hoc dubium tangere non potuit, cum antiqui compilatores, ex quibus compilatio feudalis collecta est, sub Friderico Barbarossa circa Annum 1150, scripserint, quo Concilium Lateranense nondum promulgatum erat. Hæc verò consistebat *in solenni receptione in numerum Canonicorum*, & *canonica institutione*, seu *investitura de Canonica*, sed sine præbenda, cujus exspectatio ad proximam vacaturam præbendam differebatur. Per simplicem tantùm *jus ad rem* exspectivario quærebatur; per qualificatam verò *jus ipsum in re*, propter accedentem *investituram abusivam* seu *canonicam institutionem*, quæ ideò accessisse videtur, ut jus irrevocabile & radicatum in Canonicum receptus adipisceretur, & successor Prælatus postea vacantem præbendam ei conferre teneretur. Praxeos hujus ipse Alexander III. *Anno* 1170. in *c.* 9. *X. de præbend.* meminit, quæ nec obliterata est per Concilium Lateranense, ùt patet ex decisione Innocentii III. in *c.* 7. 14. & 19. *X. de concess. præbendæ & eccles. non vac.* Vocari tales Canonici solent *in herbis*, interim jam veri Canonici sunt, realiter investiti, in numerum eorum recepti, & tantùm exspectativam habent quoad *præbendam* seu *utile*, quod Canonicatui, quem jam tenent, cohæret, quam successor Prælatus conferre tenetur *ex obligatione legis*, quod indigitat Pontifex in *c.* 9. *X. de præbend. non est congruum*, inquiens, *ut præbendâ careat, qui in Canonicum noscitur esse receptus*, quod etiam confirmatur in *c.* 8. & 19. *X. eod.*

In feudis etiam recepta hæc distinctio.

§. XXI. Simili ratione feudista, praxin Capitulorum ejus temporis ob oculos habens, distinguere videtur inter *exspectativam simplicem* & *qualificatam*. Illam in *cit. text.* vocat *investituram*, sed, prout rectè observat Rhetius *in commentat. ad jus feud. ad cit. text.* & quidem ad verba: *investituram ejus feudi, n.* 1. *seqq.* illa nihil aliud hoc loco denotat, quàm *solennem investituræ promissionem*, quæ etiam in præsentia parium Curiæ fieri poterat, brevi desuper testato accedente, hac forsan formula: Versprechen, daß wir ihn mit dem ersten an uns verfallenen Lehen begnädigen wollen. Vid. Rhetius *cit. l. p.* 163. *n.* 2. Totus enim contextus innuit, hìc tantùm agi de tali *promissione*, quâ alteri *jus ad rem* acquiritur, quâ ad dandum vel præstandum promittentem habet obligatum.

qualificatam expressit feudista in exceptione.

Hanc verò in *exceptione* apposita expressisse videtur, quando scilicet non in nudis terminis promissionis exspectativa substitit, sed præterea accessit *investitura abusiva*, mediante quâ receptus est in *Vasallum* & *Militem* sub exspectatione ejus, quod huic officio cohæret. Nam sicuti in beneficiis Ecclesiasticis, Clericorum *officium* sacrum, & *beneficium* differunt, & hoc tantùm locum salarii, quod propter illud assignatur, obtineat, & præterea illud sine hoc conferri potest; ita pariter in jure feudali ipsum *officium* à *beneficio*, seu *feudo* discernendum, & quamvis regulariter cohæreant, illud tamen etiam sine hoc conferri poterit, ut feudum tantùm in exspectatione maneat, interim per *investituram abusivam* jus in re collatum, & ita investitus in numerum vasallorum solenniter receptus sit, præsertim si certi alicujus feudi promissio facta fuerit.

quæ per investituram abusivam confirmata.

Satis convenienter hac de re censet Bornius *cit. disp. cap.* 8. §. 19. aiens: *est enim hic effectus etiam abusivæ investituræ, ut per eam dominium utile & jus feudi transferatur, ita quidem, ut in exspectativa sit traditio conditionalis, in casum aperturæ contingentis facta, quæ tamen ipso momento, quo vacantia aut apertura contigit, effectum suum exserit, non secus atque alias in allodialibus traditio in certum eventum conditionemque aut diem facta.* Conf. B. Strykius *de abusiv. invest. cap.* 4. §. 13. De tali *investitura abusiva*

loqui

loqui feudistam, vel inde liquet, quod præsupponat casum, quo quis *investituram acceperit*, h. e. exspectativam, & nomine ejus, exspectativæ scilicet, in *possessionem missus* feudi sit, quibus verbis actualis immissio in possessionem denotari nequit, cùm aliàs de feudo antiquus possessor decedere deberet, quod absurdum esse, antea observavi; sed potius *investitura abusiva*, quæ fit symbolis intervenientibus, aliisque solennibus actibus indigitatur, ad hunc effectum, ut *jus in re* consequatur, quod *missionis in possessionem* appellatione denotare voluit Feudista. Non enim adeò mirandum est, illum abusivè loqui, cùm secundùm morem illius temporis id sæpiùs in aliis locis factum fuerit. Sic 2. *F.* 26. §. *si de feudo* dicitur, quod, ubi lis vertitur, an feudum sit novum vel antiquum, *agnati in possessionem feudi constituendi sint*. Cur verò in possessionem agnati mittendi sint, nullo ex indicio cognosci potest, nisi verba adducta explicemus de casu, quo agnati jam in possessione antea fuerunt, & ita in possessione constituti, à domino *investiendi* sint. Neque enim feudum *novum* aut *antiquum* per se præsumitur, sed utrumque *in facto* consistit, adeoque aliunde præsumptio pro agnatis haurienda erat, scilicet *ex possessione*, cujus consequens investitura est. Unde satis convenienter verba adducta Bitschius *ad cit. l. p.* 385. de *renovatione investituræ* accipienda esse censet, cujus consequens regulariter est *possessio*, vel ad minimum *juris in re* translatio. 1. *F.* 4. 1. *F.* 26. §. 1. Equidem, stante hac interpretatione, consensus ultimi possessoris non videtur necessarius fuisse, quem tamen in textu controverso Feudista supponit. Verùm rectè observat Rosenthal *cit. l. n.* 11. illud factum fuisse propter *l. f. C. de pactis*, ubi reprobatur *dispositio de hereditate viventis*, nisi ille consenserit, de cujus bonis agitur. Ne ergo huic investituræ abusivæ ullus defectus objici posset, consensus ultimi possessoris in hanc investituram requirendus fuit.

Quod illustratur.

Cur consensus possessoris hoc casu necessarius sit.

§. XXII. Quæ cùm ita sint, admodum probabile est, non aliunde formam & rationem hodiernæ *investituræ simultaneæ* petendam esse, quàm ex praxi harum *exspectativarum qualificatarum*. Sola exspectativa simplex, in *nuda promissione* subsistens, jus tam certum & radicatum exspectativario tribuere non potuisset, nisi *investitura abusiva* ex praxi Capitulorum accessisset, quia simul *jus in re* investito acquiritur, ipseque *in numerum vasallorum* actualiter recipitur irrevocabiliter. Et hac de causa sola prima investitura non sufficere videbatur, sed necesse erat, ut, quovis emergente casu, quo *renovatio feudi* petenda est, ipsemet quoque simultaneè investitus renovationem feudi peteret, quia non amplius pro nudo exspectativario habetur, sed per primam investituram jam ipso actu vasallus domini constitutus, & sic ad idem obligatus est, ad quod aliàs vasalli quivis, renovationis casu existente, obligantur. Hinc etiam est, quod *juramentum fidelitatis*, æquè ùt alii vasalli, præstare cogantur, imò etiam in quibusdam territoriis homagium, ubi Landsassiatus est receptus, adeò, ut etiam ibidem conveniri possint, de quo plenius agit Dn. Mencke *diss. de foro compet. vasallorum simultaneè investitorum sect. III.* § 5.

Inde quoque simultaneæ investituræ hodierna facies illustrari potest.

§. XXIII. Quarta exceptio est, si exspectativa ipsam dignitatem Prælati afficit, seu ob singularem utilitatem Ecclesiæ facta est. Licet enim successor non habeat causam ab antecessore, in dignitatem tamen succedit, quam contractus affecit; Rhetius ad 1. *F.* 3. *p.* 178. *n.* 13. & 14. qua de causa etiam Prælatus debita sui prædecessoris, *pro Ecclesiæ necessitate* contracta, solvere tenetur per *c.* 1. *X. de solut.* Huc pertinet, si Prælatus ei, qui pecuniam ad redimendum pallium suppeditasset, exspectativam promisisset, vel etiam illi, qui pecuniâ numeratâ furorem hostium ab Episcopatu avertisset. Klock. *de contributione cap. VIII. n.* 46. Addit Rhetius *cit. l. n.* 15. etiam hanc exceptionem, si Prælatus concessisset exspectativam *in remunerationem benemeritorum*, quæ tamen à priori non differt, si modò constat, insignia illa merita in utilitatem diœceseos, in qua exspectativa est concessa, cessisse. Conf. Harprecht *resp.* 66. *n.* 101. Klock. *tom. II. consil. IV. n.* 88. Non enim infrequens est, Prælatos plures nonnunquàm possidere Episcopatus, adeoque, quod in unius utilitatem factum est, tantùm ejus successorem stringit, non verò qui ad ceteros Episcopatus postea eligitur.

(4) Si exspectativa ipsam Prælati dignitatē afficit.

CAPUT IV.
DE
Reliquo Jure & obligatione Ecclesiæ & vasalli in Feudo Ecclesiastico.

§. I.

Jam *Cap. II.* observavimus, feuda ecclesiastica hinc inde deflectere à regulis aliorum feudorum, id quod vel ex propria illorum natura, vel aliunde dependet. Ab Ecclesia hæc feuda dari, & dependere dicuntur, quòd in *bonis ecclesiasticis* constituta sint, & ita dominium directum penès Ecclesiam existat, sicut etiam *dominium utile* penès illam esse potest. Sicuti verò Ecclesia vasalla pro-vasallo indiget, qui nomine ipsius, quæ juris feudalis sunt, peragit; ita idem in Ecclesia domina receptum, quippe quæ corpus aliquod sive *Clericorum* tantùm, uti inter Pontificios, sive *Laicorum & Clericorum*, in unum cœtum particularem collectorum, constituit, quod rectius per

Ecclesia in suis feudis pro-domino indiget.

pro-dominum ea, quæ ex jure *dominii directi* fluunt, expedire potest. Sunt Ecclesiæ suâ naturâ corpora perpetua, ex pluribus personis constantia, quæ non moriuntur, adeoque, quæ naturalia feudorum sunt, ùt renovatio feudi, juramenti præstatio, servitiorum exhibitio, vix commodè applicari possent, nisi à collegio constitueretur, qui nomine ejus *dominium directum* exerceret. Jam olim in constitutione Friderici, quæ 2. *F.* 55. continetur, hoc cautum fuisse deprehendo, ubi in genere de pluribus ejusdem rei consortibus dicitur, quòd *vasallus pro uno feudo non compellatur plures habere dominos*, adeoque prætendere possit, ut unum designent, cui fidelitas præstanda sit. Conf. 2. *F.* 102. & 2. *F* 77. ubi dicitur: *plures autem domini etsi feudum inter se dividant, nullo modo nisi unam fidelitatem ex feudo habere possunt.* Vultejus *lib.* 1. *cap. VII.* in *Jure Saxonico feudali cap. XXIX.* §. 1. idem constitutum, ob viel Manne ein Gut zusammen in Lehen haben, sie dürfen doch nicht mehr denn von einen ihres Herrn Sohn ihr Gut empfahen, ob es ihnen wohl von allen insgesammt geliehen wäre. Similiter in *Jure Alemannico feudali cap.* 58. §. 4. & 5. idem confirmatur: der Mann soll auch nicht, denn von einem seines Herrn Sohn Gut empfahen, denn nicht mehr Herren mögen ihme genöthen, daß er ein Gut von ihnen empfahe denn einer. Item: Und läßt auch der Herr mehr Söhne hinter ihme, so er stirbt, die Mann empfahe ihr Gut nicht mehr denn von einem, von dem Aeltesten. Conf. Schilter. *ad Jus feud. Allem. cap.* 58. §. 7. & 8. Quamvis verò inter interpretes juris feud. lis circa constitutionem pro-domini in casu, ubi plures ejusdem dominii directi consortes sunt, plures occurrant difficultates, de quibus vid. Hartmannus Pistoris *lib. II. qu.* 49. *n.* 119. Vultejus *lib. I. de feud. cap.* 7. *n.* 94. Schraderus *de feud. P. VI. cap. I. n.* 13. minor tamen difficultas est, ubi dominium directum est penès Collegium vel Universitatem, ubi vel pro-Dominus ab illa eligitur, vel jus hoc pro-dominii officio *Præsidis Collegii* ordinariè cohæret. Posterius evenit in feudis ecclesiasticis, in quibus pro-domini personam sustinent ex officio Episcopi vel Prælati alii, quippe quibus ab antiquo legitima administratio bonorum ecclesiasticorum cum jure supremo in ea competiit. Huic consequens est, ut à noviter electo Prælato renovatio peti debeat. Si Capitulo dominium directum debetur, mortuo *Decano*, vel alibi Præposito investitura à noviter electo intra debitum tempus petenda est. Imò si vel maximè dominium directum penès Capitulum & Episcopum conjunctim residet, utplurimum tamen tantùm Episcopo mortuo renovatio peti solet.

Quod in quibusvis collegiis juris.

pro-dominii jus cohæret officio Prælati.

§. II. Quòd si sedis vacantia ultra tres menses extendatur, quod inprimis contingere potest diuturniori impedimento interveniente, qua de causa sedes vacans *impedita* dicitur, justa dubitandi ratio nascitur, utrùm renovatio investituræ à Capitulo petenda sit, si intra annum & diem alius non fuerit electus Prælatus? Equidem si ad Prælatum & Capitulum simul dominium directum spectat, expeditum est, renovationem investituræ à Capitulo petendam esse, quod etiam hoc casu feuda aperta denuo confert. Vid. Leurenius *de Vicario Episcop. tr. III. qu.* 488. Si verò tantùm collatio feudorum Episcopo debetur, sede vacante, causis feudalibus se intromittere nequit, & sicuti novas investituras facere prohibetur, ita veteres renovare, & fidelitatis juramentum à vasallis exigere non potest, Leurenius *cit. l.* Pirrhingius *ad tit. de majorit. & obed. n.* 52. Fermosinus *de potest. Capituli sede vacante tr.* 1. *qu.* 16. *n.* 2. & ad *c.* 5. *X. de judiciis.* Equidem Carpzovius *P. II. constit.* 45. *def.* 22. & cum eo Struvius *in S. J. F. cap.* 10. *aph.* 2. *n.* 3. contrarium asserunt ex ea ratione, quòd *non tam Episcopi, quàm Capituli, tanquam personæ repræsentatæ, negotium agatur, cujus consensu investitura facta fuit. Mortuo igitur*, pergit Carpzovius, *Episcopo, vel saltem Capitulum repræsentatum morte repræsentantis immutatur: quidni ergo renovatio intra annum & diem ab ipso Capitulo peti deberet, si nondum alius electus fuerit Episcopus; non enim Capitulum moritur, nec deficit persona, à qua renovatio peti queat.* Provocat ulteriùs illustrationis gratiâ ad potestatem Vicariorum tempore interregni de *feudis minoribus* investientium, si ultra annum & diem Imperator electus non fuerit; imò etiam de *feudis majoribus* eos investire posse, exemplis quibusdam docet Thulemarius *de Octoviratu cap.* 22. §. 27. Verùm si rectè Carpzovium intelligo, de illo casu, quo dominium directum ad *Episcopum & Capitulum simul* pertinet, loqui videtur; saltem ad hunc casum *rationes primariæ* tantùm quadrant. Repræsentat quidem Prælatus Ecclesiam, seu Clerum, interim morte Prælati status ejus non mutatur, ipsa universitas durat, nec Ecclesia moritur cum Prælato. Præterea nulla culpa imputari potest vasallis, si intra annum & diem Prælatus tanquam *pro-dominus* electus haud fuerit, quippe à quo unicè renovatio petenda. Antequam enim pro-dominus constitutus sit, non est, à quo peti possit renovatio investituræ, & quamvis Capitulum interim episcopalia jura exerceat, non tamen concurrit ad collationem *beneficiorum & feudorum*, multo minùs ad renovationem, quæ itidem suspendi potest ad futuri-Episcopi constitutionem. Nec rectè argumentum hìc trahitur à potestate Vicariorum Imperii ad potestatem Capituli sede vacante, quin potiùs, cùm investitura de feudis majoribus illis denegata sit, & tantùm singulariter concessa in minoribus, contrarium potiùs indè colligendum, nec quod in *feudis minoribus* singulariter vicariis concessum est, ad Capitula generatim quoad omnia feuda trahendum. Ne dicam, quod perraro observaut, valde probabile esse, *A. B. cap.* 4. §. 1. non tam loqui de *renovatione investituræ*, quàm de feudorum, tempore interregni apertorum, *nova collatione*, quæ facilè Vicariis Imperii concedi potuit in feudis minoribus, *ut tamen per Regem Romanorum, postea electum, suo tempore omnia innovari, & de novo juramenta præstari debeant*, quæ demum renovationem involvunt. Excipiun-

Renovatio investituræ haud petenda à Capitulo sede vacante.

Quamvis contrarium doceat Carpzovius.

cipiuntur feuda Principum & vexilli, quorum *investitura* & *collatio* soli Imperatori reservatur: *collatio* autem magis denotat *reinfeudationem*, quàm *simplicem renovationem* investituræ. Conf. Limneus *ad A. B. cit. l. obs.* 14. Loquor tantùm de mente Caroli IV. praxin contrariam interpretationem textui addidisse novi, interim argumentum solidum pro jure Capituli, sede vacante, indè minimè construi potest. Hoc non nego, vasallos tutiùs agere, si intra annum & diem de adhibita diligentia protestentur, seque paratos fuisse profiteantur ad renovationem petendam, si Prælatus debito tempore electus fuisset. Conf. Schrader. *de feud. P. VI. c.* 2. *n.* 22.

§. III. Quæ cùm ita sint, simul quoque indè liquet, à quo tempore annus currere incipiat. Quoad ipsos Prælatos expeditum est, illis noviter electis *annale tempus* non currere, nisi à die electionis vel postulationis per *Art. V. J. P.* §. 1. Par ratio est vasallorum intuitu feudorum ecclesiasticorum, Prælato defuncto; sicuti enim hi investituræ renovationem interim à nemine petere possunt, ita annale tempus non à die mortis, sed potiùs electionis computandum est, pariter ac Principes Imperii, electo novo Imperatore, intra annum à tempore electionis computandum, demum renovationem petere necessum habent, quorsum collineat Carolus IV. *in A. B. cap.* 5. §. 1. ibi: *suo tempore innovari*, quod non potest non *annale tempus* denotare, quod *post electionem* demum currere incipit; alioquin si annum à tempore mortis vel Prælati computandum esse assereremus, facilè contingeret, ut renovatio intra annum planè peti non posset, vel quòd Prælatus demum post annum eligatur, vel etiam in fine anni, quo omnium feudorum investitura renovari nequit. vid. Dn. Meyer *in S. jur. feud. c.* 24. §. 5. *p.* 725. Struv. in *S. J. F. cap.* 10. *aph.* 2. *n.* 2. Schrader *de feud. p.* 4. *c.* 2. *n.* 24.

Annus ad renovationem feudi constitutus incipit currere à tempore electionis novi Prælati.

§. IV. Ceterùm jus ipsum vasalli in feudis ecclesiasticis longè pinguius jure aliorum vasallorum esse, colligi potest ex argumentis *Cap. II. in f.* adductis. Palmarium jus, & in quo hæc feuda ab aliis recedunt, in eo consistit, quòd hæc feuda in dubio censeantur esse *promiscua*, nec filiæ ab illis excludantur. In hoc ipso consistit pomum illud Eridos, de quo interpretes digladiantur. Non repetam argumenta, quæ pro hac sententia *cit. l.* jam adduxi, sed duo tantùm demonstrabo, 1) Jus Longobardicum in hac controversia pro primario Judice, seu principio assumi non posse; imò si vel maximè assumatur, huic sententiæ tamen haud contradicere, & inde argumenta, à dissentientibus adduci solita, facilè dilui posse; 2) per inductionem tot feudorum ecclesiasticorum, quæ indubiè promiscua sunt, rectè argumentum generale in dubio capi posse. Dico, *in dubio*; si enim ex literis investituræ contrarium appareat, frustra provocatur ad commune proverbium: Krummstab schleust Niemand aus.

Feuda ecclesiastica in dubio censentur esse promiscua.

§. V. Ad primum membrum quod attinet, non nego, secundùm Juris Longobardici principia, feminas indistinctè à feudi successione excludi, nec in eo inter feuda ecclesiastica & secularia distingui, idque ex natura servitiorum militarium, quæ masculi, non feminæ præstant, adeoque postquam successio invaluit, regulariter tantùm ad masculos extensa est. Sed si ipsam *definitionem feudi*, ejus *essentiam* & *rationem* paulò penitiùs intuemur, evidens est, jura Longobardica tantùm disponere de feudis *datis*, quæ ex liberalitate dominorum nata sunt, quæque ita ad sexum masculinum facilè restringi potuerunt, cùm, qui liberalitatem in alterum confert, illi certam legem dicere non prohibetur. Rectè id ipsum observat Thummermut *in tr.* Krummstab schleust Niemand aus *p.* 11. *n.* 57. rationemque Juris Longobardici feudalis hanc esse ait, *quòd feuda, ut beneficia, ex mera dominorum liberalitate nata, ab ipso feudorum exordio, solerent esse tantum vitalia, ad solius vasalli vitam duratura, & per illius personæ extinctionem, ad dominum, illâ lege donantem, reditura: quæ ratio licèt paulatim postmodum etiam ad successionem liberorum extendi cœperit; illa tamen extensio intra illius primi acquirentis familiam, (quæ ex solis masculis continuatur) tanquam certos limites, sese continuit, &, quia feminæ à sua familia exeunt, eamque non propagant. Hinc inter contrahentes id tacitè vel expressè actum esse videtur, ut, familia ista finita, bona, ista de causa data, quasi deficiente causa dationis, potiùs ad dominum, illâ contemplatione dantem, quàm ad filiam vel sororem devolverentur, reverterenturque.* Post pauca addit: *verùm ista ratio, sicut naturam rectorem feudorum, ex liberalitate mera dominorum profectam, in isto suo statu justificat; sic similem rigorem in aliis impropriis & de ista liberalitate non participantibus feudis non producit, & casum caducitatis, ex defectu masculinæ prolis, moderatur ac temperat, ut res potiùs ad feminam ex acquirente natam, nihilque contra dominum demeritam, quàm ad honoris tantùm causa assumptum aliquem dominum transeat, sed potiùs sibi suisque heredibus feminis, extra casum liberalitatis dominicæ, vasallus prospicere voluisse videatur.* Rationi Juris hæc admodum consentanea esse, ex fatis feudorum ecclesiasticorum facilè colligi potest. Ut ex historia, *Cap. I.* relata, liquet, plura eo tempore, quo jus feudale Longobardicum compilatum est, erant *feuda Ecclesiastica*, non tam ex *oblationibus* nobilium nata, quàm potiùs ex patrimonio Ecclesiæ data, vel adhuc retenta. Contra horum possessores jam Urbanus II. in fine Seculi XI. decretum promulgaverat: idem repetierunt successores, ægrè tamen finem suum obtinuerunt, Vasallis feuda sua strenuè defendentibus. Atque ad hæc feuda rectè dispositio Juris Longobardici applicari potuit, utpote quæ non ex *liberalitate* vasallorum, sed Ecclesiæ nata erant. Non nego absolutè, eo tempore feuda oblata defuisse, quorum exempla jam eo tempore aderant in Germania, ut supra *cap.* 1. §. 13. ex Helmoldo observavi. Verùm de eo non quæritur, sed illud tantùm in quæstione est, an jus Longobardicum, ubi *de feudis ecclesiasticis*

Jus Longobardicum pro Judice in hac quæstione assumi nequit.

Quod de feudis oblatis non agit.

ſiaſticis diſponit, de *oblatis*, an potiùs de *datis* feudis loquatur? poſterius affirmandum eſſe, vel inde liquet, quod jus Longobardicum feuda oblata prorſus ignoret, & textus, qui in hanc cauſam producuntur, illud planè non evincant, ut optimè oſtendit ill. Dn. Thomaſius *diſſ. de feudis oblatis cap.* 1. §. 2. *& ſqq.* nec negat Hertius *de feudis oblatis P. I.* §. 16. feuda oblata noviori tempore multò uſitatiora eſſe, imò de his feudis in conſuetudinibus feudorum, ut nunc habemus, nihil legi, ut §. 18. expreſsè fatetur. Illud quidem non dixerim cum Rhetio *in comment. ad* 1. *F.* 1 *p.* 45. *n.* 25. eo tempore feuda oblata nondum innotuiſſe, interim rectè addit, de *feudis datis* tantùm in Jure Longobardico agi, forſan quod rariora in Longobardia talia feuda eſſent. Idem obſervat Feltmannus *lib.* 1. *de titulis honorum cap.* 45. §. 19. aiens: *de feudis oblatis rariuſcule quidem loquuntur interpretes, & fuiſſe illa incognita eo tempore, quo digeſtæ feudorum conſuetudines, nil certius; in Germania autem feuda maximam partem eſſe oblata, bene obſervatum ill.* Johanni Friderico Rhetio. Equidem Hertius *cit. l.* §. 18. feudorum quorundam oblatorum *Seculo IX. & X.* exempla adducit, indeque ad minimum evincere intendit, feuda oblata non prorſus incognita fuiſſe. Sed rectè regerit ill. Dn. Thomaſius *cit. l. cap.* 1. §. 18. *innotuiſſe illud dicitur, non, quod rarò contingit, ſed quod ob frequentem exiſtentiam publicè & in vulgus quaſi notum eſt. Unde, quemadmodum ea, quæ ſemel aut bis fiunt, prætereunda ſunt à legislatoribus, tanquam quæ publice incognita ſunt, à quibus reipublicæ turbatio non metuitur, ita nec male Dd. communiter duos actus ad introducendam conſuetudinem non ſufficere arbitrantur, quoniam hos non probabile eſt innotuiſſe Principi, à cujus tacita approbatione vis & efficacia conſuetudinis dependet.*

licèt eo tempore jam invaluerint.

Hinc quoque jus Longobardicum ad feuda eccleſiaſtica ſimpliciter applicari nequit.

§. VI. Hæc ſi rectè obſervaſſent interpretes, non tam jejunè in hac materia ad jus feudale Longobardicum provocaſſent, quod de prorſus diverſi generis feudis, quæ liberalitati dominum accepto ferenda ſunt, diſponit. Econtrario feuda eccleſiaſtica pleraque in Germania oblata eſſe, & ſic diverſam *à datis* indolem accepiſſe, *Cap. I.* obſervavi, & *Cap. II. inf.* ulteriùs illuſtravi. Ex quo fluit, juris Longobardici doctrinam in his feudis hodie pro *principio unico & regula* aſſumi non poſſe. Imò vel maximè aſſumenda eſſet, minimè tamen eidem *promiſcua ſucceſſio* in his feudis contrariaretur. Ideo Jus Longobardicum feminas excludit, quòd liberalitas domini modum ſucceſſioni ponere potuerit, quâ ratione ceſſante, ceſſare etiam debet hujus juris diſpoſitio. Equidem Rhetius *cit. l.* adſtruit, poſtquam oblata feuda ſemel conſtituta ſunt, eadem, quæ de feudis *datis* obtinent, in illis quoque regulariter valere. Sed rectè regerit Feltmannus *cit. l.* §. 21. inquiens: *verum enim vero cùm ex liberalitate vaſalli originem ducant, non tam acerbè cum eo agendum eſt*, quorſum etiam promiſcua ſucceſſio pertinet. Vulgata alias juris regula eſt, neminem ſuum jactare præſumi, renunciationes ſtrictæ eſſe interpretationis: quis ergo præſumeret, adeò offerentes rem Eccleſiis dominium ſuum abdicaſſe, ut etiam filias ſuas a ſucceſſione excludere voluerint. Idem obſervat Thummermut *cit. tr. p.* 76. *n* 91. aiens: *neque enim eſt probabile, quòd quis ex iis, qui bona ſua pro feudo obtulerunt, ſanguinem ſuum, etiam in ſexu femineo, odio habeat, eumque domino feudi poſtponere voluerit, qui feudi materiam, quam dominus non habuit, de ſuo ſuppeditavit, ſine quo feudum eſſe non poſſet.* Addit *n.* 93. has rationes: *tum primò, quòd in eo caſu vaſalli potiùs conferunt, quàm accipiunt beneficium: tum quia recognoſcens odio non habuit ſuum ſanguinem, etiam in femina, d. l. maximum vitium C. de liberis præteritis: tum tertiò, quod ne dominum quidem de excluſione feminarum vel aliorum heredum cogitaſſe veriſimile eſt, cùm ipſe non tam concedat, quàm accipiat beneficium: tum quartò, quòd Principis conceſſio in in ejus præjudicium latiſſimè ſit interpretanda, l. fin. ff. de conſtitut. c. cum dilecti X. de donat. Weſenbec. de feudis c. l. n.* 9. *non autem in lucrum vertendum. Quibus addi poſſet, vaſallum feudum de re ſua conſtituentem in illo proverbio, quòd curvus ille Prælatorum baculus neminem excludat, omnium hominum mentibus ab omni antiquitate infixo, tutum ſatis atque ſecurum ſe exiſtimantem, nunquam ſibi perſuaderi permiſiſſe, viros eccleſiaſticos ad tantam inhumanitatem prolapſuros, quòd filias, ex ſe natas, à bonis, à ſe tam devotè ad ſervitium ſui Principis oblatis, excludere vellent. Nam Eccleſia, teſte D. Auguſtino, non debet recipere eleemoſynas, per quas liberi privarentur alimentis: & qui eleemoſynam dare vult, ordinatè à ſe ipſo incipere debet, juxta illud, miſere animæ tuæ placens Deo. Auguſt. in enchiridio, & in ſecundo ſermone, de vita Clericorum, text. in can. Quicunque* 17. *quæſt.* 4. *Eccleſiaſtic. v.* 30. *verſ.* 24. *c. placuit* 13. *q.* 2. *c. ſi quis reliquerit.* 30. *diſt.* Faber *in* §. *inteſtatorum inſtit. de hered. quæ ab inteſtato deferuntur. Idcirco docet Roſenthal, recognitionem patris in bonis propriis de feudo factam, in ſupplementum legitimæ reſcindi poſſe, cap.* 6. *concl.* 68. *n.* 29. *Tantò minus contractus parentum per interpretationem erit detorquendus, contra veriſimilem mentem contrahentis, in necem heredum ex corpore vaſalli natorum, cùm non ſit alienum à jure feudorum, ſecundùm ſubjectam materiam nomine heredis etiam comprehendi feminam c.* 1. *de duobus fratribus à capitaneo inveſtitis, ibi quiſque enim ſibi, ſuiſque heredibus videtur proſpexiſſe, l. ſi pactum ff. de probat. Et multo minus contra maſculos, per feminas deſcendentes, c.* 1. & *ibi gl. de eo, qui ſibi & hered. Nemo enim facilè præſumitur tam amens, ut tanta ſervitia ſibi imponere, & poſt mortem domini in ſucceſſione liberis, ex ſe natis, præponere volet.* Gœddæus *d. conſil.* 37. *n.* 723. 727. & 729. *vol.* 4.

A feudis datis ad oblata non valet conſequentia.

Objectiones diluuntur.

§. VII. Ex his præſuppoſitis facilè ſatis fieri poteſt, quæ huic ſententiæ objicit ill. Dn. Cocceius *diſſ. de feudis Fuldenſibus cap.* 1. §. 5. *ſqq.* (I) Fundamenti loco utitur regulâ notiſſimâ, *quòd juri com-*

muni

muni standum, donec ei derogatum appareat. Verùm jus communi huic sententiæ non resistit, quod de his feudis planè non disponit. (II) *Quod etsi derogatum sit juri communi, id tamen ita interpretandum, ut, quàm minimum possit, ab ea recedatur.* Verùm rursus regero, in his feudis, quæ *præter* jus *commune* invaluerunt, propriè ab illo non recedi, quod de *feudis datis* tantummodo loquitur, à quibus *ecclesiastica* magnopere differunt, adeoque ex illis interpretationem accipere nequeunt. (III) Quòd ratio adæquata, quòd feminæ à feudis excludantur, non sint servitia militaria, sed plures aliæ concurrentes, veluti *quòd vasallus in parium curia judex sit inter dominum & convasallum; quòd etsi servitia remissa sint, tamen alia capita jurejurando fidelitatis contineantur, uti celare secreta, consilio adesse; quòd virilibus officiis cœtibusque interesse feminam dedeceat; denique quod vasallus feuda ad conservationem & splendorem familiæ acquirat, ex qua feminæ exeunt.* Verum enim verò ex historia de origine feudorum *primo Capite* relata, evidenter liquet, finem primarium feudorum fuisse servitia militaria, quæ ex natura ministerii, quod vasallus præstat, fidelitatem requirunt, ex qua *secundariò* cetera fluunt, quæ antea recensita, imò nec hæc ita comparata sunt, ut à statu feminarum prorsus abhorreant. Posse enim feminas etiam jurisdictionem ordinariam exercere, experientia docet, & *C. 4. X. de arbitris* confirmat. Præterea rarius hodie vasalli in consilium Domini feudi evocantur, quippe qui ordinariè consilio secretiori instructus est, & quis dubitaret, quin etiam feminæ secreta celare possint? masculi nonnunquam etiam pleni rimarum sunt, huc atque illuc diffluunt; imò nec necesse est, ut præcisè secreta vasallis revelentur, quæ hodie *secretiori consilio* reservantur, quo instructi sunt Episcopi & Prælati. Porrò non abhoret à moribus nostris, feminas ejusmodi officiis interesse, quæ quoque in feminas cadunt, quod tot exempla *feudorum* promiscuorum in Germania usitatissimorum docent. Denique ultima ratio tangit feuda *acquisita*, seu *data*, non *oblata*, quæ olim ab Ecclesiis non dignitatis conservandæ gratia, sed *devotionis*, vel alia de causa recognita sunt, prout *Cap. I. in f.* observatum est. (IV) *Quòd nullibi feuda ecclesiastica excipiantur, ne quidem ubi agitur de feudis ecclesiasticis.* Facilè hoc admitto, quia jus commune Longobardicum de ejusmodi ecclesiasticis feudis planè non agit. (V) *Quòd ex more certæ Ecclesiæ tantùm feminæ admittantur.* Ad hoc jam responsum *Cap. II. in fin.* ubi fundamenta pro *generali præsumptione* successionis promiscuæ in his feudis adducta sunt. (VI) *Quòd plures juris interpretes hanc vulgi opinionem damnent*, Krummbstab schleust Niemand auß, ùt Rosenthal *de feud. cap. VII. concl. XXXI. n. 6. & 7.* Fichard. *vol. II. consil. 15. n. 7. vers. Ego vero, etsi non ignorem.* Ludwell. *in tract. de success. feud. c. VI. §. 1. in quæst. 7.* Rhetius *in comment. jur. feud. lib. I. tit. I. vers. Qui feudum dare possint, n. 17. 18. 19. 20. pag. 58. & 59.* Wehner *pract. obs. voc.* Krummbstab. Sed non auctoritatibus pugnandum, verùm rationibus juris. Quin nec nostræ sententiæ patroni, iique celeberrimi, desunt, qui illam propugnant, ùt Sande *tit. III. de consuetud. feud. Gelr. §. 7. n. 2. 3. & sqq.* Rolandus *consil. XLVIII.* Schilterus & Hertius *cap. II. §. 10.* allegati, & quos præterea in hanc sententiam trahunt. Klock. *tom. II. consil. 10. n. 40. & sqq.* & Thummermut *cit. tr. p. 28. n. 75. & sqq.* & passim alibi. (VII) *Quòd nulla probabilis ratio pro nostra sententia militet*, quam tamen ex antea dictis satis patere censeo.

§. VIII. Superest, ut, per *inductionem* tot feudorum ecclesiasticorum Germaniæ, sententiam nostram firmemus. Primo loco occurrunt *feuda Fuldensia*, quæ indubiè ad illa, quæ *promiscua* vocantur, pertinent, quod non tantùm ill. Cocceius *in diss. de feud. Fuldens.* apertè fatetur, sed præterea ex sequente attestato curiæ feudalis Fuldensis perspicuum est: Von Gottes Gnaden Wir Adalbertus, Abt des Stiffts Fulda, des Heiligen Römischen Reichs Fürst, Röm. Käyserin Ertz-Cantzlar, durch Germanien, Gallien Primas &c. Fügen hiermit allen und jeden, denen dieser Unser offen Brief vorkommt, zu wissen, was massen Unser und Unsers Fürstl. Stiffts verschiedliche Vasallen in Unterthänigkeit gebeten, und ersuchet, daß Wir ihnen zu Steuer der Wahrheit, und Beförderung der heilsamen Justitien eine Urkund, was es um Unser und Unsers Stiffts Lehnen, deren Natur, Eigenschaft, Recht und Herkommen vor eine Bewandnis habe, in beglaubter Form mittheilen wollen; Demnach so bekennen, urkunden und bezeugen Wir, der Wahrheit auch Billigkeit zu Steuer, daß Unsers Stiffts Herkommen, Gewohnheit und Recht ist, daß Fuldische Lehn, so nicht zu Mann-Lehn geliehen, oder keine Burg-Lehen genennet werden, noch durch beständige Burg-Frieden oder andere, bey Unserm Fürstl. Lehen-Hofe insinuiret, confirmiret und bestättigte rechtmäßige Verträge geändert, sondern die Erbfälle, an sich selbst frey seyn, des letzt-verstorbenen nächste Freunde und Personen von Geblüt oder Sipschaft von dem ersten Acquirenten entsprossen, beede, Mann- und Weibliches Geschlechts, doch mit diesem Unterscheid, erben, und succediren, daß, wo der letzt-verstorbene Vasall Söhne und Töchter hinterlassen, die Söhne denen Töchtern, in Ermangelung oder Absterben der Söhne aber die Töchter denen Agnaten oder Vettern, so weiter in der Sipschaft dem Verstorbenen verwandt (ohnangesehen, daß sie auch von dem Stammen des ersten Acquirenten seynd) præferirt und vorgezogen werden: hinterlässet der Verstorbene aber allein Agnaten, Vetter und Baasen disparis gradûs, so succedirt, qui proximior est in gradu, sive mas, sive femina sit; si verò ejusdem gradûs sint, omnes simul succedent, sive mares, sive feminæ, doch daß

Referuntur feuda ecclesiastica promiscua. Ut Fuldensia.

sie von dem Geblüt des ersten Acquirenten herrühren, als welche des verstorbenen übrige nächste Freunde und Erben (da deren etliche verhanden wären) so nicht von dem ersten Acquirenten seynd, von der Lehns-Folge und Succession gäntzlich außschliessen; Das alles, weilen es an Unsers Stifts und Lehn-Hof und Lehn-Mann Gericht als ein Herkommen und rechtliche Gewohnheit vor diesem also gewesen, auch von Unsern mit seel. Vorfahren auf Uns in Ubung also herkommen, desgleichen auch vor recht erkannt, und in Unserer Cantzley befunden worden, haben Wir obgebethenen massen solches männiglich nicht verhalten sollen, und zu dessen mehrer Bekräfftigung Unser Secret-Insiegel hieran wissentlich aufdrucken lassen, so geschehen in Unser Stadt Fuldt den 16. Aprilis 1705.

Coloniensia. Hirschfeldensia. Monasteriensia. Osnabrugensia. Trevirensia. Metensia. Corveiensia. Trajectensia. Cur in aliis diœcesibus diversum obtinenti?

De Coloniensibus feudis tot diplomata & alia argumenta adduxit Thummermut, ut de eo non adeò dubitandum sit. De feudis Hirschfeldensibus testatur Joannes Fichardus *vol. I. consil. 17. n. 16.* & Vultejus *lib. I. de feud. c. IX. n.* 48. De Monasteriensibus & Leodicensibus idem docet Gœddeus *vol. IV. consil. Marp. 37. n. 794. & 795.* Sande *cit. l. n.* 30. qui etiam *n.* 4. feuda Osnabrugensia huc refert. Feuda Trevirensia ejusdem olim sortis fuisse, vel inde probabile est, quòd demum Archi-Episcopus per diploma, à Carolo IV. obtentum, feudorum naturam immutare tentaverit, ut ostendit Thummermut *cit. l. pag. 29. n. 96. & sqq. & pag. 90. n. 9. & sqq.* Idem de feudis Episcopatus Metensis docet Gœddeus *cit. l. n.* 710. *& sqq.* & de Corveiensibus Knichen *de investiturarum pactionibus c. IV. n.* 64. Idem quoque confirmat de Trajectensibus Sande *cit. l. n.* 57. Conf. Hertius *de feud. oblat. cap. II.* §. 37. Wehner *vid.* Krummbstab. Tabor. 1. *F.* 1. *p.* 30. Denique quamvis in nonnullis diœcesibus ratio succedendi, juri feudali communi congrua, diuturnâ temporis observantiâ recepta sit, id tamen magis ad *exceptionem*, quàm *regulam* pertinet, cùm plura ex erronea Juris Longobardici interpretatione, vel etiam ignorantia in consuetudinem abierint, prout Episcoporum potentia prævaluit, vel officiales, quibus Prælati instructi fuerunt, suggestionibus suis, ex Jure Longobardico petitis, Prælatos in devia deduxerint. Idem rectè observat ill. Cocceius *de feud. Fuldens. c. II.* c. §. 5. asserens, *faciliores Abbates in admittendis feminis forte & impotentiores quandoque fuisse, quàm ut moribus his invalescentibus obstare potuerint, cùm in majoribus Germaniæ feudis ecclesiasticis, quæ sceptro conceduntur,* Scepter-Lehn, *usus ille rarior sit perinde ac in singularibus;* quamvis usum etiam in his non adeò rarum esse, hactenus ostensum sit.

Appellatio des Mann-Lehns *non excludit feminas, nec* des rechten Lehns.

§. IX. Atque hæc quidem eò pertinent, ut quid *in dubio* de his feudis dicendum sit, indè appareat. Ante omnia enim literæ investituræ inspici debent, quibus omnino standum, si disertè tantùm successio ad masculos restricta est. Hoc tamen indè colligi nequit, si res in feudum data est zum rechten Lehn, quod vel Diploma A. B. Hertio *de feud. obat. P. III. n.* 3. ostendit, in quo Gerlachus Archiepiscopus Moguntinus anno 1356. feudum oblatum contulit zu rechten Lehen, cum hac tamen clausula: und han mir ihn und seinen rechten Erben, Söhnen und Töchtern, von unsern Nachkommen Stifftswegen den Berg und Burg etc. zu rechten Lehen ewiglich geliehen. Nam ein recht Lehen in genere diciturfeudum, quatenus aliis juribus affinibus opponitur, & ab eo distinguitur. Conf. Thummermut *cit. tr. p.* 129. Idem dicendum, si feudum concessum zu rechter Mannschafft und Lehnschafft ex eadem ratione, cùm Mannschafft nihil ulteriùs involvat, quàm in genere qualitatem feudalem. Gœddeus *vol. IV. consil. 37. n.* 744. Schilter *ad jus feud. Allem. cap. XLIII.* §. 6. Imò adhuc idem dicendum, si feudum concessum zu rechten Mann-Lehn, ùt Schilterus *cit. l. cap. LXVII.* §. 3. aliquot Diplomatibus probat; pleniùs autem illustrat Thummermut *p. 21. n. 34. & sqq.* ubi *p.* 21. reversales Volmari von dem Weinhoff adducuntur, quibus fatetur, se accepisse zu rechten Mannlehen, certa prædia von wegen Ludger seiner ehelichen Haußfrau. Nam vox Mann in genere vasallum cujuscunque sexûs denotat. Unde & Mann-Gut nihil aliud est, quàm prædium feudale, das man zu Lehen empfangen, verdienen, und vermannen solle. Unde etiam feuda hereditaria dicuntur Erb-Mann-Lehen in Diplomate apud Thummermut *p.* 25. quod Idem ulteriùs illustrat *p.* 134. ostenditque variis exemplis, etiam in *feudis promiscuis* hanc appellationem usitatam esse.

Non tamen quævis feuda ecclesiastica sunt hereditaria.

§. X. Indè tamen non statim fluit, feuda ecclesiastica quoque esse *merè hereditaria, & alienabilia*, cùm hæ qualitates peculiares feudi rationem quoad maximam partem destruant, efficiantque, ut ferè nunquam ad Ecclesiam reverti possint, & *dominium* ejus *directum* ferè annihilent. Interim non dubium est, quin consuetudine etiam hæc feuda eam accipere possint naturam, ut merè hereditaria sint, adeò ut etiam de iis testandi facultas permissa sit, quod feudorum nonnullorum Coloniensium exemplis docet Thummermut *cit. tr. n. 37. & sqq.* Liberè quoque plura alienata fuisse, Idem *p. 99. & sqq.* variis exemplis docet, imprimis verò *p.* 107. latiùs illustrat, quæ ipsa ostendunt, feuda Coloniensia admodùm descivisse ab ordinaria feudorum ratione, quamvis de his non temere *argumentum generale* ad alia feuda ecclesiastica trahendum sit. Eadem diversitas occurrit in feudis etiam secularibus, quæ ex *natura oblivionis* alibi liberiorem, alibi restrictiorem acceperunt naturam. prout indoles populi, domini feudi auctoritas, aliæque circumstantiæ id permiserunt. Sunt plura hereditaria & alienabilia, ut feuda Pomeranica, Lusatica &c. quia ex oblatione majorum originem trahunt: alia itidem ex eodem fonte alibi promanant, nec tamen sunt hereditaria, sed tantùm promiscua.

§. XI.

Feuda Fuldensia non sunt hereditaria.

§. XI. Quia itaque rariora sunt *merè hereditaria*, & *alienabilia*, frequentiora verò *feminea*, magìs pro his, quàm pro illis præsumptio est, & sic quoque successio in in feudis ecclesiasticis *in dubio* secundùm horum naturam æstimanda, utì ex adducto testimonio de feudis Fuldensibus apparet. Equidem in testimonio de anno 1551. quod adducit Dn. Cocceius *cit. l. C. II.* §. 1. dicitur: Daß des verstorbenen nechsten Freunde und Persohnen vom Geblüthe oder Sipschafft bey des Männl. oder Weibl. Geschlechts ohne Unterscheid erben: in eo verò, quod §. 8 *de anno* 1705. adductum est, & praxin recentiorem continet, distinctio sexûs attenditur, ut filii excludant filias, & sic cum illis simul non succedant, quod in feudorum ratione magìs conveniens est; prout ipse Dn. Cocceius *cit. l.* §. 3. existimat, interim tamen §. 6. addit; olim de ea re dubitatum fuisse, ex multis tamen rationibus priorem sententiam præferendam esse, quas §. 7. adducit. In defectu filiorum filiæ admittuntur, excluduntque agnatos in diversa linea existentes, quod itidem successioni juris feudalis, illisque rationibus, quæ suprà adductæ sunt, conveniens est. His quoque deficientibus, in *collaterali linea* feminæ ejusdem gradûs cum masculis simul concurrunt, & proximiores excludunt masculos remotiores, utì apertè testimonium adductum docet, & Dn. Cocceius *cit. l.* §. 8. confirmat.

Filiæ admittuntur in defectu filiorum.

Non succedunt ascendentes & collaterales, qui non trahunt sanguinem à primo acquirente.

§. XII. Major ratio dubitandi est, an in his feudis etiam succedant *ascendentes*, & collaterales, qui à primo acquirente non descendunt? Equidem ubi hæc feuda *merè hereditaria* sunt, ut feuda instar allodialium habeantur, de eo nulla superest dubitatio, quod de *feudis Coloniensibus* contendit Thummermut *cit. l.* Ast quia non omnia feuda ecclesiastica hanc naturam irregularem habent, in dubio contrarium potiùs statuendum, quod etiam de feudis Fuldenbus adstruit Dn. Cocceius *cit. l.* §. 11. & 12. Favor enim, qui pro *descendentibus* ex primo acquirente militat, quibusque primus acquirens per *oblationem* factam præjudicare noluisse videtur, non æquè militat pro ascendentibus & collateralibus, præsertim cùm horum successio in feudis prorsus insolita sit, & qui rem in feudum Ecclesiæ offert, id eâ intentione fecisse videtur, ut, extinctâ prosapiâ cujuscunque sexûs offerentis, feudum ad Ecclesiam redeat, præsertim cùm in feudis etiam fœmineis idem obtineat, 2. *F.* 17. Nec obstat generalitas vulgati proverbii: Krummstab schleust Niemand aus, quod sicuti per legem non constituit, ita quoque ex natura feudorum interpretationem recipit, ut voce Niemand intelligantur, qui ex primo feudi auctore originem trahunt, cujuscunque sexûs sint.

De feudis ecclesiasticis agitur in judicio feudali eccles.

Capitulum de illis non cognoscit.

§. XIII. Plura præterea ex natura feudorum ecclesiasticorum fluunt, quæ summo tantùm, quod ajunt, digito indicabimus. (I) De his feudis sine dubio judex competens est Prælatus tanquam feudi dominus, *c. 7. X. de foro compet.* Schraderus *de feudis P. X. sect. 1 n. 4.* quamvis non coram Officiali, qui aliàs de *causis ecclesiasticis aliis* cognoscit, sed coram Prælato à paribus Curiæ causæ feudales peragantur. Ceterum Capitulum Cathedrale, sede vacante, non succedere in jurisdictionem feudalem statuit Pirrhingius *ad tit. de majorit. & obed. n. 52.* quod in iis, quæ Episcopo jure speciali & extraordinario competunt, Capitulum non succedat. Hunc in finem provocant ad *c. 7. X. de foro compet.* ubi dicitur: *quod ex quo Episcopus fuerit in Ecclesia consecratus, de feudis ipsis sub suo judicio cognoscatur, si ad ecclesiasticam cognitionem pertineant.* Verùm non fuit hic quæstio, utrùm Episcopus tantùm de feudo cognoscere possit, excluso Capitulo, sed potiùs, utrùm Episcopus *ante consecrationem*, vel *confirmationem*, de iis cognoscere possit? quod olim non licuit, cùm ad minimum, ad exercitium jurium episcopalium, confirmatio papalis desideretur, *c. 9. X. de elect.* quod tamen Prælatis, extra Italiam electis, remissum est. Major ratio dubitandi indè nascitur, quòd Capitulum non succedat in *dominium directum*, ex quo jurisdictio feudalis dependet, qua de causa Fermosinus *de potest. Capituli sede vacante tr. 1. qu. 16. n. 1.* tum demum jurisdictionem hanc in Capitulum transire ait, si ipsum feudum Episcopo & Capitulo commune est, quod etiam rationem habet. Conf. Leurenius *de Vicario Episcopi qu. 584. n. 2.* (II) De *appellatione* quoque ex principiis hactenus jactis judicium formandum est. Equidem Mynsinger *cent. V. obs. 5. n. 3.* generatim asserit, quòd si dominus est persona ecclesiastica, appellatio dirigenda sit ad ecclesiasticum; sin secularis, ad secularem, quod vel indè probabile est, quia feuda ecclesiastica jure *bonorum ecclesiasticorum* censentur, quæ ad *judicium ecclesiasticum* spectant. E contrario Rosenthal *cap. XII. concl. XX. n. 5. & 6.* in contrariam transit sententiam, asserens, quòd licèt Prælatus tanquam *Ecclesiæ administrator procuratorque* feuda possideat, ex stylo Germaniæ tamen inconcusso, & observantia quotidiana ad Superiorem secularem appellatio dirigenda sit, nisi Papa sit dominus superior, prout in *not. lit. d.* subjungit, & Vultejus *lib. II. de feud. cap. III. n. 4.* approbat, quando autem Papa superior dominus sit, non determinat. Conf. L. B. de Lyncker *ad Struvii synt. jur. feud. aph. 10. n. 2. in f.* Equidem si Prælati de bonis, quæ ab Imperio tenent, quidquam in *subfeudum* vasallis dederint, res salva est. Si verò de hoc non constat, præsumptio utique est, feuda *ex oblationibus majorum* Ecclesiis obvenisse, quæ ita quodammodo in patrimonium Ecclesiæ transiverunt. Verùm quia, non obstante hac oblatione, non absolutè jure ceterorum bonorum ecclesiasticorum censentur, à laicis adhuc possidentur, & ad usum secularem adhuc adhibentur, adeo ut super illis non in foro ecclesiastico, sed *curia feudali* disceptetur, indè sinè dubio praxis Germaniæ, ad quam provocat Rosenthal, invaluit. Tunc ergo ad Papam tantùm appellatur, quando ùt subfeuda intuitu Pontificis considerari possunt, qualia vix in Germania dan-

A judicio feudali ecclesiastico appellatur ad summa Imperii tribunalia.

Pares curiæ judicant, si inter dominum feudi & vasallum lis sit.

dantur. Inde quoque est (III) quodsi inter Prælatum & vasallum sit super feudo contentio, & Prælatus, tanquam dominus feudi, *rei* vicem sustineat, non ad Archiepiscopum, sed ad Pares Curiæ causa devolvatur. Schrader *de feud. P. X. sect. V. n.* 2.

Prælatus non adeò rigidè procedere potest, si per culpam quid admissum.

§. XIV. Denique (IV) in feudis ecclesiasticis Prælatus non adeò rigidè circa feloniam commissam procedere potest, maximè si magis *per culpam* quàm dolum hæc commissa fuerit, utpote si debito tempore renovatio investituræ non fuerit petita, cùm hæc bona non tam liberalitati domini feudi, quàm ipsorum vasallorum accepto ferenda sint. Feltmann *lib. I. de titul. honor. c.* 45. §. 21. Besold. *in thes. pract. lit. a. n.* 102. Aliàs si gravius quid *per dolum* in Prælatum commissum sit, non dubium est, quin feudo privari possint. vid. Rosenthal *de feud. cap. X. concl. XX. n.* 1. veluti si rectorem Ecclesiæ occiderint, *cap.* 12. *X. de pœn.* Barbosa *de jure ecclesʃ. lib. III. cap. XIV. n.* 55. quorsum etiam referunt, si in hæresin inciderint, *cap.* 9. *X. de hæretic.* Barbosa *cit. l. n.* 46. vel si statuta & leges contra libertatem Ecclesiæ condiderint, aut decimas non solverint. Schrader *P. IX. de feudis cap. VIII. n.* 1. & 17. Ratio prioris est, quòd hæreticus non possit dignus stare in curia domini, posterioris verò, quòd ingratus erga Ecclesiam dicendus sit, qui id, quod Ecclesiæ debetur, non restituit, quæ ipsæ Papatui admodum conformes sunt. Ipsa remissio feloniæ spectat ad Prælatum, tanquam dominum feudi, etiam non concurrente Capitulo, nisi collatio ejus simul ad Capitulum spectet, vid. Schrader *de feud. II. P. IX. Part. sect. XIV. n.* 39. præsertim si res ab antiquo sint infeudari solitæ, prout omnia feuda ecclesiastica ex primordiali sua natura in dubio esse videntur. vid. Rosenthal *cap. X. concl. XXXVIII. n.* 9. & *seqq.* Sed retrahenda tandem sunt vela, ne limites justæ Dissertationis meæ transcendam, quamvis adhuc plures aliæ Conclusiones superaddi possent.

An Prælatus feloniã remittere possit inconsulto Capitulo?

FINIS.

RESPONSA FEUDALIA

INCLYTI COLLEGII FACULTATUM UTRIUSQUE JURIS STUDII COLONIENSIS

quasdam ad quæstiones præcipuas

OPUSCULUM

Recèns exoptatum,

In Usum Pragmaticorum & Boni publici in lucem editum.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus OTTONIS JOSEPHI STEINHAUSS Bibliopolæ unter fetten Hennen
Anno 1738.

DECISIONES

Quæstionum Feudalium Facultatis utriusque Juris Coloniensis

IN CAUSA

Illustrissimi & Generosissimi Comitis Domini,

D. MAXIMILIANI Comitis de Brunchorst, Battenbourg, Liberi Baronis in Battenbourg, Anholt & Steyn, Archi-Diœcesis Coloniensis hereditarii Burckgravii & Domini in Odenkirchen, Bicht, Westberentrecht, &c.

Contra Ceulen.

FACTI SPECIES.

SYn Gen. Maximiliaen, Graef tot Bronckhorst Battenbourg, Anholt, ende Steyn, Erff Burch-Grave des Ertz-Stiffts Ceulen, Heer tot Odenkirchen, Bicht &c. heeft ons onder ghenoemt, sub dato den 5. April deses loopende Jaers 1607. neffens overseyndinghe, in plaetse Facti Specie, geintituleerden Bericht ende opghestelde drye Quæstionibus, voorders vyf bygelegde authentycque Beleeningen, onder Scheydentyck des heylighen Roomschen Rycks ende Kercken tot Ceulen, Ertz-Bisschoppen ende Cheurfursten sub N. 2. 3. 4. ende 5. ende Instrumento apprehensæ possessionis sub N. 6. gelyck alles in ordine in 't voorf. Bericht sive Facti Deductione aengewesen is, versoecken ende requirirèn laeten, hier over een rechtelyck Bedencken uyt te veerdigen.

Sequitur al nu 't voorf: Bericht, *sive* Deductio Facti *van deesen naervolgenden Inhoud cum Quæstionibus, super quibus resolutio petitur.*

BY op-Soeckinghe ende naersien der leen-Brieven des Slots Odenkirchen, naedien die oude beleeninge al-nu niet by der hant geweest is, bevindt sich by den jonhsten van't voorf. Slot, dat by Ertz-Bisschop Herman te leene ontfanghen is door Arnoldt van Hoemen anno 1498.

NAer het afsterven van den gemelten Arnoldt van Hoemen, sonder naer te laeten mannlycke Lyfs-Erven, heeft van hooggedachten Ertz-Bisschop Herman dat Leen ontfangen Hendrick van Nagel; als de welcke een Dochter van den voorf: Arnoldt van Hoemen ghetrout hadde; voor sich ende syne Erven, Crachte der Leen-Brieven, onder dato 1502. op Sondagh naer Barnabæ Apostoli.

NAer de Doot van Nagel sonder naer-latinghe van Lyfs-Erven; heeft meer ghemelte Ertz-Bisschop Herman met het ghemelt Sloth Odenkirchen beleent Wilhelm van Flodorff; dewelke insghelycx eene Dochter van den voorn: Arnoldt van Hoemen getrout hadde, voor sich ende syne Erven; anno 1531. op Saterdagh naer Invocavit, naer inhout van den Leen-Brief. Dienvolghens is 'tselve Sloth ende Heerlyckheyt by den wel-gemelten van Flodorff ghebleven tot anno 1572. als wanneer nar 't afsterven van Wilhelm van Flodorff; van den Ertz-Bisschop Salentin, Florentz van den Boetzelaar, Vryheer van Asperen en Langerack, als dewelcke syns van Flodorfs oudste Dochter Odiliam getrout hadde; voot sich, ende syne Erven daermede is beleent geworden, vermogens den Leen-Brieff de dato 1572. den 19. dach Martii.

NAer het afsterven van den al-nu gemelten Florens van den Boetzelaar, is met het Sloth ende Heerlyckheyt Odenkirchen beleent desselve Soone jongst af-gheleefde Heer Harthart van den Boetzelaar, voor sich, ende syne Erven, naer inhoudt van den Leen-Brieff de dato 10. May. 1595.

De voor-

De voor-ghemelte Wilhelm van Flodorff, die anno 1531. beleent is gheworden; hadde neffens syne oudste Dochter Odiliam, noch twe Dochters; Alvertam, die aen den wel-geboren Carl van Bronchorst-Battenbourg ghetrout was, daervan Maximiliaen Grave tot Bronchorst-Battenbourg, tegenwoordige Possessor des Huys ende Heerlyckheyt Odenkirchen, neffens deselve Susters Petronella Weduwe van Bentinck gheboren is; de derde Suster Anna is aen Harthart van Palant ghehouwelyckt, dewelcke twee Dochters gheboren heeft; die daer naer beyde zyn overleden; sulcx dat als-nu welghemelte Heer Maximiliaen van Bronchorst ende des selve Suster tot den allodiaelen ende Leen-Goederen indubitatè de naeste Erf-genamen, ende daeromme by de geledigde, rechtmatige, aengenomene possessie te hanthaven zyn.

Wilhelmus de Flodorff habuit tres filias.

1) ODILIAM,	2) ALVERTAM,	3) ANNAM,
Quæ Florentio de Boezelaar nupta fuit.	Quæ Carolo de Bronchorst fuit desponsata.	Quæ uxor fuit Harthardi de Palant.
Florentius Harthardus de Boezelaar, Dominus de Odenkirchen obiit 28. Octobris 1636.	Maximilianus de Bronchorst, qui 29. Octobris 1636. possessionem vacuam sine vitio apprehendit, sed 7mâ Julii 1637. eâdem spoliatur.	Anna de Palant, nupta Petro Ernesto de Rolinghen.
Post hunc successit in Dynastiâ de Odenkirchen, Maximilianus de Bronchorst, at 7timâ Julii 1637. de mandato Serenissimi Electoris Coloniensis è possessione dejectus est.	Anna Maria Sidonia nupta Florentio de Merode.	Franciscus de Rolinghen.
	Maximilianus Marchio de Westerloo.	Franciscus Ernestus de Rolinghen obiit 1735.
	Joannes Philippus Eugenius Marchio de westerloo, obiit 12. 7bris 1732.	

Wilhelmus Augustinus Marchio de Westerloo, vivat!

Ex suprascripta facti deductione, quæ in continenti suis allegatarum investiturarum authenticis copiis verificatur, hæ moventur quæstiones, quarum decisio ab Amplissima Facultate Juridicâ Coloniensi petitur.

I.

Anne Feudum hoc promiscuum ac hæreditarium, proinde ejus investitura hæredibus ab intestato proximis in legitima ac reali possessione ejus inventis, ac etiamnum constitutis juxta jus commune Feudale & maximè Diœcesis Coloniensis notoriam observantiam, minimè deneganda sit?

II.

Utrum Verba *uyt Genaden, &c.* quæ investituris promiscuè inserta, hæredibus præjudicent?

III.

An præsenti casu, quo hæres masculus cum fœmina in transversa linea concurrit; masculus præferendus, an verò pari jure censendi sint? cum deductione jurium ac applicatione præjudiciorum, &c.

S*Oo dan ons niet onbekent is,* quod officium Jure-Consulti sit publicum & necessarium, ita ut & quis invitus ad inserviendum & consulendum cogi & compelli possit, prout videre est apud

Gaill. *lib.* 2. *pract. obs.* 43. *n.* 3. Arism. Tepac. *in comp. decis. ll.* 86. *c.* 4. *vers.* nam consulere invitus & per eundem relati. Gloss. *in l.* 2. *in verb. concessum C. de proxim.* Sacrar. Serni *lib.* 12. *& in addit. noviss. Additionis Lugdun.* de Anno 1604. *lit. C. ac jura ibidem allegata.*

Soo hebben wy dese wes ons Ampts ende professions *weghen incumbeert neit kunnen naer laten souder Sijne Gen: Heer* Consulents *recht ende billickmatich versoeck Stadt ende plaetse ghegheven, met sulcke toeversicht levende, ghelijck sulcke* deduction juris juxta propositum, facti speciem *onpartijdische wijse is gestelt, dat dieselve alsoo van ongepassioneerden te recht op-genomen ende verstaen sal worden.*

Quæstio prima.

S*Oo veel nu de eerste Vrage aengaet*: Anne Feudum hoc promiscuum ac hæreditarium, proinde ejus investitura hæredibus ab intestato proximis in legitima ac reali possessione inventis, atque etiamnum constitutis, juxta jus commune & feudale, & maximè Diœcesis Colon. notoriam observantiam minimè deneganda sit?

Hæc quæstio licet unica sit, tamen bipartita est, una pars respicit jus quod D. Comes ad hoc feudum tanquam hæres & proximior ultimi defuncti Vasalli & Possessoris aut descendens ex Linea Wilhelmi van Flodorff, aliorumque multorum præcedentium Vasallorum, licèt ex lineâ femininâ, prætendit.

Altera pars quæstionis respicit ipsum possessorium, an scilicet in legitima & reali possessione relinquendus & manutenendus, aut quatenus turbatus restituendus, aut non adeptâ D. Comes immittendus sit.

Et quoniam regulariter prius possessorium solet discuti & terminari.

§ *Retinendæ instit. de interd. l. ordinarii juris C. de rei vind. & ibid.* Bald. *Dom. Card.* Tusc. *Pract. conc. litt. P. conc.* 446.

Ac jura sint commoda possessionis.

L. fin, *c. de rei vindic.* L. *is qui destinavit. ff. de rei vindic.* d. §. *retinendæ vers. & quia longè juncto versic. commodum a. possidendi instr. de interd.* Masc. *de prob. concl.* 11. *q.* 4. Costasius *in d. l. is qui destinavit.* Menoch. *lib* 6. *ps.* 69. Tusc, *litt. P. conc.* 427.

Possessionum quoque effectus varii sunt, qui passim à Doctoribus recensentur.

Tusc. *d. litt. P. concl.* 428. & *C.* 445.

Sic videndum priùs de possessione, & quoniam in facti specie atque documento possessionis narratur ultimum possessorem Castri in Odenkirchen, Anno 1636. *die* 28. *Novemb.* sive 27. *Novemb.* juxta narrata præfati documenti obiisse, Dominumque Comitem & Consulentem 29. ejusdem Mensis Nov. mane circa decimam & undecimam horas possessionem realem castri cum pertinentiis apprehendisse & hoc ipsum per publicum instrumentum n. 6. signatum probatum sit, & constet sic de possessione D. Comitis & Consulentis, non est dubitandum, cùm propria authoritate vacans possessio à quocunque impunè capi possit.

Tusc. *in verbo possessio Conc.* 408. *per votum.*

Eaque possessio juncta prioritate præsupponenda, cùm de nulla alia nobis constet, sequitur bene memoratum Dominum Consulentem in eadem manutenendum, ne dum turbandum esse, cùm regulariter possessor quantumcunque etiam invitus, imò & prædo debeat manuteneri usque ad cognitionem causæ.

Text. *in l. si quis ad se fundum C. ad l. cul. de vi publ.* ibi DD. Text. *in C. in liberis ext. de restit. spoliat. Ferrar. in forma libelli in causa spoliatæ possess. in glossa tantæ & possessa.* Card. Tusc. *in d. verbo possessio conc.* 441. *per jura & DD. ab eodem allegati.*

Verùm quoniam in acquirendo possessionis negotio tam accuratè tamque strictè prioritas in tempore observanda venit, ut non solùm dies, sed & hora & singula momenta numeranda sint, ita ut qui vel momento in possessionem venit, alterum in ea vincere debeat.

Bald. *in l. fin. C. de edict.* D. Hadr. *Coll. ad* 2. *vers.* & quartus Casus & *in l. ab hostibus* §. *sed quod simpliciter col.* 2. *n.* 3. *ex quibus Caus. major.*

Ubi enim vis est in temporis prioritate, non modò dies, sed & hora & momentum sunt in consideratione.

Gloss. *in l. si ex pluribus in verbo ex usuff. de solut.*

Sic quatenus ulla prætendi posset prioritas temporis, videndum, an Dominus Comes adipiscendæ possessionis aliqu. Jus prætendere posset.

Et optimo jure prætendere posse existimamus per ea, quæ ante aliquot annos Anno 1616. die decima mensis Junii in simili casu in controversia inter Serenissimum Principem Elect. Coloniens. & D. Edmundum van Metternich ratione Castri in Reinsheym vertente respondimus, ubi *in* §. *antepenultimo juncto* §. *præcedenti ostensum.* Inter omnes Feudistas convenire, si filia vel soror defuncti Vasalli existat, ejusdem hæres universalis (prout hoc nostro casu D. Florentio Harthart van den Boetzeler modernus D. Maximilianus Comes in Bronchorst &c. suæque Gratiæ soror unica Petronella van Bronchorst Vidua Bentinck indubitatè ab intestato hæredes sunt) quòd tunc rectè mitti debeat in possessio-

ſeſſionem, ſi eandem non eſſet adepta. Etſi enim regulariter Feminæ Feudalium bonorum ſint incapaces, tamen hoc objectum in poſſeſſorio judicio non attenditur, ſed petitorio reſervatur, cùm poſſibile ſit, quòd aliquo caſu fœminæ ſint capaces, prout in multis contingit & volunt Scribentes, quod illud non ſit diſputandum in poſſeſſorio, ſed reſervandum ſit petitorio, &c. Et idem procedere, ſi contentio ſit inter Dominum feudi & filiam Vaſalli, quodque filia vel alius hæres non ſolùm in allodialibus, ſed & feudalibus bonis manuteneri vel immitti debeat per textus & DD. dicto loco relatos. Ut

Text. *in C. inter filiam §. defuncto ſi de feu. defunct. contr. ſit inter Dom. & aqu. Vaſall. in unt. feud.* Roland. à Valla *Conſ. vol.* 1. *n.* 61. 62. 63. 64. *&* 65. Franc. Curt. *conſ.* 41. *n.* 11. Fichard. *Conſ.* 17. *n.* 1. *vol.* 1. Pares. *Conſ.* 23. *n.* 64. *aliosque relatos.*

Et ita quoque reſpondit *Facultas Lovanienſis* 25. *Aprilis*, *anno* 1620. in cauſa ſive controverſia orta inter Sereniſſimum Principem & Archiepiſcopum Colonienſem eidemque adjunctum Capitulum Metropolitanum Colonienſe tanquam directos Dominos Feudales ex unâ, & Illuſtres & Generoſos Dominos Vaſallos & Ordines ſeculares Patriæ ac Ditionis Colonienſis circa finem ejuſdem Conſilii n. 34. quod cùm anno 1738. typis Ottonis Joſephi Steinhauſs Coloniæ publicatum ſit, ſic jura & DD. & fundamenta à bene memoratâ Facultate allegata brevitatis gratiâ omittimus, quæ Facultas d. loco reſpondit, remedium ex Edicto Domini Adriani in l. vet. C. de Edicto D. Adr. locum etiam habere in feudis, quando hæredes poſſeſſionem ſibi vendicant ſive ex teſtamento ſine ab inteſtato. In præſenti autem caſu multò magìs benè memorato D. Conſulenti poſſeſſio adjudicanda, cùm de bono & optimo ejus jure, prout in 2 parte hujus quæſt. deducetur, conſtet, ſeque priorem in poſſeſſione contendat, & contrarium aſſerenti ejus probatio incumbat ad jura vulgata, quodque poſſeſſio in acquirendo facti ſit factum probandum, licèt poſt acquiſitionem juris ſit, ideoque requirit apprehenſionem actualem, nec ſolus animus ſufficit, aut ex ſolo probatur titulo, licèt animo ſolo retineatur.

D. Card. Tuſc. *in verbo poſſeſſio concl.* 400. *&* 406. *n.* 1. *C.* 1. *§. ſi vir. ff. de acq. poſſeſſ. le peregrè §. fin. d. ll.*

Cùm itaque ex prædeductis conſtet, bene memoratum D. Comitem caſu quo prior in poſſeſſione non fuiſſet immittendum, caſu autem quo prior fuiſſet manutenendum, ſic multò magìs quatenus in ſua poſſeſſione turbatus eſſet aut turbaretur, reſtituendus, quoniam prout paulò antè dictum poſſeſſio ſemel acquiſita ſolo animo retinetur, licèt in dubio ultra decennium durare non præſumatur, ita reſp. docet

Tuſc. *lib. V. concl.* 406. *n.* 1. *& ibidem relati.* Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 66. *n.* 4.

Nemini quoque licitum eſt poſſeſſionem, quam alius habet, occupare.

L. *ſi in Emptione §. vacua ff. de act. Empt.* L. *Exſtat* 13. *ff. quod metus cauſa & utrobique DD. cum ſimilibus.*

In tantum, ut ne victrix quidem pars poſt ſententiam, quam obtinuit, id facere poſſit, ſed competentem Judicem adire debeat, aliàs ſuo jure privatur, qui contrà facit:

Text. *in l. meminerimus C. und. vi.* Tuſc. *in verbo poſſeſſio c.* 409. *n.* 14. *p. d. legem.*

Imperatores enim *Gratian. Valent.* & *Theod.* in prædicta l. in hæc verba reſcribunt, quod ſi præcepta noſtra implere neglexerint, omni negotio de quo jurgare cœperunt privabuntur &c. Et paulò poſt, ſed illico quidem poſſeſſio ei à quo eſt ablata reddatur, &c. & *Tuſc.* d. n. inquit, quod licèt poſſit per Judicem parti concedi, ut per ſeipſum capiat poſſeſſionem in vim judicati, tamen non debere hoc concedere, ut obviet ſcandalis, quia non ſingulis concedendum, quod per Magiſtratum publicè fieri poteſt.

L. *non eſt. ff. de R. J.*

Et ſicut Princeps non poteſt ſuo Vaſallo ſine cauſæ cognitione tollere feudum,

C. *un. de feudo ſine culpa non amittendo.* Nicol. Boër. *Deciſ.* 211. *n.* 23.

Sic nec Principi ſive Electori quidem conceſſum eſt, propriâ authoritate non vacantem poſſeſſionem apprehendere, & Dominum Conſulentem in ſuo libero poſſeſſionis exercitio impedire, eò quòd Imperii Princeps ſit & Elector, nam & Superiorem recognoſcit, nec etiam ſupremo Principi licitum eſt ab executione incipere.

Wesb. *conſ.* 9. *n.* 30. Zaſius *in l. juſti ff. de acqu. poſſeſſ.*

Poſſeſſor enim non debet amoveri à ſua poſſeſſione, niſi cum cauſæ cognitione & prævia citatione, ac lite pendente debet manuteneri tam de jure quàm de ſtylo Curiarum. Etſi eſſet lis inter privatum & fiſcum, dummodo poſſeſſor ille legitimam habeat contradictionem, prout hæc probantur per

L. 1. §. *ſi a. proprietarius C. com. de manumiſſ.* L. *ſi ſervus ff. quod cum eo.* Guido Papa *deciſ.* 366 Tuſc. *litt. P. conc.* 441. *n.* 8. 9. *&* 10. *cum concl. ſequenti. n.* 4. *& aliis.*

Quoniam tamen DD. in hos, qui præventione quadam antiquiores poſſeſſiones abſentes vel ignorantes, qui vel meliùs vel parciùs habent, circumveniunt & callidè ac occultè extremum exhalantis animæ ſpiritum ita cupidè exſpectant, ut ſimul atque is emiſſus ſine cunctatione poſſeſſionem aliis

præripere possint, graviter invehuntur, ideoque hos clandestinos, vitiosos, violentos, vulterios possessores appellant, indignissimumque pronunciant eos commodo possessionis gaudere, sed Magistratum cavere debere, ne in rempublicam tale quid malo exemplo irrepat, & qui taliter nactus est possessionem, rursus de possessione quamprimum dejiciatur, teste

Gaill. *tract. de arrest. Imper. cap.* 11. *n.* 33. *&* 34. Ernesto Cothman. *resp.* 9. *n.* 180. *& seqq. vol* 1. & eodem *resp.* 55. *n.* 94. *vol.* 2. Natt. a *Cens* 93. *n.* 6. *vol.* 5. Jas. *in l. justè possidet ff. de adquir. poss. p. l. fin.* C. *de natur. liber.* L. 1. *ff. quod vi aut clam.* L. *cum possidere* §. *qui ad nundinas ff. de acquir. possess.* L. *si quis Liberum ff. de probat.* L. *vis ejus C. eodem.*

Quoniam quoque nemo potest bonâ conscientiâ possessorium intendere, qui non scit aut scire credit se in petitorio jus fovere & intentionem suam obtinere posse, ùt pulchrè tenet

Franc. Sermuerto *select. quæst. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 5. *& ex eo* Andreas Gilmannus *rerum judic. Cameræ decis.* 50. *n.* 35.

Ex his aliisque causis, & quòd possessorium cum petitorio cumulari possit, quia eo ipso quis non est sibi contrarius, quòd possessorio & petitorio agat cum diverso respectu petitorio & possessorio, nec ex una eademque causa, eodem fine & eadem qualitate, sed ex diversa causa & diverso fine, agatur possessorio scilicet & petitorio; cúmque nihil proprietas cum possessione commune habeat, sic rectè utrumque judicium cumulari potest.

DD. *in l. naturalit.* § *nihil commune ff. de acq. vel amitt. possess.* Joan. Petr. Ferrar. *in praxi, in forma libelli, in causa spoliatæ possess. in glossa pleno jure n.* 1. Et idem *in forma libelli pro turbata poss. in glossa ad cessandum n.* 5. *& plurib. sequent.* D. Card. Tusc. *pract. concl. litt. P. conc.* 550. *per totum.*

Secundum membrum primæ quæst.

QUare rectè Dominus Consulens in prima quæstione simul quærit; anne feudum hoc promiscuum ac hereditarium proinde hæredibus ab intestato proximis juxta jus commune feudale & maximè Diœcesis Coloniens. notoriam observantiam Investitura minimè deneganda sit.

Rationes dubitandi.

ET videtur imprimis dicendum, quòd D. Comes non sit capax hujus Feudi, ex quo juxta facti speciem §. *naer 't af-sterven van den gemelten Arnoldt van Hoemen, &c.* cum castro & appertinentiis in *Odenkirchen* investitus fuit Arnoldus van Hoemen pro se & suis hæredibus, prout constat ex investitura Archiepiscopi & Theodori de anno 1441. aliisque sequentibus investituris. Jam autem in jure certum est, quod verbum *Lyfs-Erven* sive *Erben* in feudis ad masculos referendum sit,

C. 1. §. *hoc autem de iis, qui Feud. dare poss.* C. 1. §. *Filia de success. feud.* C. 1. §. *Filius de success. fratr. & grad succ.* Mynsing. *Pract. obs.* 72. *cent.* 5. *n.* . *ubi hæc & alia jura allegat, & idem d. cent.* 5. *observ.* 74. *in princ.* Octav. Cacher *Decis.* 23. *n.* 3.

Licet aliàs appellatione hæredis jure communi omnes Successores, & sic Filiæ veniant.

L. *hæreditates ff. de V. S.*

2. Facit, quòd sub voce masculorum, non comprehendatur masculus etiam ex feminâ descendens, utì tradit

Surdus *consil.* 316. *n.* 6. *& seq. item cons.* 475. *n.* 15. 16. *& seq. ac n.* 21. 31. *& seq.*

3. Quòd femina semel exclusa à successione feudi per existentiam masculi perpetuò maneat exclusa per text. express.

C. *unic.* §. *quin etiam ll. Episc. vol. Abbati.*

Qui Textus expressè inquit, si quis feudum acceperit, ùt ejus descendentes masculi & feminæ illud habere possint, relicto masculo ulteriùs femina non admittitur, quem text. latè explicat *Rosendall* tract. de feudis cap. 7. concl. 44.

Hanc quæstionem tractant quoque passim DD. & quidem latè diversa præjudicia allegando,

Knichen *d. restit pacetor.* 1. *Cap.* 3. Mynsing. *cent.* 5. *obs.* 74. *n.* 4. Scheard. *p.* 7. *cap.* 4 *n* 83. *& seq.* Paulus Christinæus *decis.* 2. *n.* 20. Gaill. 2. *observ* 148. *n.* 1. Grevæus *pract. concl. l.* 2. *concl.* 48. Fach. *lib.* 7. *cent. cap.* 73. Claud. *cant. cons.* 19. *n.* 11. Octav. Cacher *Decis.* 23. *n.* 17. Franc. Vivius *lib.* 1. *com. oper. n.* 277. Et permulti *alii ab iisdem relati.*

Imò *Mynsing.* dictis locis adjicit, quòd non solùm filia semel per existentem masculum à successione Feudi exclusa in perpetuum exclusa manebit, sed & quòd nec ipsa nec ejus liberi sive masculi sive feminæ ad Feudum admittantur, etsi Vasallus ultimus sine hæredibus masculis moriatur, sed

illud

illud tanquam apertum ad Dominum revertitur, unde inferendum videtur ex quo Domini Consulen is mater Alverta per. D. Florentium Harthart van den Boetzeler semel exclusa fuit, quod etiam non solum ipsa, sed & omnes ejus hæredes tam masculini quam feminini sexus in perpetuum manebunt exclusi.

Rationes decidendi.

VErum his non obstantibus respondetur D. Consul. Maximilianum Comitem in Bronckhorst, &c. hujus Feudi, Castri, scilicet in Odenkirchen, cum suis pertinentiis verum & legitimum successorem Feudi esse idque ex subsequentibus probatur rationibus.

Pro cujus demonstratione etsi prima & antiquissima investitura necessaria esset, cum illa sit radix basis & fundamentum totius causæ, & juxta eandem omnes insequentes investituræ declarandæ sint, adeo ut posterior investitura prioribus contraria ipso jure nulla judicanda, quod multis probat,

Octav. Cacher *in decis, pedem decis.* 23. *n.* 2. Gaill. 2. *observ.* 55. *n.* 2.

Tamen quando & quamdiu non apparet investitura antiquior illius Feudi hæc pro prima habetur per ea quæ post Bald. tradit.

Molina *in Consuet. Paris.* § 5. *n.* 66. 71. *& sequent.* Bursat. *cons.* 49. *n.* 10. *& Cons.* 150. *n.* 9. *vol.* 2. Roland. à Valle *Cons.* 66. *n.* 13. *vol.* 3. Rosend. *in Cons. Feud. in tertia ratione decid. n.* 3. Et passim *quos ac alios allegat.*

Sic tenorem antiquissimæ nobis prolatæ investiture Theodorici de Anno sc, 1441. sequemur in qua investitura cum inveniamus Arnoldum van Hoemen Burchgravium in Odenkirchen citra mentionem ulterioris sive antiquioris investituræ investitutum, ac circa finem hæredes dicti Arnoldi mentionem fieri,

Gaill. *lib.* 2. *obs.* 154. *n.* 7. *&* 8.

Et aliorum ab eodem allegatorum cum D. Arnoldus juxta principium dictæ investituræ nulla mentione filiorum vel hæredum aut quia in fine prefatæ investituræ Arnoldi, aut suorum hæredum solummodo mentio fiat hoc feudum in dubio hæreditarium præsumendum etsi à *Guillio* alii dissentiant ut refert

Græveus *lib.* 2. *concl.* 154. *consid. unica.* Mynsing *cent.* 4. *obs.* 2. *n.* 5.

Qui prout & alii contrariam tenent sententiam, sc. in dubio non præsumitur hæreditarium, sed magis ex pacto & providentia, per rationem quod hoc de jure non reperiatur expressum & interpretatio semper secundum subjectam materiam facienda, actúsque secundum naturam sui subjecti regulentur,

L. *ejus ff. de oper. Libert.*

Quare cum præsenti casu non exprimitur qualitas hæredis in materia feudali juris feudalis authoritate, verbum hæredis intelligitur de filio, & verbum filius est ex pacto & providentia, consequentium feudum in dubio non hæreditarium, sed ex pacto & providentia presumitur esse concessum, nam ut inquit *Graveus* dicto loco quis tuto ausus esset negare feudum in dubio censeri proprium, seu rectum. Nam recipiendo feudum quis videtur recipere pro se & hæredibus, id est filiis, non à pro hærede hæreditatis, cum illa qualitas hæredis hæreditatis sit Extrinseca, ideo in dubio non præsumitur

L. *sciendum ff. de v. o.* Myns. *d. cent.* 4. *obs.* 2. *n.* 7. *&* 8. Schrader *de feudis p.* 2. *cap.* 3. *n.* 31.

Etsi autem desuper prout ostensum est, controversia sit inter DD. tamen quicquid sit de jure communi feudorum in hoc nihilominus conveniunt quod in locis ubi consuetudo viget ut in feudis feminæ succedant quod tunc verbo hæredis feminæ quoque comprehendantur,

Paul. Cristineus *in dec. Curiæ Belgicæ tomo* 6. *decis.* 42. *n.* 15. *&* 16. *& decis.* 34. *n.* 5

Bursat. *cons.* 150. *n.* 4. Menoch. *cons.* 331. *n.* 32.

Quod autem talis usus introduci possit, validus sit & generali feudorum consuetudini deroget tradit idem.

Christ. *d. decis* 42 *n.* 28. *&* 29. *per l. de quibus ff. dell.* C. *unico de feudi cognit.*

Arg. *l. omnes populi ff. de justitia & jure.* Uld. Zasius *tract. de feudis p.* 8. *n.* 82. Lovan. in Resp. *inter princ. Elect. Col. ejusque status de data* 20. *Aprilis Anno* 20. *n.* 13. 14. 15. *&* 16.

Generale siquidem est quod in feudis sicut passim in jure primo loco attendi debeant pacta & conventiones *L. contractus* 23. *ff. de* R. I. inquiens sed hæc ita nisi quid nominatim convenit vel plus vel minus in singulis contractibus, nam hoc servabitur quod initio convenit legem contractus dedit, nec dubitantum quin datio feudi sit quidam contractus & quidem nominatus.

Barth. *in l. juris gentium* §. *quin imo n.* 17. *ff. de pact.* Jaſon *ibidem n.* 16. & *ſeqq.* Curt. *de defeudis p.* 1. *q.* 10 *n.*3 Weſenb. *de Feudis cap.* 1. *n.* 7. *ubi d. DD. alioſque allagat.* Boër. *dec.* 211. *n.* 5 & 11. *idem ac alii per eundem relati tradunt.*

Quod ſicut Vaſallus propter delictum commiſſum in Dominum privatur feudo, ita Dominus per delictum commiſſum in Vaſallum privatur jure ſuo, proprietate ſcilicet quam habet in feudo.

Et iterum Dominus & Vaſallus correlativè ſe habent excepto homagio & fidelitate quam præſtat Vaſallus Domino.

Pactis deficientibus attenduntur ſtatuta & conſnetudinis loci in quo feudum ſitum eſt.

Cin *in l.* 1. *C. quæ ſit longa Conſuet.* Schn, *de Feud, p.* 1. *n.* 10. 11. 17. & 38. *in add. ad liſt. H.*

Conſuetudine ſpeciali deficiente ſicut recurritur ad jus commune ita quoque fit recurſus ad jus commune feudorum in feudalibus, hoc deficiente ad jus commune, ſiquidem enim caſus emerſerit qui conſuetudine feudi non ſit comprehenſus, abſque calumnia ſtrenuus legis peritus uti poterit, lege ſcripta verba textus ſunt in

C. *unic. de Feud. cognit.*

Ad hanc itaque primam decidendi rationem firmandam, neceſſe erit deficiente ſpeciali pacto, quo feminæ & ex his deſcendentes ſive maſculi ſive feminæ expreſsè non vocantur de ſpeciali hujus Diocœſis Colonienſ. conſuetudine videre eamque probare in quâ probatione conſiſtet ſecundum principale fundamentum D. Com. in Bronchorſt, &c.

Et quidem hanc controverſiam non multis ab hinc annis inter Seren. Principem Archiepiſcopum & Electorem Colonienſem ejusq; Diocœſis Vaſallos ortam eſſe, cônſtat ex compromiſſo hinc inde ſuper hac controverſia inito. Quodque præfati Vaſalli nitantur conſuetudioe inveterata & immemoriali, qua ſemper & à tanto tempore, ut de contrario nulla extet hominum memoria, ſc. quod in ditione Colon. uſitatum & obſervatum fuerit quod feuda ubi nulla maſculinitatis ſpecialiter & expreſſa in primæva inveſtitura ſive conceſſione fit mentio, pro hæreditariis & promiſcuis habita & reputata fuerint, habeantur & reputentur hoc ipſum longa ſerie exponit facultas Lovanienſis in reſponſo adjuncto

§. *cum igitur n.* 17. & §. *ex adverſo n.* 1.

Inſuper ad tria fundamenta pro parte Sereniſſimi Electoris adducta, quorum primum ex jure communi, alterum ex indultis Romanorum Imperatorum Alberti I. & Caroli IV. Ac tertium ex contraria obſervantia & exemplis quibusdam deſumptum, hiſce enim fundamentis reſpondet profata facultas *in d. conceſ. n.* 8. & 12. cum aliquot ſequent. Ad ſecundum V. reſpondetur *n.* 27. & *ad* 3. *n.* 29. & 30. hancque ſententiam diverſis rationibus comprobat quo brevitatis gratia fit relatio, ne aliortm labores nobis adſcribere videamur.

Similiter quod Feuda Archiepiſcopatns & Diocœſis Colonienſis niſi expreſsè ſit cautum quod ſint maſculina promiſcua vulgò cum *Bel-wijven ofte Erven*, ſint, tradit excellentiſſimus Feudiſta Henricus *Roſendall* in adjuncto conſilio ſuo feudali, in prima ratione decidendi, ubi hiſce formalibus atteſtatur,

Dat in't Ertz-Sticht Ceulen. ende derſelver Man-Kamer, gelijck ick hun, ende in alles, bericht hebbe van Edel ende on-Edel, Graven, Heeren ende Edel-luyden, oock etlijcke Cheur-Vorſtelucke Raden, voor 20. 30. *ende meer jaren, ende noyt anders gehoort, oock meer als een, jae veel exempelen gheſien, dat het ſonder contradictie alſoo is gehouden geworden.*

Prout idem *Roſendall* in *conſ.* lacius proſequitur, deducit, & ad contraria reſpondet, ad quod *Conſ.* D. *Roſendalii*, eo quod ad preſentem caſum faciat, fit relatio.

Dicta *Roſendalii* confirmant bini Spirenſes Jureconſulti, qui n. 31. hiſce formalibus ſcribunt. Talis autem in ipſo Archiepiſcopatu Colonienſi ſi Feudorum ſucceſſio obſervatur, ut ſc. quamvis inveſtituræ tantum maſculina Feuda contineant, quod nos intelligimus de jure communi Feudornm nulla maſculinitatis facta mentione, tamen deficientibus maſculis proximi hæredes ſexus feminini præ aliis omnibus admittantur & inveſtiantur, &c. allegantes inſuper.

Joan. Ficchardum *conſ.* 17. *n.* 7. *lib.* 1.

Ubi refert id à præcipuis quibusdam Electoralibus Conſiliariis Colon. & quidem una cum tranſmiſſione inſignium quorundam caſuum ad ſe ſcriptum eſſe.

Hiſce omnibus propriæ noſtræ Facultatis ac Majorum noſtrorum maximè ex parte defunctorum accedit authoritas, dum approbando præmentionatum Conſilium *Roſendalii*, Prout eadem approbatio adhuc in ſcriptis & typis expreſſa extat, 10. Junii, Anno 1616. num 15. reſponderunt, quod ex communi conſuedutine Curiæ Colonienſis, ut quoque circumjacentium & Vicinorum Ducatuum & Provinciarum, omnia Feuda communia habeantur, in tantum ut etiam feminæ non exſtantibus maſculis in iis admittantur,

Et

Et cùm eadem consuetudo certa & notoria sit, sic exempla multa, quæ adduci possent, præte reuntur, solùm adducuntur exempla nobiliora & præcipua *Pincernatus*, Camerariæ, Marchallatus, & Majoriæ, vulgariter *Erff-schenck*, *Erff-Cammerye*, *Erff-Maerschalck ende Erff Hoof-Meester*, allegantes insuper expressum Rescriptum Reverendiss. & Serenissimi Domini D. Ernesti Archiepiscopi Coloniens. Sacri Romani Imperii Principis Electoris Domini nostri Clementissimi piæ Memoriæ manu propria in causa Generosæ Comitissæ de *Nieuwenaer* contra Generosum Comitem de *Reifferscheydt*, in quo Serenissima sua Celsitudo hisce formalibus rrscripsisse fertur, *neffens dien ist* notorium *ende landt-kondigh*, *dat alle des Ertz-Stichts Ceulen te deser tydt* pro feudis communibus *gehouden worden*, in quibus sine ullo sexûs discrimine successio ad proximiores *wert gedefereert*, *ende mochte daeromme de gemelte Weduwe van Nieuwenaer in krachte van gemeyne Land-gebruyck van der selver successie niet af-gehouden worden*.

Et licèt hæc attestatio & confessio Principis Ecclesiastici, quæ non videtur Ecclesiæ posse præjudicare per vulgata jura, tamen quòd eadem ac aliæ præmentionatæ attestationes probent & fidem faciant, tam *Rosendalius* quàm inclytæ *Facultates Coloniensis & Lovaniensis*, nec non præmentionati *Spirenses Jureconsulti* in præallegatis suis Consiliis passim sustinent ac probant.

Ad extremum hoc secundum fundamentum Generosi D. Comitis in Bronchorst confirmat

Paulus Christinæus *in decis. Curiæ Belgicæ tom. 6. decis. 42. n. 29.*

Qui attestatur in feudis Ecclesiasticis utpote Monasteriensibus, NB. *Coloniensibus*, *Hirsfeldensibus*, *Fuldensibus*, *Corveiensibus*, atque aliis, ac iterum in specie quòd de Coloniensi Consuetudine, tam feminis quàm masculis beneficia deferantur allegans simul præjudicium.

Etsi autem in hac quæst: an Doctori asserenti de consuetudine credendum? variæ & diversæ sint opiniones Doctorum, ac una ac altera opinio communis esse dicatur, prout videre est apud

Ant. Gabr. *pract. concl. lib. 1. concl. 4. per totum.* Jos. Masc. *tract. de probat. concl. 526.* D. Card. Tusc. *litt. D concl. 558.*

Tamen in hoc communiter consentiunt, quòd Doctori attestanti de consuetudine illius Curiæ, in qua quis versatus est, aut versati sunt, aut ii testetur de consuetudine uniformi saltem ad præsumptionem inducendam, & transferendum onus probandi in adversarium credatur.

Gabr. *d. concl. 4. n. 2. & 3.* Masc. *de concl. 582. n. 5. & 6.* Tusc. *d. concl 558. n. 11. 12. 14. 15. 17 & 18.*

Quantò magis in hoc nostro casu, ubi non solùm unius, duorum, trium, sed plurium Doctorum, item Collegiorum Doctorum, imò Consiliariorum Principum Electorum, qui maximè versati sunt in Curia, de cujus consuetudine probanda agitur, imò quod plus est ipsi Principi Electori credendum est, concurrentibus tot & tam diversis præjudiciis, rebus judicatis & ubi certa & notoria præsupponitur consuetudo.

Tertio, quod etsi per præallegatas investituras feminæ in defectum masculorum non vocentur expressè, tamen quòd feudum in specie sit promiscuum, & quòd de eodem Generosus Dominus Comes investiendus sit probatur ex eo, sc. quia optima legum Interpres est consuetudo & ex subsecutis certa & indubitata sumitur declaratio, nec facilè innovanda sunt quæ semper certam habuerunt interpretationem,

L. *minimè ff. de Il.*

Et in terminis quod tenor investituræ sumat interpretationem suam ex subsecuta observantia Domini concedentis probatur ex eo quod consuetudo declarat omnem actum,

Joan. Petr. Surdus *tract. de alim. ll. 4. quæst. 19. n. 3.* L. *quod si nolit §. quia assidua ff. de ædil. ædic.* L. *in stipulat. ff. de R. J.* Anton. Gabr. *Rom. lib. 6. com. concl. ll. de consuet. concl. n. 10.* Brun Lofrid aliosque allegans, *qui in specie loquuntur de concessione Feudi.*

Porrò in præsenti hoc nostro casu observantiam ab immemoriali tempore quo ad hoc Feudum, & quòd in eodem ab immemoriali tempore deficientibus masculis feminæ successerint, earúmque mariti investiti sint ex diversis constat investituris, sic post mortem *Arent van Hoemen*, cujus filia nupsit Henrico Nagell. Idem Nagell, anno 1502. ab Hermanno Archiepiscopo investitus est, & cùm d. Nagell iterum absque hæredibus masculis discessisset, ejus gener Wilhelmus *van Flodorff*, anno 1531. Sabbathi post Invocavit juxta tenorem investituræ suæ n. 3. investitus est. Qui cùm similiter relictis tribus filiabus Odilia, Alverta, & Anna decessisset, maritus natu senioris filiæ Generosus Dominus Baro *in Asperen*, *Florentz van den Boetzeler*, anno 1572. 19. Martii, juxta tenorem Investituræ n. 4. signatæ à Salentino, & post ejusdem mortem ejus Filius ex seniore Filia Wilhelmi *van Flodorff*, Odilia natus, qui anno præterito 1636. 28. Novemb. mortuus dicitur, ab Ernesto anno sc: 1592. 19. Maji investitus est.

Consequens itaque est cùm à centum triginta quatuor annis circiter in Feudo Castri *in Odenkirchen* &c. feminæ absque ulla contradictione, cùm de nulla planè nobis constet, successerint, eorumque mariti investiti sint, Dominum quoque consulentem de eodem Feudo uti filium ex sorore D. Odiliæ,

 cujus

cujus linea per mortem D. Florentii Harthart *van den Boetzeler* extincta, Alverta uxore sc. Generosi D. Comitis *in Bronchorst*, Baronis *in Batenburgh* &c, investiendum esse.

Quarto quoque pro Generoso D. Comite & Consulente facit, quod in feudalibus locum habeat præscriptio 30. annorum.

C. 1. § *si quis per triginta si de feud. de f. fuer cont.* Gloss. *in C. 1. in verbo præscriptione.* Wesemb. *de Feudis, cap. 6. n. 3.* Melin. *de Feudis rub. 1. §. 7. n. 8.* Balb. *tract. de præscript. in 4. part. 4. part. princ. n. 1. 2. 3.* Wesemb. *cons. 74. n. 39.* Alvar. *ll. 9. in d §. si quis per 30.*

Ubi n. 2. tria ad hanc præscriptionem requirit, ut quis possederit rem tanquam feudalem per spatium 3. annorum continuò, 2. quòd ex dicta re sint præstita servitia tanquam de re feudali dicto tempore cum declaratione ibidem posita. 3. quòd possessio illa 30 annorum fuerit formis, id est habita semper tanquam feudalis, quæ omnia in præsenti casu intervenerunt, sicut & alia ad præscriptionem aliàs requisita, ubi n. 6. addit, quòd feudum acquisitum per præscriptionem transeat ad hæredes.

Et sicut nemine contradicente feudum præscriptione legitimè acquiri potest, ita dubitandum non est qualitatem aliquam feudalem præscribi posse, & licèt in dubio feudum præscriptione acquisitum censeatur in qualitate feudi masculini, sive rectiùs nec femininas admittat,

Rosendall. *tract. de feud. c. 6. concl. 77. n. 1. & C. 2. concl. 51. n. 1. 2. & C. 7. concl. 15. n. 5.* Alver. *d. 3. n. 6.* Duar. *de feudis, cap. 8. n. 6.*

Tamen prædicta procedunt, nisi & feminas feudi capaces esse simili præscriptione obtinuerit;

Rosendall. *d. c. 7. concl. 15. n. 5.*

Nec prædictis obstat, quòd hìc versemur in præscriptione, quæ fit contra Ecclesiam, contra quam non nisi 40. annis præscribitur, nam nulla alia differentia est quàm in tempore.

Anth. *exact. C. de SS. Eccl. C. 4. extra de præscript.* Duar. *de feudis, cap. 8. n. 3.*

Defectum a. nullum in tempore esse ex ipsa facti specie constat. Quintò pro D. Consulente facit, quòd non solùm in simplici præscriptione 30. vel 40. annorum versemur, sed & quòd immemoriale tempus accedat, immemorialis autem temporis præscriptio habet vim privilegii ex certa scientia concessi.

C. *super quibusdam §. præterea ibi DD. ext. de v 9.* L. *hoc jure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æst.* L. 2. *ff. de aqua & aqua pluvia arc.* Rosend. *de feudis, cap. 5. concl. 16. n. 7.* Petr. de Gregorio *de concess. feud. 2. quæst. 10. n. 57.* Ema. Soarez *in thes. recept. sent. litt. p. n. 223.* Affleil *dec. s. 252.* Gabr. *Rom. com. conc. lib. 5. concl. 1. n. 1. 2. 61. & n. 3. addit etiam in reservatis Principi.*

Et talis præscriptio habet vim tituli.

Ant. Gabr. *d. ll. de præscript. concl. 1. n. 44.* Rosend. *de Feudis, cap. 9 concl. 97. n. 37.* Franc. Vivius *lib. 2. com. opin. opin. 633.* Et plurimi *ab iisdem allegati.*

Item vim constituti.

Rosend. *d. concl. 97. n. 37.* Gabr. *n. 65.*

Sicuti contra talem præscriptionem non conceditur restitutio in integrum.

Gabr. *n. 67.*

Habetque vim legis.

Rosend. *in allegato cons. n. 18. rat. dubit. 6.*

Habetur pro veritate.

Gabr. *num 73.*

Vim pacti.

Gabr. *num. 76.*

Vim publici instrumenti, habetque talem potestatem qualem habet Imperator.

Gabr. *num. 77. n. 74.*

Imò quòd contra talem præscriptionem nihil opponi possit, aut contra eandem probatio in contrarium non admittatur, ita docent

Hier. Gabriell. Vasquius, Menochius, Bursatus, quos allegat Rosendall. *in præallegato cons. n. 18. rat. dubit. 6.*

Nec per prædeducta dubitandum, quòd aliquid de legitimo tempore ad inducendam talem præscriptionem desit, licèt quidam DD. 100. annorum spacium, alii longiorem, alii minorem temporis decursum requirant, ùt videre est apud

Gabriell. *d. lib. 5. ll. de præscript. concl. 1. n. 78. & seqq.*

Plura

Plura quoque pro Generoso D. Consulente fundamenta in præallegatis Consiliis in causa *Metternich* contra Serenissimum Principem Electorem Colon. ac Metropolitanum Capitulum novissimè impressis deducuntur, verùm quoniam prædicta Consilia sæpiùs allegata typis quidem mandata sunt, sed venalia non extant, & quia in terminis ad præsentem nostrum casum multa sive pleraque tam in puncto possessorio quàm principali applicari possunt, ideò placuit pro confirmatione & verificatione allegatorum exemplar huic nostro responso adjungere, ut ex iisdem aliàs huc transcribenda fundamenta desumi possint.

Prout sextum & septimum fundamentum ex præallegato Spirensi Consilio, pag. 54. n. 2 . & 29. desumi poterit.

Et ulteriora fundamenta ex Consilio inclytæ Facultatis Lovaniensis, pag. 62. n. 13. 15. 16. & pag. 64. n. 19. 20. 21. 22. 2 . & 24.

Ex quibus omnibus & singulis Generosi D. Consulentis intentionem, tam in possessorio quàm causa principali satis probatam & fundatam esse censemus. Sc. quòd ad eundem feudum hoc legitimè devolutum, ac quòd de corde in Castro *in Odenkirchen*, cum dependentiis suis investiendus & manutenendus sit.

Responsio ad rationes dubitandi.

NOn obstant illa, quæ suprà in rationibus dubitandi adducta sunt, & quidem ad primam rationem dubitandi respondetur, quòd etsi verbum, *Lyfs-Erven,* in feudis ad masculos referendum sit, tamen hoc non procedit, ubi consuetudo viget, ut in feudis feminæ succedant, prout hoc nostro casu suprà in secunda ratione decidendi ostensum est, tunc verbo hæredis feminæ quoque comprehenduntur, hæc enim vocabula hæredibus, liberis posteris, &c. communia tam masculos quàm feminas significantia sunt, ac propterea de feudo feminino aut similis naturæ ita consuetudini derogare non possint,

Rosendall. *de feudis C. 7. conc. 36. n. 4.* Menoch, Covarr. *aliosque allegendo.* Idem Rosendall. *in præallegato suo consilio in resp. ad contraria n.* 14

Inquiens, quòd vox hæres sit communis, ideoque pro natura feudi aut rei subjectæ vel masculum vel utrumque comprehendat, præjudicium Cameræ Imperialis allegando, licèt aliàs sub nomine hæredum jure communi feudorum soli masculi intelligantur, uti suprà in prima ratione decidendi §. etsi autem ostensum est, aliàs respondet Cacher. And. *decis. 24. n. 51. vers.* non obstat,

Paulo Christ. *tom. 6. decis. 12. n. 15. & 16. & decis. 34. n. 5.* Spiren. *in præalleg. cons. n. 21. & 22.*

Et hâc responsione attentâ cessat quoque secunda ratio dubitandi suprà mota,

Ad tertiam dubitandi rationem Respondetur, quòd etsi debitè nobisque non constet, an Domina Alverta Comitissa *in Bronchorst*, &c. superstes fuerit eo tempore, quo *Florens Harthart van Boetzeler* ab Ernesto Archiepiscopo investitus est, posito tamen non concesso, quòd ullatenus dici aut prætendi posset per existentiam alicujus masculi præfatam Dominam Alvertam, ejusque posteros exclusos, tamen contrariam sententiam, quòd mortuo masculo sine liberis qui feminam semel exclusit, feudum non ad Dominum sed feminam pertineat & transmittatur, jure veriorem & æquiorem esse, quam etiam multi Clarissimi Jureconsulti tam veteres quàm recentiores secuti sunt,

Mynsing. *cent. 5. obs. 74. n. 8. & per eandem relati.* Hartm. Pist. *lib. 2. quæst. 36.*

Secundò illa regula, quòd femina semel exclusa semper maneat exclusa, limitatur in casu cum femina per loci consuetudinem, privilegiariam concessionem, aut aliàs. Prout hoc nostro casu capax est feudi, tunc etsi per existentiam masculi sit remota, admittitur tamen quandocunque masculo remoto, quia solummodo jus ejus suspensum censetur, cessante, scilicet, exclusionis causa, atque ita femina semel exclusa non censetur perpetuò exclusa,

Rosendall. *tract. de feud. cap. 7. conc. 45. n. 14. 15.* & tribus sequentibus restringent. regulam.

Quæstio secunda.

Utrùm verba uytgenaden, *quæ investituris promiscuè inseruntur, hæredibus præjudicent?*

ET primâ fronte videtur dicendum, quòd illa verba hæredibus præjudicent, ità ut licèt juxta facti speciem ad filias aliquoties feudum hoc sit devolutum, & de eodem mariti sint investiti, tamen

tamen quod hæ investituræ solum ex gratia non obligatione factæ datæ censeantur, quia gratia dicitur gratis data, & gratiosè dicitur aliquid fieri, quando fit ex liberalitate mera, & propriè dicitur quando aliquid gratis conceditur.

Roland. à Valle *cons.* 33. *n.* 7. *lib.* 2. *text. in v. grat. causa.* 1. *quæst.* Alexand. *cons.* 7. *in princ. lib.* 3. Paul. Matth. Wehneri *in verbo genaden.* Text. *in ca. gratia causa,* 1. *quæst.* 7.

Inquiens gratiam cum ordinaveris non suscepisti, quia gratuito causa non meruisti, ergo gratia & obligatio sibi contrariantur, & meritum sive obligatio gratiam excludit.

Secundo facit quod verba aliquid operari debeant ne superflua sint & ludibrio.

Text *in c.* 1. *de privileg. in* 6. *ibi cum verba aliquid operari debeant.*

Quod extenditur etiam ad minimum verbum & minimam syllabam ad instrumenta, in quo etiam minimum verbum non debet esse superfluum superabundans sine mysterio aliquid operandi aut otiosum.

Roland. à Valle *cons.* 55. 45. 61. *n.* 18. *&* 19. *lib.* 3. Bald. Alexand. & *alii quos refert* D. Card. Tusc. *litt. v. conc.* 85. *n.* 456. *&* 7.

Et quidem in omni dispositione, & in specie in investitura feudali.

Castr. *cons.* 191. *n.* 3. *lib.* 2. Tusc. *dicto loco n.* 16.

Tertio facit quod faciens actum præsumatur facere prout sibi utilior est.

Masc. *conc.* 43. *n.* 31. *& seqq.* Menoch. *præs.* 136. *n.* 16. *lib.* 3.

Et verba intelliguntur secundum mentem proferentis.

Castrens. *cons.* 332. *col.* 1. *vol.* 1. Cranella *cons.* 3. *n.* 12.

Juxta quæ dicendum videtur, quòd verba illa *uyt genaden beleent*, in diversis investituris in specie Hermanni & Ernesti Archiepiscopi de anno 1502. 1531. & anno 1596. petita & repetita non sine effectu & mysterio aliquid operandi apposita censeantur, aut tanquam superflua, superabundantia aut otiosa, sed prout ipsi concedenti utiliora sunt reputanda, sicque modernus D. Comes & Consulens ex gratia majoribus suis facta, necessitatem sive jus aliquod inferre non posse videtur.

Rationes decidendi.

Quibus tamen non obstantibus si negotium hoc paulò altius examinetur facilè contrarium apparebit, nam imprimis certum est quod qui dicit aliquid ex gratia factum, vel ex ea aliquem admissum, is tenetur hoc probare, & quod actus præsumatur gestus ex causa potius necessaria quàm voluntaria.

Baldus *cons.* 35. *col.* 2. *vol.* 2. Hartm. Pist. *quæst.* 7. *n.* 11. *lib.* 2. Rosend. *in alleg. cons. in* 4 *ratione decid n.* 1. *&* 3.

Secundo, faciet quòd verbum hoc *uyt genaden* potiùs ex communi usu loquendi & stylo, quàm ad effectum aliquid operandi aut novi quidpiam introducendi adjectum censeatur, cùm ipsum Principem, cui titulus *ghenadichsten*, *genadigh*, ejusque actibus similiter talia epitheta, sive tituli tribuantur & adscribantur potiùs, verba enim secundùm conditionem & qualitatem proferentis intelliguntur.

L. *ex facto* §. *si quis rogatus ff. ad s. c. Trebell.* Decius *in l. unica in ult. lect. n.* (*quando non potent. part. &c.*

Quàm ipsum recipientem respiciat, sic videmus in omnibus supplicationibus, in quibus pro justitia supplicatur, & in omnibus Principum decretis, mandatis & per quæ justitia administratur verba gratiosè *ghenadichste* & *genadigh* adjici, licet in supplicationibus nulla gratia aut beneficium, sed mera justitia petatur aut demandetur. Imò quotidiana Experientia rerum omnium magistra docet etiam in decretis & mandatis Pricipum per quæ quis gravatur verbum hoc gratiosè *genadichste* & *genadich* reperiri.

Quare in præsenti casu per verba hæc *uyt genaden* ab antiquis investituris consuetudine inveterata & stylo patriæ recessum esse dici non poterit, cùm mutatio tanquam accidens non præsumatur nec credatur nisi probetur,

Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *p.* 37. *n.* 1. 2. 3. *& jura ibidem allegata.*

Quæ quidem præsumptio locum habet tam in contractibus, quàm ultimis voluntatibus, dispositione legis tam in continenti quàm ex intervallo, etiam tum cùm personæ variantur & mutantur.

Menoch. *d. Præs.* 37. *n.* 23. 28. 29.

Maxi-

Maximè autem procedit cum mutatio hæc non dependet à voluntate unius sed plurium prout hic, ex quo sicut in prima quæst. dictum & probatum est, quòd feudum sit contractus.

Wesemb. *de feudis cap.* 8. *in fine.*

Unde rectè dicitur, feudum eo modo concessum videtur, quo consueverat concedi.

Baronl. *conf.* 77. *n.* 30. *vol.* 1. Surdus *tract. de alim. ll.* 4. *quæst.* 19. *n.* 6.

Præsertim hoc nostro casu, quia juxta primam investituram omnes sequentes investituræ declarandæ sunt, adeo ut posterior investitura prioribus contraria ipso jure nulla judicanda sit, & in investituris pluribus tenor ac forma primæ investituræ per omnia renovata & repetita censetur, omnesque clausulæ atque pacta primæ investituræ omissa in sequentibus investituris repetita intelligantur, quia sequentes primæ accedunt eamque confirmant, etsi fortè in novis vel novissimis aliter dictum fuisset, aut ab eis discrepasset, antiquis & non novis standum erit.

Rosendall. *in sæpe alleg. conf. in respon: ad contraria*, *n.* 35. *& ibidem allegat. D.D.*

Quare in præsenti casu per verba illa *uyt genaden*, id est, ex gratia nulla mutatio inducta præsumitur, aut contra intentionem & voluntatem Vasallorum induci potuit, sed omnia secundum antiquas investituras intelligenda, aut si quæ propter prædicta verba vellet prætendi novitas, illa planè rejicienda esset.

Tertio quod prædicta verba *uyt genaden* Generoso D. Comiti & Consulenti non obstent, probatur ex verbis immediate subsequentibus, *ende daer op syn Hulde ende Eedt ontfangen*, (NB.) *in aller maten als voorgaende wyllen Arnold van Hoemen*, *Burch-grave tot Odenkirchen*, *ende syn Voor-Ouderen van onse Voor-saten*, *ons ende onsen Sticht te Leen ontfangen ende gedragen hebben*, &c. Quæ clausula in investitura quoque Wilhelmi *van Flodorff* reperitur, ubi non solum dicitur *in aller maten*, *als* immediatus Prædecessor, sed & adjicitur *in aller maten als voorgaende* (NB.) *Arnold van Hoemen voor*, *ende Hendrick Nagell*, *beyde Burch-graven tot Odenkirchen*, &c. cum itaque verba illa *uyt genaden* in investitura polita statim modificentur per prædicta verba subsequentia *in aller maten*, &c. atque constet ex investitura Arnoldi Hoemen, aut saltem probatum non sit, jam dictum Arnoldum Hoemen eundem ex gratia nova, aut quasi de feudo propter defectum masulorum Domino aperto investitum esse, sic secundum investituram dicti Arnoldi verba illa *uyt genaden* accipi & interpretari debere facit.

C. *ablato* 25. §. *præterea extra de v. s.*

Inquiens præterea, cum Paschalis Papa surrogationem Abbatis S. Sylvani Monasterio S. Bertini juxta morem præteriti temporis duxerit concedendam nec de more præteriti temporis fiat fides per ejus privilegium & similia nullum super hoc Alciatensi Monasterio poterat præjudicium generari. Exinde recte infertur quod verba illa *uyt genaden*, cum juxta morem præteriti temporis &c. *in aller maten als voor-gaende wylen Arnoldt van Hoemen ende syn Voor-Ouderen te Leen ontfangen hebben*, &c. quod & is ac majores sui de feudo hoc propter defectum masculorum ex gratia nova feudo, sc: Domino aperto investiti sint, per hanc concessionem nullum Generorso Domino Consulenti, ejusque Antecessoribus potest generari præjudicium, cum verba præcedentia accipiant interpretationem ex consequentibus.

L. *fin. in fine, ubi Baldus in* 4. Q. 5. *notat.* L. *de hæred. instit.* L. *utrum verf. & verbum ubi Barth. ff. de petit. hæred.*

Particula enim *als*, Latinis *ut*, modificat seu modum ac qualitatem rei declarat.

L. *cum gloss. C. de his quæ sub modo in verbo modus* Barth. *in l. quibus* §. *terminus num.* 2. *ff. de condit. & demonstrat.*

Quarto hæc verba *uyt genaden* in aliquibus investituris reperta Generoso D. Consulenti nullum adferre possunt præjudicium, ut ex iisdem qualitas feudi masculini novaque gratia inferri non potest; Nam etsi in investitura Hermanni Archiepiscopi, &c. de anno 1502. item 1531. ac Ernesti de anno 1595. reperiantur, tamen non reperiuntur in Investitura Salentini de anno 1572. per quam Generosus D. Baro *Florentz van Boetzeler* investitus, cum tamen eadem ratio fuerit in benè memorato D. Barone Florentio *van Boetzeler*, quæ fuit in Henrico Nagell, qui Arnoldi *van Hoemen* filiam in uxorem habuit, & Wilhelmo *van Flodorff*, qui dicti Henrici *Nagels* filiam duxit, & tamen in horum investituris verba *uyt genaden* reperiuntur, cum tamen in d. investitura D. Baronis Florentii *van Boetzeler*, hæc verba non reperiantur, nihilominus tamen hic non minùs quàm præfatus *Nagell & Flodorff* ratione uxoris suæ Odiliæ ad hoc feudum Castri *in Odenkirchen* cum attinentiis & pertinentiis ac in qualitate qua sui prædecessores ad d. feudum pervenerunt, similiter pervenit.

Quare patet ex verbis illis *uyt genaden* nihil inferri posse, sed eadem intelligi & accipi debere prout in secunda Ratione decidendi hujus secundæ Quæst. ostensum est.

D Quinto

Quinto ex eo quoque hoc ipsum colligi potest, quòd illa verba nullam specialem gratiam aut qualitatem novi feudi importare possint, nam si hoc ipsum dicendum, tum sequeretur quoque quod in persona ultimi defuncti Domini Vasalli hoc ipsum quoque dicendum esset, quod tamen dici non potest, cum ultimus Vasallus *Florentz Harthart van den Boetzeler*, similiter ex gratiâ, *uyt genaden*, prout alii quoque investiti sunt, investitus est, cùm tamen hic uti Filius successerit Parenti suo Florentio *van den Boetzeler*, ad quem indubitatè Feudum hoc, de quo Parens antè hac immediatè investitus fuit, devolutum erat, cui nulla specialis vel particularis gratia opus erat.

Sexto facit quod nisi in investitura expresse dicatur, quòd quis investitus sit de Feudo novo, censeatur investitus tanquam de Feudo paterno, quo casu Patruus excludit Filiam, non obstante quòd investitura communiter fuerit recepta.

Octa. Cacher. *in decis. Senatus Pedemont. decis.* 24. *n.* 7. Castr. *cons.* 192. *col. fin. in novis ab eodem allegatis.*

Et quod in dubio feudum antiquum præsumatur.

Octav. Cacher *dicto n.* 7. Affl. Laud. Bald. *Præp. Alvar. Dec.* Jacob de Ardizon. *p. d.* Cachar. allegati.

Cum itaque in præsenti casu non reperiatur dictio hæc, quòd Gener. D. Consulentis immediatus Prædecessor *Florentz Harthart van den Boetzeler* de novo sit investitus, sic in dubio Feudum antiquum præsumendum, & censebitur investitus tanquam de Feudo paterno avito ex pacto & providentia, sive hæreditario, aut promiscuo, ad cujus successionem admittuntur Collaterales ex primo acquirente descendentes masculi & feminæ juxta consuetudinem & stylum patriæ, prout supra in prima quæst. deductum est, sicque in qualitate quâ Prædecessores & Majores ab immemoriali tempore & ultra possederunt, possedisse præsumitur.

Accedit quod in simili casu Cacheranus prædicta decis. de verbis in investitura comprehensis, scilicet *de novo concedimus* scribit, dum inquit, non dici novum Feudum, quod de novo conceditur, dummodo aliàs fuerit concessum.

Gloss. *in C. quæcunque* 25. *quæst.* 2. Jason. *Cons.* 24. *col.* 3. *vol.* 3. Lœnius *Junior Cons.* 103. *n.* 31. *vol.* 2.

Quod potissimum procedit, ubi in investitura sunt alia verba confirmatoria antiquarum investiturarum, tunc enim verba *de novo concedimus* non faciunt feudum esse novum latè.

Alexand. *cons.* 30. *col.* 2. *vol.* 1.

Item quia investituræ antiquæ dicuntur confirmatæ expresse saltem sub verbis generalibus per ea quæ in materia feudali scribit

Curtius *Cons.* 49. *col.* 13. Octav. Cacher. *decis.* 24. *n.* 8.

Si ergo non obstantibus his verbis investituræ, *de novo concedimus*, Feudum novum dici non potest per prædeducta ex Cacherano. Ergo multò magis dici potest propter verba *uyt genaden*, quæ majorem recipiunt dubietatem, prout scripta in secunda ratione decidendi, hujus 2. quæst. ostensum est, quàm verba illa, *de novo concedimus*, Feudum novum dici poterit, maximè cùm & hoc nostro casu quoque sint alia verba confirmatoria antiquarum investiturarum, sicut supra in tertia ratione decidendi hujus 2. quæst. latius deductum, facit insuper & hoc quod idem Cacher. prædicto n. 8. per diversos à se allegatos Doctores tradit, quod mutatio qualitatum accidentalium non faciat censeri concessionem esse novam, secus si mutarentur substantialia contractus, quæ minimè hic per verba ambigua *uyt genaden* mutata esse dici possunt.

Octavo pates ex adjuncto Consilio D D. *Spirensium*, *n.* 19. receptam doctrinam interpretum esse, quod Feudum, si semel ad mulierem pervenerit, prout hoc nostro casu non semel, sed iteratis & pluribus quidem vicibus pervenisse constat, quod semper in ejus linea & descendentia conservetur, *C. unico de natura success. feudi.* Ubi Doctores communiter docent, quod feudum cum semel habuit effectum in persona feminæ vel descendentium ex illa, quod tunc feminæ debeant admitti ad successionem, & ex Surdo in præfato allegato consilio scribunt contra omnes jures terminos & regulas esse, quod in feudo, in quo successit mater, descendentes ab ea non succedant, cum eo ipso quod feudum transivit ad matrem transeat ad filium etiam sine pacto, quia sufficit descendentes ex femina semel fuisse habilitatos.

Concludendo itaque hanc quæstionem quia Generosi D. Consulentis Avia & Protavia ex linea materna, sive earum nomine eorum mariti investiti sunt. Sic feminæ & ex his descendentes etiam sine speciali pacto habilitat censentur, cùm dispositio censeatur juxta personæ acquirentis conditionem & qualitatem facta.

Spirenses *in p. alleg. consilio n.* 19. & 20.

Non obstantibus verbis *uyt genaden*, sive ex gratia, quæ verba intelligenda sunt ex gratia prima, non secunda, aut aliqua successiva, & speciali novam gratiam importans, sive faciens ex antiquo feudo feudum novum.

Respon-

Responsio ad contraria.

ILla quoque quæ in contrarium adducta sunt non obstant, nam licet gratia & obligatio sibi contrariari videantur, & id quod fit ex gratia ex mera liberalitate fieri dicatur, tamen verba illa ex gratia si respiciant & referantur ad primam gratiam, id est, primam concessionem feudi in propria significatione manent & obligationi contraria sunt, nec enim dum prima investitura majoribus collata fuit tenebatur Dominus feudi Vasallum suum investire, aut Castrum hoc *in Odenkirchen*, cum pertinentiis in feudum dare, sed postquàm semel in feudum dedit, hoc quod à principio erat voluntatis, ex post facto factum est necessitatis, sicuti in omnibus Contractibus regulare est.

L. *sicut initio C. de act. & oblig.* L. *incommodatus* §. *sicut ff. commu.* L. *lateo* §. *tametsi ff. de recept. arbit.* L. *de contractu C. de rescind. vend.* cum multis similibus.

Cum itaque supra demonstratum sit quod feudum sit contractus, sic ab initio fuit voluntatis gratiam conferre aut non conferre, & sic feuda beneficia aut gratia dicuntur respectu originis & initii & cum uniuscujusque contractus initium sit spectandum.

L. *si procuratorem in princ. ff. mand.*

Sic & hic verba *uyt genaden* propriè accepta principium contractus & concessionis respiciunt, videtur enim quis eo modo concedere quo consueverat, ut loquendo de feudo inquit,

Bero: *cons.* 77. *n.* 30. *vol.* 1. Surdus *de Almi. ll.* 4. *quæst.* 19. *n.* 6.

Sic patronatus jus concessum Laicis præsentandi ad beneficia ex principio dicitur ex gratia Papæ provenire.

C. *si quis Episcoporum causa* 16. *quæst.* 5.

Sed postquam hæc gratia fuit tanquam jus commune effecta incipit esse de Justitia, similiter postulationis admissio est mera gratia Superioris, tamen quando est facta ab omnibus tunc Superior adstringitur pro Justitia in tantùm, ut si deneget admittere, faciat injuriam & datur appellatio, ita tradit

D. Card. Tusc. *in verbo gratia concl.* 72. *n.* 1. & 2. Alexand. Rom. & alii ab eodem relati.

Sic gratia alia dicitur prima, alia convalidatoria primæ, quæ necessario præsupponit aliam gratiam convalidatam præcedere & præexistere ac est quædam ratificatio & confirmatio primæ concessionis, & ista gratia dicitur additamentum ad primam, & regulariter eisdem legibus quibus prima & trahitur ad primam, prout hæc tradit ac diversis auctoritatibus firmat

D. Card. Tusc. *in verbo gratia concl.* 57. *n.* 1. & 2.

Quare nec dici potest prout in 2. ratione dubitandi dicitur, quod verba illa *uyt genaden* planè superflua sint, sed respiciunt, referuntur, & referenda sunt ad primam gratiam, & hæc innuunt verba illa relativa ad primam gratiam *in aller maten als voorgaende wylen Wilhelm van Flodorff*, &c. prout supra in tertio fundamento hujus quæst. secundæ deductum.

Accedit quod verba intelligenda sint secundum conditionem & qualitatem proferentis.

L. *eo facto* §. *si quis rogatus ff. ad Sc.* Trebell. *ibi, sed hoc ex dignitate & ex voluntate & ex conditione ejus, qui fidei commisit, accipiendum est.*

Si itaque qualitatem & conditionem Domini Feudi consideremus, eundem Dominum gratiosissimum, gratiosum reperiemus, quare & illius actus, concessiones, mandata, præcepta gratiosa rectè respectu personæ conditiones & qualitates gratiosa dicuntur & appellantur, accedente maximè consuetudine quæ omnem actum declarat.

L. *quod si nolit* 31. §. *quia assidua* 20. *ff. de ædil. Edicto.* Gabr. *com. conc. lib.* 6. *ll. de consuet. per totum.* Surd. *tract. de Almi. ll.* 4. *quæst.* 19. *n.* 3. & 4.

Tertia quoque Ratio dibitandi non obstat, nam etsi quilibet censeatur facere actum prout sibi utilior est, & verba secundum mentem proferentis accipienda, tamen hoc procedit solum in his quæ ab unius facientis, dicentis, sive proferentis dependent voluntate, secus si factum consensus & ratificatio plurium, sive alterius, aut tertii simul requiratur, ibi enim pars una in præjudicium partis alterius nihil agere, statuere aut disponere potest, &c.

Quæstio tertia.

An præsenti casu quo hæres masculus cum femina in transversa linea concurrit, masculus præferendus, an verè pari jure censendi sint cum deductione jurium & applicatione præjudiciorum?

OMissis rationibus dubitandi potissimum, quia ad celerem expeditionem urgemur, breviter repetimus illa quæ supra in secunda parte primæ quæst. & in specie quidem in prima ratione deci-

decidendi §. generale & subsequentibus dicta sunt, sc. quòd in feudis primò attendi debeant pacta, sive tenor investituræ, sed quoniam hac de re in investituris specialiter dispositum nihil reperimus. Sic rectè ulteriùs, sc. ad specialem patriæ consuetudinem juxta tenorem quæstionis hujus propositæ progredimur, sed quoniam concludentia & manifesta præjudicia non habemus, ex quibus validè quid concludi possit, nec super his inquirendi sufficiens spatium nobis tribuitur, sic ad juris feudalis dispositionem, tertium sc. gradum determinandarum Quæstionum Feudalium controversarum nos convertimus.

Juris autem communis dispositio est, quòd licèt Feudum sit promiscuum tale, ut filii & filiæ succedere possint, tamen filiis extantibus filia non succedat, nec femina cum masculo admittatur, sed tunc demum quando masculus non extat.

Text. *in C. unic.* §. *filia de success. feudi.* §. *quin etiam Episcopum, Abbatem, vel Abbatiss.* §. *similiter de cap. qui Curiam vendit.* ibi gloss. *in verbo masculus & verbo si filios.* Capit. unico *de eo qui sibi vel hæredibus ibi DD.* Capit. unico *de feudo feminæ.* Curt. *de feud. in* 3. *parte de fem. success. n.* 18. *& seq.* Paul. Christ. *tomo* 6. *decis.* 35. *n.* 5. *& seqq.* Et *decis.* 42. *num.* 17. *&* 19. Rosend. *de feud. cap.* 7. *concl.* 33. *n.* 11. Et *concl.* 35. *n.* 10. *&* 11. Item *concl.* 37. *n.* 13. Idem Rosend. *conc.* 40. *n.* 5. 6. *&* 7.

Ubi expressè dicit, ubi consuetudo vel statutum simpliciter non expresso quo ordine feminas ad feuda admittit, ut quamdiu ex acquirente masculus descendens existat, feminæ non succedant, quod *num.* 10. iterum extendit, etsi Feudum semel aut aliquoties ad feminam transivit, sive transitum fecerit, ita ut illâ postea defunctâ, si masculos & feminas extare contingat, masculi rursus præferuntur, & feminas in pari, vel etiam proximiori gradu defunctæ Vasallæ conjunctas excludunt, sic quod consuetudo feminas admittens intelligi debet post masculos, id est, iis deficientibus.

Paul. Christ. *dicta decis.* 42. *n.* 35.

Etsi autem casus dentur, in quibus vel ex tenore investituræ, vel ex statuto, aut consuetudine feminæ simul vel unà cum masculis succedunt, prout videre est apud

Rosendall. *d. cap.* 7. *conc.* 41. *per totum, & conc.* 43. *n.* 1. Paul. Christin. *d. decis.* 42. *n.* 14. *&* 28. *&c.*

Verùm cùm neque speciale aliquod pactum ex investituris Feminas unà cum Masculis admittens reperiamus, aut de simili consuetudine nobis pro tempore non constet, sic usque dum aliter informemur, ac hoc ipsum demonstratum sit, præfatæ Juris Feudalis Decisioni inhærendum erit.

Et quòd sic ad propositas tres Quæstiones tam consulendo quàm judicando respondendum sit, salvo cujuscunque melius sentientis Judicio, existimamus. Ita actum & conclusum in Collegio Facultatis utriusque Juris Studii Coloniensis, die sexto mensis Maji, Anno 1637. In cujus rei fidem præsens Consilium appensione majoris nostri Sigilli muniri fecimus. Et erat appensum Sigillum in cera rubra.

Collatum cum suo Originali Inclyti Facultatum Collegii Coloniensis majoris, appensione Sigilli in cera rubra communito verbotenus concordare vidit

CHR. SCHNABELIUS Notar. Publ. ac Scriba Provincialis in Battenburgh, in fidem subscripsit MP. 1639.

CONSULTATIE
OFTE
ADVYS VAN RECHTE,
BY DE ED. MOG. HEEREN VAN DEN HOVE DES FURSTENDOMS GELRE ENDE GRAFSCHAPS ZUTPHEN GHEGEVEN,
TEN VERSOECKE VAN DE HOOGHMOGHENDE HEEREN STATEN GENERAEL der Vereenigde Nederlanden:

Inde Saecke

Van den Hoogh ende Welgheboren Heere, Heere

MAXIMILIAEN,

GRAVE VAN BRONCHORST, BATENburch, Vry-Heere tot Batenburch, Anholt ende Steyn, Erff-Burg-Grave des Ert-stichts Colen, Heere tot Odenkercken, Bijcht, West-Barendrecht, Moerkercken, Meeswijck, &c.

Contra

Den Doorluchtigsten ende Hoogh-geboren Furst ende Heere

FERDINAND,

CHUR-FURST ENDE ERTS-BISSCHOP VAN COLN, &c.

Nopende het feytelijck in-nemen ende occupatie van het Sloth, ende het voorsz. Erff-Burg-Graefschap ODEKERCKEN.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumpt. OTTONIS JOSEPHI STEINHAUSS, Bibliop. unter fetten Hennen. 1738.

